Quoniam in me speravit, liberabo eum: protegam eum, quoniam cognouit nomen meum.

Clamauit ad me, & ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum, & glorificabo eum.

Longitudine dierum replebo eum: & ostendam illi salutare meum.

Canticum Symeonis prophete & dicitur quotidie ad Completorium.

Nunc dimittis seruum tuum domine: secundum verbum tuum in pace.

Quia viderunt oculi mei salutare tuum.

Quod parasti ante faciem omnium populorum.

Lumen ad revelationem gentium & gloriam plebis tue Israel.

Feria .ij. ad matu. Psal. 30

In te dne speraui, non confundar in eternum: in iustitia tua libera me.

Inclina ad me aurem tuam: accelera vt eruas me.

Esto mihi in deum protectorem, & in domum refugij: vt saluum me facias.

Quoniam fortitudo mea, & refugium meum es tu: & propter nomen tuum deduces me, & enutries me.

Educes me de laqueo hoc, quem absconderunt mihi: quia tu es protector meus.

In manus tuas commendo spiritum meum: redemisti me domine deus veritatis.

Odisti obseruantes vanitates, superuacue.

Ego aut in dño speraui, exultabo, & letabor in mia tua

Quia respexisti humilitatem meam, saluasti de necessitatibus animam meam.

Nec conclusisti me in manibus inimici: statuisti in loco spatioso pedes meos.

Miserere mei domine quoniam tribulor, conturbatus est in ira oculus meus: anima mea, & venter meus.

Quoniam defecit in dolore

vita mea: & anni mei in gemitibus.

Infirmata est in paupertate virtus mea: & ossa mea conturbata sunt.

Super oēs inimicos meos factus sum opprobrium vicinis meis valde, & timor notis meis.

Qui videbāt me foras fugerunt a me: obliuioni datus sum tanquam mortuus a corde.

Factus sum tanquā vas perditū: quoniam audiui vituperationem multorū cōmorantium in circuitu.

In eodem conuenirent simul aduersum me: accipere animā meā consiliati sunt.

Ego aūt in te speraui dñe: dixi, Deus meus es tu, in manibus tuis sortes mee.

Eripe me de manu inimicorum meorum, & a persequentibus me.

Illustra faciem tuā super seruū tuū, saluum me fac in mia tua: dñe non cōfundar: quoniam inuocaui te.

Erubescant impij, & deducantur in infernum: mutā fiant labia dolosa.

Que loquuntur aduersus iustum iniquitatem in superbia, & in abusione.

Quam magna multitudo dulcedinis tue domine, quā abscondisti timentibus te.

Operfecisti eis qui sperant in te: in conspectu filiorum hominum.

Abscondas eos in abscondito faciei tue: a cōturbatione hominum.

Protege eos in tabernaculo tuo a contractione linguarum.

Benedictus dñs: quoniā mirificauit misericordiā suā mihi in ciuitate munita.

Ego autem dixi in excessu mētis mee. Proiectus sum a facie oculorū tuorum.

Ideo exaudisti vocem orationis mee: dum clamarem ad te.

Diligite dominū omnes sancti eius, quoniā veritatē requiret dominus: & retribuet abundāter faciētibus superbiam.

Viriliter agite, & confortetur cor vestrum omnes qui speratis in domino.

Psalmus. 34.

Iudica domine nocentes me: expugna impugnantes me.

Apprehende arma & scutū & exurge in adiutoriū mihi.

Effunde phrameam, & conclude aduersus eos qui persequunt me: dic anime mee, Salus tua ego sum.

Confundantur, & reuereātur querentes animā meā.

Auertantur retrorsum, &

confundantur cogitantes mihi mala.

Fiāt tanquā puluis ante faciem venti & angelus dñi coartans eos.

Fiant vie illozum tenebze & lubzicū: & angelus domini persequens eos.

Quoniam gratis abscon-derunt mihi interitū laquei sui: superuacue expzobzauerunt animam meam.

Veniat illi laqueus quem ignozat, & captio quā abscondit appzehendat eum, & in laqueum cadat in ipsum.

Anima autem mea exultabit in domino: & delectabit̄ super salutari suo.

Omnia ossa mea dicent, domine quis similis tibi?

Eripiens inopem de manu foztiozū eius: egenū & pauperem a diripientibus eum.

Surgentes testes iniqui, q̄ ignozabā, interrogabāt me.

Retribuebant mihi mala pzo bonis, sterilitatem anime mee.

Ego autē cum mihi molesti essent, induebar cilicio.

Et humiliabā in ieiunio animam meam: & oratio mea in sinu meo conuertetur.

Quasi pzoximum & quasi fratrem nostrum, sic cōplacebam, quasi lugens & contristatus sic humiliabar.

Et aduersum me letati sunt, & conuenerunt: congregata sunt super me flagella, & ignozaui.

Dissipati sunt nec cōpuncti, tentauerunt me, subsannauerunt me subsannatiōe: frenduerunt super me dentibus suis.

Domine, quādo respicies? restitue animā meam a malignitate eozum a leonibus vnicam meam.

Confiteboz tibi in ecclesia magna, in populo graui laudabo te.

Non supergaudeant mihi qui aduersanē mihi inique, qui oderunt me gratis, & annuunt oculis.

Quoniam mihi quidē pacifice loquebantur, in iracundia terre loquētes, dolos cogitabant.

Et dilatauerūt sup me os suum, dixerunt: Euge, euge viderunt oculi nostri.

Vidisti domine ne sileas: domine ne discedas a me.

Exurge, & intende iudicio meo deus meus, & domine meus in causam meam.

Iudica me secundum iustitiam tuam domine deus meus: & non supergaudeant mihi.

Non dicant in cozdibus suis, Euge euge, anime nostre: nec dicāt, deuozabimus eum.

Et rubescant, & reuereātur simul: qui gratulantur malis meis.

Induantur confusione, & reuerentia qui maligna loquuntur super me.

Exultent & letētur qui volunt iustitiā meam: & dicant semper: Magnificetur dominus, qui volunt pacē serui eius.

Et lingua mea meditabit iustitiam tuam, tota die laudem tuam. Psal. 104.

Confitemini dño, & inuocate nomē eius, annuntiate inter gentes opera eius.

Cantate ei, & psallite ei, narrate omnia mirabilia eius.

Laudamini in nomine sancto eius: letetur cor querentium dominum.

Querite dominum, & confirmamini, querite faciem eius semper.

Memētote mirabiliū eius que fecit: prodigia eius, & iudicia oris eius.

Semen Abraham, serui ei? filij Jacob electi eius.

Ipse dominꝰ deus noster in vniuersa terra iudicia eiꝰ

Memor fuit in seculum testamēti sui, verbi quod mādauit in mille generationes.

Quod disposuit ad Abraham: iuramēti sui ad Isaac

Et statuit illud Jacob in præceptum & Israel in testamentum eternum.

Dicens, Tibi dabo terrā Chanaan: funiculum hereditatis vestre.

Cum essent numero breui: paucissimi, & incole eius.

Et pertransierūt de gente in gentem & de regno ad populum alterum.

Non reliquit hominē nocere eis & corripuit pro eis reges.

Nolite tangere Christos meos: & in prophetis meis nolite malignari.

Et vocauit famem super terram: & omne firmamentum panis contriuit.

Misit ante eos virum in seruum venundatus est Joseph.

Humiliauerunt in compedibus pedes eius, ferrū pertransijt animam eius, donec veniret verbum eius.

Eloquium domini inflam mauit eū: misit rex & soluit eum, princeps populoꝝ & dimisit eum.

Constituit eum dominū domus sue, & principem omnis possessionis sue.

Vt erudiret principes eiꝰ sicut semetipsum: & senes eius prudentiam doceret.

Et intrauit Israel in Egyptum: & Jacob accola fuit in terra Cham.

Et auxit populum suum
vehemēter: & firmauit eum
super inimicos eius.

Conuertit cor eorum vt
oderint populum eius: & do
lum facerent in seruos eius

Misit Moysen seruum su
um: Aaron quem elegit ip-
sum.

Posuit in eis verba signo
rum suorum: & prodigiorū
in terra Cham.

Misit tenebras, & obscura-
uit, & non exacerbauit ser-
mones suos.

Conuertit aquas eorum
in sanguinem: & occidit pis-
ces eorum.

Et dedit terra eorum ra-
nas in penetralibus regum
ipsorum.

Dixit, & venit cynomyia, &
sciniphes in omnibus fini-
bus eorum.

Posuit pluuias eorū grā
dinem: ignem comburentē
in terra ipsorum.

Et percussit vineas eorū,
& ficulneas eorum: & contri-
uit lignum finium eorum.

Dixit, & venit locusta, &
bruchus, cuius non erat nu-
merus.

Et comedit omne fenū in
terra eorum: & comedit om-
nem fructum terre eorum.

Et percussit omne primo-
genitum in terra eorum, pri
mitias omnis laboris eorū.

Et eduxit eos cum argen-
to & auro: & non erat in tri-
bubus eorum infirmus.

Letata est Egyptus in
profectione eorum: quia in-
cubuit timor eorum super
eos.

Expandit nubem in pro-
tectionem eorum: & ignem,
vt luceret eis per noctem.

Petierunt, & venit coturnix: & pane celi saturauit
eos.

Dirupit petram, & fluxe-
runt aque: abierunt in sicco
flumina.

Quoniā memor fuit ver-
bi sancti sui, quod habuit ad
Abraham puerum suum.

Et eduxit populum suum
in exultatiōe: & electos suos
in leticia.

Et dedit illis regiones gen
tium: & labores populorum
possederunt.

Vt custodiant iustificatio
nes eius & legem eius re-
quirant.

Ad laudes. Psalmus. 97.

Cantate dño canticū
nouum, quia mirabi
lia fecit.

Saluauit sibi dextera ei⁹,
& brachium sanctum eius.

Notum fecit dñs salutare
suum: in conspectu gentium
reuelauit iustitiam suam.

Recordatus est misericordie & veritatis sue domui Israel.

Uiderūt oēs termini terre salutare dei nostri.

Iubilate deo omnis terra, cantate, ⁊ exultate, ⁊ psallite

Psallite dño in cythara, in cythara, ⁊ voce psalmi: in tubis ductilibus, ⁊ in voce tube cornee.

Iubilate in cōspectu regis dñi moueatur mare, ⁊ plenitudo eius, orbis terrarū, et qui habitant in eo.

Flumina plaudēt manu, simul mōtes exultabūt a cōspectu dñi: quoniā venit iudicare terram.

Iudicabit orbē terrarum in iustitia, ⁊ populos in equitate.

Psalmus. 103.

Benedic anima mea domino: dñe deus meus magnificatus es vehemēter

Confessionem ⁊ decorem induisti amictus lumine sicut vestimento.

Extendens celū sicut pellē: q tegis aquis superioza ei9.

Qui ponis nubē ascēsum tuum: qui ambulas super pennas ventorum.

Qui facis angelos tuos spiritus: et ministros tuos ignem vrentem.

Qui fundasti terrā super stabilitatem suā, non inclinabitur in seculum seculi.

Abyssus sicut vestimentū amictus eius: super mōtes stabunt aque.

Ab increpatiōe tua fugiēt: a voce tonitrui tui formidabūt

Ascēdūt mōtes ⁊ descēdūt cāpi i locū, quē fundasti eis.

Terminum posuisti: quem nō transgredientur, neq; cōuertentur operire terram.

Qui emittis fontes in cōuallibus: inter medium mōtium pertransibunt aque.

Potabunt oēs bestie agri: expectabūt onagri in sitī suā

Super ea volucres celi habitabunt, de medio petrarū dabunt voces.

Rigans mōtes de superioribus suis: de fructu operū tuoz satiabitur terra.

Producēs fenū iumentis, et herbā seruituti hominū.

Ut educas panē de terra: ⁊ vinū letificet coz hominis

Ut exhilaret faciē in oleo: ⁊ panis coz hois confirmet.

Saturabūtur lingna cāpi, ⁊ cedri Libani, quas plātauit: illic passeres nidificabūt

Grodij dom9 dux est coꝝ, mōtes excelsi ceruis: petra refugium herinaciis.

Fecit lunā in tempora: sol cognouit occasum suum.

Posuisti tenebras, ⁊ fcā est nox: in ipsa pertransibūt omnes bestie silue.

Catuli leonum rugiētes rapiant, ⁊ querant a deo

escam sibi.
Oritus est sol, & congregati sunt: & in cubilibus suis collocabuntur.
Exibit homo ad opus suum, et ad operationem suā usq; ad vesperam.
Quam magnificata sunt opera tua domine: omnia in sapientia fecisti, impleta est terra possessione tua.
Hoc mare magnū, & spacio sum manibus: illic reptilia, quorum non est numerus.
Animalia pusilla cum magnis illic naues pertrāsibūt Draco iste quē formasti ad illudēdū ei: oīa a te expectāt vt des illis escā in tēpore.
Dante te illis, colligent: aperiēte te manū tuam, et omnia replebūtur bonitate
Auertēte'aūt te faciē turbabūtur auferes spiritum eorum, & deficient: & in pulverem suum reuertentur.
Emitte spm tuū, & creabū tur, & renouabis faciē terre
Sit gloria dñi in seculū, letabit dñs in operibus suis.
Qui respicit terrā, & facit eā tremere, qui tangit montes, & fumigant.
Cantabo dño in vita mea & psallā deo meo q̄diu sum.
Iucūdū sit ei eloq̄ū meū: ego vero delectabor in dño.
Deficiēt peccatores a terrā, & iniqui ita vt nō sint, benedic anima mea domino.

¶ Canticū Isaie prophete. Isa. 12.

Confiteor tibi dñe, qm̄ iratus es mihi: cōuersus est furor tuus & cōsolatus es me
Ecce deus saluator meus: fiducialiter agā: & nō timebo.
Quia fortitudo mea, et laus mea dñs: et factus est mihi in salutem.
Haurietis aquas ī gaudio de fontib⁹ saluatoris: & dicetis in illa die, Cōfitemini dño, & inuocate nomē eius.
Notas facite i populis adinuētiōes eius: mementote qm̄ excelsum est nomē eius.
Cantate dño quonia magnifice fecit annuntiate hoc in vniuersa terra.
Exulta, & lauda habitatio Siō: qa magn⁹ in medio tui sanct⁹ Israel. Deus Cāticū dictus. to 4. ¶ Ad primā. Ānā. Mias tuas. Psal. 22.

Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascue, ibi me collocauit.
Super aquam refectionis educauit me: animam meā conuertit.
Deduxit me sup semitas iustitie: propter nomē suū.
Nā & si ambulauero ī medio vmbre mortis, nō timebo mala, q̄nia tu mecum es.
Virga tua & baculus tu⁹: ipsa me consolata sunt.

Parasti in conspectu tuo mensam aduersus eos: qui tribulant me.

Impinguasti in oleo caput meū & calix meus inebrians quam preclarus est.

Et misericordia tua subsequet me, oib⁹ diebus vite mee.

Et vt inhabitē in domo domini, in longitudinē dierū.

Psalmus. 23.

Domini est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundauit eum, et super flumina preparauit eum.

Quis ascendet in montē domini? aut quis stabit in loco sancto eius?

Innocēs manibus, & mūdo corde, qui non accepit in vano animam suam, nec iurauit in dolo proximo suo.

Hic accipiet bñdictionem a domino & miam a Deo salutari suo.

Hec est generatio querentium eum: querentium faciē dei Jacob.

Attollite portas principes vras, & eleuamini porte eternales, & introibit rex glorie.

Quis est iste rex glorie? dominus fortis & potens, dominus potens in prelio.

Attollite portas principes vras: & eleuamini porte eternales: & introibit rex glorie.

Quis est iste rex glorie? dñs virtutum ipse est rex glorie.

Psalmus. 24.

Ad te dñe leuaui aiam meam: deus meus in te cōfido, non erubescam.

Neq; irrideant me inimici mei: etenim vniuersi qui sustinēt te nō confundentur.

Confundātur oēs iniqua agentes superuacue.

Vias tuas dñe demōstra mihi: & semitas tuas edoce me.

Dirige me i veritate tua, & doce me: qā tu es De⁹ salua tor me⁹, & te sustinui tota die.

Reminiscere miserationū tuarū dñe: & misericordiarum tuarum, que a seculo sunt.

Delicta iuuētutis mee, & ignorātias meas ne memineris.

Secundū miam tuam memento mei tu, propter bonitatem tuam domine.

Dulcis, & rect⁹ dñs, propter hoc legem dabit relinquentibus in via.

Dirige māsuetos in iudicio docebit mites vias suas.

Vniuerse vie dñi, mia et veritas requirētibus testamētū eius, & testimonia eius.

Propter nomē tuum dñe propitiaberis peccato meo: multum est enim.

Quis ē hō q timet dñm? legē statuit ei i via quā elegit.

Anima ei⁹ i bonis demorabit & semē eius hereditabit terrā

Firmamētum est dñs timētibus eum: & testamētū ipsius vt manifestetur illis.

Oculi mei semper ad dñm: quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos.

Respice in me, & miserere mei: quia vnicus, & pauper sum ego.

Tribulatiões cordis mei multiplicate sunt: de necessitatibus meis erue me.

Vide humilitatem meam, & laborem meum: & dimitte vniuersa delicta mea.

Respice inimicos meos, quā multiplicati sunt, & odio iniquo oderunt me.

Custodi animam meam, & erue me, non erubescam, quoniā speraui in te.

Innocentes & recti adhesserunt mihi: quia sustinui te.

Libera deus Israel ex omnibus tribulatiōibus suis. amē. Alias tuas dñe demōstra mihi.

¶ Symbolū apłoꝝ.

Credo in deum. Patrē oīpotentē. Creatozē celi & terre. Et in Jesum Christum filium eius, vnicū dñm nostrū. Qui cōceptus est de spiritu sancto. Natus ex Maria virgine. Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, moztuus, & sepultus. Descendit ad inferos. Tertia die resurrexit a moztuis. Ascendit in celum, sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis. Inde venturus est iudicare viuos, & moztuos.

Credo in spiritū sanctum Sanctā ecclesiā catholicā, sanctoꝝ cōmunionē. remissionē peccatoꝝ. Carnis resurrectionē, viā eternā. Amē

¶ Predictū symbolū dē semper ad primā in oībus diebꝫ preterq̄ in dominicis, ac in triduo ante pascha.

¶ Ad tertiā. ā ñi. Ab occultis

¶ Psalmus. xi.

Dixit insipiēs in corde suo. Nō est deus. Corrupti sunt, et abominabiles facti sunt in studijs suis: non est q̄ faciat bonum, nō est vsq; ad vnū. Dñs de celo prospexit sup filios hoīm: vt videat si est intelligēs, aut requirēs deum. Oēs declinauerūt, simul inutiles facti sunt: nō est q̄ faciat bonū, nō ē vsq; ad vnū. Sepulchrum patēs est guttur eorum: linguis suis dolose agebant, venenum aspidum sub labijs eorum. Quorum os maledictione, et amaritudine plenum est: veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Contritio, & infelicitas in vijs eorum, & viam pacis nō cognouerunt non est timor dei ante oculos eorum.

Nonne cognoscēt oēs qui operātur iniquitatē, qui deuorant plebem meam sicut escam panis?

Omnium nō inuocauerunt: illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor.

Quis dñs in generatiōe iusta est, cōsilium inops cōfudistis qm dñs spes eius est.

Quis dabit ex Sion salutare Israel? cum auerterit dñs captiuitatē plebis sue, exultabit Iacob, et letabitur Israel. Psalmus. 18

Celi enarrāt gloriā dei et opera manuū eius annuntiat firmamentum.

Dies diei eructat verbū: et nox nocti iudicat scientiam.

Non sunt loquele neq; sermones, quorum non audiātur voces eorum.

In omnē terram exiuit sonus eorum: et in fines orbis terre verba eorum.

In sole posuit tabernaculū suū: et ipse tanq̄ sponsus procedens de thalamo suo.

Exultauit vt gigas ad currendam viam, a summo celo egressio eius.

Et occursus eius vsq; ad summū eius: nec est qui se abscondat a calore eius.

Lex dñi imaculata cōuertēs aias: testimoniū dñi fidele, sapiētiā p̄stās puulis.

Iustitie dñi recte letificantes corda, p̄ceptum dñi lucidum, illuminans oculos.

Timor dñi sctūs p̄manēs in seculū seculi: iudicia dñi vera, iustificata i semetipsa.

Desyderabilia sup aurū, et lapidē p̄ciosum multū: et dulciora super mel, et fauum.

Etenim seruus tuus custodit ea: in custodiendis illis retributio multa.

Delicta quis intelligit: ab occultis meis munda me: et ab alienis parce seruo tuo.

Si mei non fuerint dominati, tūc imaculatus ero, et emūdaboz a delicto maximo.

Et erūt, vt cōplaceāt eloquia oris mei: et meditatio cordis mei i cōspectu tuo semp.

Dñe adiutor meus, et redemptor meus. Psalmus. 19

Exaudiat te dominus in die tribulatiōis: protegat te nomē Dei Iacob.

Mittat tibi auxiliū de sancto et de Sion tueatur te.

Memor sit omnis sacrificij tui: et holocaustum tuū pingue fiat.

Tribuat tibi secundū cor tuum: et omne consilium tuum confirmet.

Letabimur i salutari tuo: et in nomine dei nostri magnificabimur.

Impleat dñs oēs petitiones tuas: nūc cognoui, qm saluū fecit dñs Christū suū

Exaudiet illum de celo sancto suo in potentatibus salus dextere eius.

Hi in curribꝰ, & hi in eqs: nos autē in nomine domini dei nostri inuocabimus.

Ipsi obligati sunt, & ceciderūt: nos autem surreximus, & recti sumus.

Dñe saluū fac regem: & exaudi nos in die, qua inuocauerimus te. Iñā Ab occultis meis mūda me, & ab alienis pce seruo tuo. ℭ Ad sextā. Iñ. In deo. Psalm. 18.

Dixi: custodiā vias meas: vt nō delinq̄m in lingua mea:

Posui ori meo custodiā: cum consisteret peccator ad uersum me.

Obmutui, & humiliatus sum, & silui a bonis: & dolor meus renouatus est.

Concaluit cor meum intra me: & in meditatiōe mea exardescet ignis.

Locutꝰ sum in lingua mea: Notū fac mihi dñe finēm meū

Et numerū dierū meoz, qs est: vt sciā qd desit mihi.

Ecce mēsurabiles posuisti dies meos: & substātia mea tanquam nihilum ante te.

Veruntamē vniuersa vanitas: omnis homo viuēs.

Verūtū in imagine ptrāsit hō. sed & frustra cōturbat

Thesaurizat: et ignorat cui congregabit ea.

Et nūc, que est expectatio mea: nōne dominus, & substantia mea apud te est?

Ab omnibus iniquitatibus meis erue me: opprobrium insipienti dedisti me.

Obmutui, & nō aperui os meū, quoniā tu fecisti: amoue a me plagas tuas.

A fortitudine manus tue ego defeci in increpationibus: propter iniquitatem corripuisti hominem.

Et tabescere fecisti sicut aranea animā eius: verūtū vane conturbat ois homo.

Exaudi oratiōnē meā dñe & deprecatiōnē meam auribus pcipe, lachrymas meas

Ne tileas: qm̄ aduena ego sum apud te, et peregrinus, sicut omnes patres mei.

Remitte mihi, vt refrigerer priusquā abeā, & amplius nō ero. Psalmus. 61.

Nonne Deo subiecta erit anima mea? ab ipso enim salutare meum.

Nam & ipse deus meus, & salutaris meus: susceptor meus, nō movebor amplius.

Quousq; irruitis in hominē? interficitis vniuersi vos tanq̄ parieti inclinato, & macerie depulse?

Verūtamē pretiū meū cogitauerūt repellere, ecucurri in sūti; oze suo benedicebāt.

ꝙ cozde suo maledicebant.

V eruntamen Deo subiecta esto anima mea: quia ab ipso patientia mea.

Q uia ipse deus meus, et saluatoz meꝰ, aduitoz meus nō emigrabo.

I n deo salutare meum, et gloria mea: deus auxiliꝰ mei. ꝙ spes mea in deo est.

S perate in eo omnis congregatio populi, effundite coꝝ illo cozda vestra: deus aduitoz noster in eternum.

V eruntn̄ vani filij hoim, mendaces filij hoim in statheris: vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum.

N olite sperare in iniquitate, ꝙ rapinas nolite cōcupiscere: diuitie si affluant, nolite coz apponere.

S emel locutus est deus, duo hec audiui: quia potestas dei est, ꝙ tibi dñe mia, quia tu reddes vnicuiqꝫ iuxta opera sua.

Psalmus. 114.

D Ilexi, qm̄ exaudiet dñs vocē oꝛationis mee.

Q ui inclinauit aurē suam mihi: ꝙ diebꝰ meis inuocabo.

C ircundederūt me dolores moꝛtis: ꝙ pericula inferni inuenerunt me.

T ribulationē ꝙ dolozē inuent: ꝙ nomē dñi inuocaui.

O domine libera aīm meā: misericoꝛs dominus, ꝙ iustꝰ, ꝙ deus noster miseretur.

C ustodiēs puulos dñs, humiliatꝰ sum, ꝙ liberauit me.

C ōuertere aīa mea in requiē tuā: quia dñs benefecit tibi.

Q uia eripuit aniā meā de moꝛte, oculos meos a lachzymis pedes meos a lapsu.

P lacebo domino in regione viuoꝝum.

℣. Iu deo salutare meū, et gloria mea. ℟. Ad nonā. ℣. Deus. ¶ Psalmus. 79.

Q Ui regis Israel intēde: qui deducis velut ouem, Joseph.

Q ui sedes sup Cherubin, manifestare coꝝa Ephzaim, Beniamim ꝙ Manasse.

E xcita potentiam tuā, et veni: vt saluos facias nos.

D eus cōuerte nos: ꝙ ostē de faciem tuam, et salui erimus.

D omine deus virtutum, quousqꝫ iraseris super oꝛationem serui tui?

C ibabis nos pane lachzymarum: ꝙ potum dabis nobis i lachzymis in mēsura?

P osuisti nos in cōtradictionē vicinis nostris: ꝙ inimici nostri subsannauerūt nos.

D eus virtutum conuerte nos: ꝙ ostēde faciem tuā, ꝙ salui erimus.

V ineam de Ægypto transtulisti: eiecisti gentes, ꝙ plātasti eam.

Vox itineris fuisti in cō-
spectu eius: & plātasti radi-
ces eius & implevit terram.
Operuit montes umbra
ei?: & arbusta ei? cedros dei.
Extendit palmites suos
usq; ad mare: & usq; ad flu-
men propagines eius.
Ut quid destruxisti macerīā
eius, & vindemiāt eam oēs
qui pretergrediuntur viā?
Exterminavit eam aper de
silua singularis & ferus depa-
stus est eam.
Deus virtutum cōuerte-
re: respice de celo, & vide, et
visita vineam istam.
Et perfice eā, quā plātavit
dextera tua: & super filiū ho
minis, quē confirmasti tibi.
Incēsa igni, & suffossa: ab
increpatiōe vultus tui peribūt
Fiat manus tua sup virū
dextere tue: & super filiū ho
minis, quē cōfirmasti tibi.
Et non discedimus a te:
vivificabis nos, et nomen
tuum invocabimus.
Deus virtutū cōuer-
te nos: & ostēde faciē tuā, &
salui erimus. Psalmus. 98

Dominus regnavit, ira
scātur populi: qui sedet
sup Cherubin, moveatur
terra.
Dominus in Sion magnus: &
excelsus sup oēs populos.
Confiteātur nomini tuo
magno, quoniam terribile,
& sanctum est: et honor re-
gis iudicium diligit.
Tu parasti directiōes: iudi
ciū & iustitiam in Jacob tu
fecisti.
Exaltate dñm deum no-
strum: & adorate scabellū pe
dū eius: quoniā sanctū est.
Moyses, & Aaron in sacer-
dotibus eius: & Samuel in-
ter eos, qui invocāt nomē ei?
Invocabant dñm, et ipse
exaudiebat eos: in columna
nubis loquebatur ad eos.
Custodiebant testimonia
eius, & preceptū, quē dedit illis
O sne deus noster tu exau
diebas eos, & vindices in om
nes adinuentiones eorum.
Exaltate dñm deū nostrū,
& adorate in mōte sancto ei?:
quia sanctus dñs deus noster

Psalmus. 125.

In convertendo dñs
captivitatē Sion: facti
sumus sicut consolati.
Tunc repletū est gaudio
os nostrū, & lingua nostra
exultatione.
Tunc dicēt inter gētes, Ma
gnificavit dñs facere cū eis.
Magnificavit dñs facere
nobiscū: facti sumus letātes.
Convertere dñe captivitatē
nostrā, sicut torrēs in austro
Qui seminant in lachry-
mis: in exultatione metent.
Euntes ibant, & flebant,
mittentes semina sua.

Uenientes aũt venięt cũ exultatiõe, portãtes manipulos suos. Ña. Deus virtutũ cõuerte nos.

¶ Ad vesperas. Psalm. 76.

Voce mea ad dñm clamaui: voce mea ad deum, & intendit mihi.

In die tribulationis mee deum exquisiui, manibus meis nocte cõtra eum, & nõ sum deceptus.

Renuit cõsolari aĩa mea: memor fui Dei delectatus sum, et exercitatus sum: et defecit spiritus meus.

Anticipauerunt vigilias oculi mei: turbatus sum, & non sum locutus.

Cogitaui dies antiq̃s: & annos eternos in mẽte habui

Et meditatꝰ sum nocte cũ corde meo: & exercitabar, et scopebam spiritum meum.

Nũquid in eternũ ꝓijciet deus: aut nõ apponet vt cõplacitor sit adhuc?

Aut i finẽ miam suã abscidet a gñratiõe in gñationẽ.

Aut obliuiscetur misereri deꝰ? aut cõtinebit in ira sua misericordias suas?

Et dixi: Nũc cepi, hec mutatio dextere excelsi.

Memor fui operum Dñi: quia memor ero ab initio mirabilium tuorum.

Et meditabor i omnibus operibus tuis: & in adinuẽtionibus tuis exercebor.

Deꝰ in sancto via tua: quis deus magnꝰ sicut deus nẽ? tu es deus q̃ facis mirabilia

Notam fecisti in populis virtutem tuã: redemisti in brachio tuo populum tuũ, filios Jacob & Joseph.

Uiderũt te aque deus, viderunt te aque: & timuerũt, & turbate sunt abyssi.

Multitudo sonitus aquarum: vocem dederunt nubes

Etenim sagitte tue trãseũt: vox tonitrui tui in rota.

Illuxerũt coruscationes tue orbi terre: commota est, & contremuit terra.

In mari via tua, & semite tue in aquis multis: & vestigia tua nõ cognoscentur.

Deduxisti sicut oues ꝑpulũ tuũ in manu Moysi et Aaron. ¶ Psalmus. 115.

Credidi ꝓpter quõ locutus sum: ego autẽ humiliatus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo, Omnis homo mendax.

Quid retribuã dño ꝓ oĩbus, que retribuit mihi?

Calicẽ salutaris accipiam: & nomẽ dñi inuocabo.

Uota mea dño reddã coram omni populo eius: ꝓciosa in conspectu dñi mors sanctorum eius.

O dñe q̃a ego seruus tuus,

ego seruus tuus, & filius ancille tue.

Dirupisti vincula mea: tibi sacrificabo hostiā laudis: & nomē domini inuocabo.

Vota mea dño reddā i cō spectu omnis populi ei⁹: in atrijs domus dñi, in medio tui Hierusalē. Psalm. 142

Dominee exaudi oratiōnē meā, auribꝰ pcipe obsecrationē meā: in vitate tua exaudi me, i tua iustitia Et nō intres in iudicium cum seruo tuo: quia non iustificabitur in cō spectu tuo omnis viuens.

Quia persecutus est inimicus animam meam: humiliauit in terra vitā meā.

Collocauit me i obscuris, sicut mortuos seculi, & anxiatus est sup me spiritꝰ meꝰ: in me turbatū est cor meū.

Memor fui dierū antiquorū meditatus sum in omnibꝰ operibꝰ tuis: & in factis manuum tuarū meditabar.

Expandi manus meas ad te: anima mea, sicut terra sine aqua tibi.

Velociter exaudi me domine: defecit spiritus meus

Non auertas faciē tuam a me: & similis ero descendētibus in lacum.

Auditam fac mihi mane misericordiam tuā: quia in te speraui.

Notam fac mihi viam, in qua ambulē: quia ad te leuaui animam meam.

Eripe me de inimicis meis domine ad te confugi: doce me facere voluntatem tuā, quia deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terrā rectā: propter nomē tuū domine, viuificabis me in equitate tua.

Educes de tribulatiōe aiam meā: et in misericordia tua dispdes oēs inimicos meos

Et perdes omnes qui tribulāt animam meā: quōm ego seruus tuus sum. Deinde. Magnificat. Fol 8. C 30 completorium. Psalmus. 7

Domine deus meus in te speraui: saluū me fac ex oībus persequentibus me, & libera me

Nequādo rapiat vt leo animam meā, dū nō est qui redimat, neq; qui saluū faciat.

Domine Deus meus si feci istud si est iniquitas in manibus meis.

Si reddidi retribuentibus mihi mala: decidam merito ab inimicis meis inanis.

Persequat inimicus aiam meā, & cōprehēdat, & cōculcet in terra vitā meā, et gloriā meā in puluere deducat.

Exurge domine in ira tua: et exaltare in finibus inimicorum meorum.

Et exurge domine deus meus in precepto, quod mandasti: & synagoga populorū circundabit te.

Et propter hāc in altū regredere: dñs iudicat pplos.

Iudica me dñe secundum iustitiam meā, & secundū innocentiam meā super me.

Cōsumet nequitia peccatorū, et dirriges iustū, scrutās corda, & renes deus.

Iustū adiutoriū meū a domino, qui saluos facit rectos corde.

Deus iudex iustus, fortis, & patiens, nunquid irascit per singulos dies?

Nisi conuersi fueritis, gladiū suū vibrauit, arcū suū tetendit, & parauit illum.

Et in eo parauit vasa mortis: sagittas suas ardentibus effecit.

Ecce parturit in iustitiā, concepit dolorem: & peperit iniquitatem.

Lacum aperuit: & effodit eum et incidit in foueam quam fecit.

Conuertet dolor eius in caput eius, & in vertice ipsius iniquitas eius descendet.

Cōfitebor dño scōm iustitiā eius: & psallā nomi dñi altissimi. Psalmus. 114.

Domine ds habitabit in tabernaculo tuo? aut ds requiescet in monte sancto tuo?

Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam.

Qui loquitur veritatem in corde suo, qui nō egit dolum in lingua sua.

Nec fecit proximo suo malum & opprobriū nō accepit aduersus proximos suos.

Ad nihilū deductus est in cōspectu eius malignus, timentes aūt dominū glorificat.

Qui iurat proximo suo: & nō decipit, & pecuniā suā nō dedit ad vsuram, & munera super innocentē nō accepit.

Qui facit hec: nō mouebit in eternū. ℭ Psalmus. 124.

Qui confidūt in dño, sicut mōs Sion: nō cōmouebitur in eternū qui habitat in Hierusalem.

Montes in circuitu eius: & dominus in circuitu populi sui: ex hoc nunc & vsq; in seculum.

Quia non relinquet dominus virgam peccatorum super sortem iustorum: vt nō extendant iusti ad iniquitatem manus suas.

Benefac domine bonis, et rectis corde.

Declinantes aūt in obligatiōes adducet dñs cū operātib⁹ iniquitatē: pax sup Israel.

Deinde Nūc dimittis. fo. 9

ℭ Feria tertia. Ad matuti. Psalmus. 39.

NOli emulari in malignātibus, neq; zela ueris facientes iniquitatem.

Quasi tanq; fenū velociter arescēt: & quēadmodū olera herbarū cito decident.

Spera in dño, & fac bonitatem, et inhabita terram, & pascēris in diuitijs eius.

Delectare in dño: et dabit tibi petitiones cordis tui.

Revela domino viā tuā, & spera in eo: & ipse faciet.

Et educet, quasi lumē iustitiam tuā. & iudiciū tuum tanq; meridiem: subditus esto domino, & ora eum.

Noli emulari ī eo, qui prosperatur in via sua, in homine facīente iniustitias.

Desine ab ira, & derelinque furorē: noli emulari, vt maligneris.

Quoniā, qui malignāt ex terminabūt: sustinētes aūt dñm, ipsi hereditabūt terrā

Et adhuc pusillū, & nō erit peccator: & querens locum eius, & non inuenies.

Mansueti autē hereditabunt terrā & delectabuntur in multitudine pacis.

Observabit peccator iustum, & stridebit super eum dentibus suis.

Dominus autē irridebit eum: quoniam prospicit, qō veniet dies eius.

Gladiū euaginauerūt peccatores, intēderūt arcū suū

Ut decipiant pauperem & inopem, vt trucident rectos corde.

Gladius eorum intret in corda ipsorum: & arcus eorum confringatur.

Melius est modicū iusto super diuitias peccatorū multas.

Quoniā brachia peccatorum conterentur: confirmat autem iustos dominus

Novit dominus dies immaculatorum: et hereditas eorum in eternum erit.

Non confundentur in tempore malo, et in diebus famis saturabuntur: quia peccatores peribunt.

Inimici vero dñi, mox vt honorificati fuerint, & exaltati: deficientes, quemadmodum fumus deficient.

Mutuabitur peccator: et non soluet: iustus autē misereturr, & retribuet.

Quia benedicentes ei hereditabunt terram: maledicētes aūt ei, disperibunt.

A pud dñm gressus hois dirigantur: & viā eius volet

Cū ceciderit, nō collidet: quia dñs supponit manū suā

Iunior fui etenim senui, et nō vidi iustū derelictū, nec semen eius querens panē.

Tota die miseretur, & commodat: & semen illius in be

nedictione erit.

Declina a malo, & fac bonū & inhabita in seculū seculi.

Quia dñs amat iudicium: & nō derelinquet sctōs suos: in eternum conseruabūtur.

Iniusti puniētur: & semen impiorum peribit.

Iusti autē hereditabunt terram: & inhabitabunt in seculum seculi super eam.

Os iusti meditabitur sapientiā: & lingua eius loquetur iudicium.

Lex dei eius in corde ipsius: et non supplantabuntur gressus eius.

Cōsiderat peccator iustū: & querit mortificare eum.

Dñs aūt nō derelinquet eū in manibus eius: nec dānabit eū, cū iudicabitur illi.

Expecta dñm, et custodi viā eius: & exaltabit te, vt hereditate capias terrā: cū perierint peccatores, & videbis

Vidi impium superexaltatum, et elevatum, sicut cedros Libani.

Et transiui, & ecce nō erat: quesiui eum, & non est inuētus locus eius.

Custodi innocentiam, et vide equitatem: quoniam sunt reliquie homini pacifico.

Iniusti autem disperibūt: simul reliquie impiorum interibunt.

Salus autem iustorum a dño: & protector eorum in tempore tribulationis.

Et adiuuabit eos dñs, et liberabit eos: & eruet eos a peccatoribꝰ, & saluabit eos: quia sperauerunt in eo.

¶ Psalmus. 43.

Deus auribꝰ nostris audiuimus: patres nostri annūciauerūt nobis.

Opus, quod operatus es in diebus eorum: et in diebus antiquis.

Manus tua gētes dispdit, & plantasti eos: afflixisti populos, & expulisti eos.

Nec em̄ in gladio suo possederunt terram, & brachiū eorum non seruabit eos.

Sed dextera tua, & brachiū tuū, et illuminatio vultus tui: quō cōplacuisti in eis.

Tu es ipse rex meus, et Deus meus: qui mandas salutes Jacob.

In te inimicos nostros vētilabimus cornu: et in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis.

Non enim in arcu meo sperabo: et gladius meus non saluabit me.

Saluasti enim nos de affligentibus nos: et odientes nos confudisti.

In Deo laudabimur tota die: & in nomine tuo confitebimur in seculum.

Q ūe autē repulisti, ⁊ con-
fudisti nos: ⁊ nō egredieris
deus in virtutibus nostris.
A uertisti nos retrorsum
post inimicos nostros: ⁊ qui
oderūt nos, diripiebāt sibi.
D edisti nos tanquā oues
escarum: ⁊ in gentibus di-
speristi nos.
V endidisti ꝑpulū tuū si-
ne ꝓtio: ⁊ nō fuit multitudo
in commutationibus eorū.
P osuisti nos opprobrium
vicinis nostris, subsannatio
nem, ⁊ derisum his, q̄ sunt
in circuitu nostro.
P osuisti nos in similitudi
nem gentibus: commotio-
nem capitis in populis.
T ota die verecundia mea
contra me est, ⁊ confusio fa-
ciei mee cooperuit me.
A voce exprobrantis: ⁊ ob
loquentis: a facie inimici, et
persequentis.
H ec oīa venerūt sup nos,
nec obliti sum⁹ te: ⁊ inique
nō egim⁹ in testamēto tuo.
E t nō recessit retro cor no
strum: et declinasti semitas
nostras a via tua.
Q uoniam humiliasti nos
in loco afflictionis: ⁊ coope-
ruit nos umbra mortis.
S i obliti sumus nomē dei
nostri: et si expādim⁹ man⁹
nostras ad deum alienum.
N ōne deus requiret ista? ipse
enim nouit abscondita cordis
Q uoniā ꝓpter te morti
ficamur tota die, estimati su
mus, sicut oues occisionis.
E xurge, quare obdormis
domine? exurge, ⁊ ne repel-
las in finem.
Q uare faciē tuā auertis?
obliuiscēris inopie nostre, ⁊
tribulationis nostre?
Q uoniā humiliata est in
puluere aīa nostra: cōgluti-
nat⁹ est i terra vēter noster.
E xurge dñe adiuua nos:
⁊ redime nos ꝓpter nomen
tuum. ¶ Psalmus .1o3.
D eus laudē meā ne ta
cueris: q̄a os pc̄ōris
⁊ dolosi sup me apertū est
L ocuti sunt aduersum me
lingua dolosa, ⁊ sermonibus
odij circumdederūt me: ⁊ expu
gnauerunt me gratis.
P ro eo vt me diligerēt, de
trahebant mihi: ego autem
orabam.
E t posuerunt aduersum
me mala pro bonis: et odiū
pro dilectione mea.
C ōstitue sup eū peccatorē
⁊ diabolus stet a dextris ei⁹
C um iudicatur, exeat con
demnatus: ⁊ oratio eius fiat
in peccatum.
F iāt dies ei⁹ pauci: ⁊ epi-
scopatū eius accipiat alter.
F iant filij eius orphani: ⁊
uxor eius vidua.
M utātes trāsferant filij
eius, ⁊ mēdicēt: ⁊ ejciantur

de habitationibus tuis.
Scrutet fenerator omnē
substantiam eius: & diripiāt
alieni labores eius.
Non sit illi adiutor: nec sit
qui misereatur pupillis ei⁹
Fiant nati eius interitū,
in generatione vna deleatur
nomen eius.
In memoriam redeat ini-
quitas patrum eius in con
spectu domini: et peccatum
matris eius non deleatur.
Fiant cōtra dñm semp, &
dispreat de terra memoria
eorū: pro eo qđ nō est recor
datus facere misericordiam
Et p̄secutus est hominē in
opem, & mendicum, & cōpun
ctum corde mortificare.
Et dilexit maledictionē, et
veniet ei: & noluit bñdictio-
nē: & elongabitur ab eo.
Et induit maledictionē si-
cut vestimentū, & intrauit si
cut aqua in interiora eius, &
sicut oleū in ossibus eius.
Fiat ei sicut vestimentū
quo operitur: et sicut zona
qua semper p̄accingitur.
Hoc opus coru. à dñ retribuit
mihi apd dñm: & à loquunt
mala aduersus animā meā.
Et tu domine, domine fac
mecū p̄ropter nomen tuum:
quia suauis est mia tua.
Libera me, quia egenus, &
pauper ego sum: & cor meum
conturbatum est intra me.
Sicut vmbra cū declinat,
ablatus sum: & excussus sum,
sicut locuste.
Genua mea infirmata sunt
a ieiunio: et caro mea immu
tata est p̄ropter oleum.
Et ego factus sum oppro-
brium illis, viderunt me, et
mouerunt capita sua.
Adiuua me domine deus
meus: saluum me fac scōm
misericordiam tuam.
Et sciant, quia manus tua
hec, et tu dñe fecisti eam.
Maledicēt illi, & tu bñdices
à insurgūt in me, confundā
tur seruus aūt tuus letabit̄.
Induant, qui detrahūt mi
hi, pudore: & operiātur sicut
diploide confusione sua.
Confitebor domino nimis
in ore meo: & in medio mul
torum laudabo eum.
Quia astitit a dextris pau
peris vt saluū faceret a p̄se
quētibus animam meam.

Ad laudes. Psalmus. 94.

VEnite exultem⁹ do-
mino, iubilem⁹ deo
salutari nostro.
Preoccupemus faciē eius
in confessione: & in psalmis
iubilemus ei.
Quia Deus magnus dñs:
& rex magnus sup oēs deos.
Quia in manu eius sunt
omnes fines terre: et altitu
dines montiū ipsius sunt.
Quia ipsius est mare, & ipse

fecit illud: et fleeam manus eius formauerunt.

Venite, adoremus, et procidamus, et ploremus ante dominū, qui fecit nos: quia ipse est dñs deus noster.

Et nos populus pascue eius: et oues manus eius.

Hodie si uocē eius audieritis nolite obdurare corda ūra.

Sicut in irritatione cōm diem tentationis in deserto

Ubi tentauerunt me patres uestri probauerunt, et viderunt opera mea.

Quadraginta annis offensus fui generationi illi: et dixi, semper hi errāt corde.

Et isti nō cognouerūt uias meas: ut iurauī in ira mea, Si introibūt requiē meam

Psalmus. 144.

Exaltabo te deus meus rex: ⁊ benedicā nomini tuo in seculum, ⁊ in seculum seculi.

Per singulos dies bñdicā tibi: ⁊ laudabo nomē tuum in seculū, ⁊ in seculū seculi.

Magnus dominus, ⁊ laudabilis nimis: ⁊ magnitudinis eius non est finis.

Generatio ⁊ gñatio laudabit opera tua: ⁊ potentiam tuam pronuntiabunt.

Magnificentiam glorie sanctitatis tue loquentur, et mirabilia tua narrabunt.

Et uirtutem terribilium tuorum dicēt: ⁊ magnitudinem tuam narrabunt.

Memoriā abundantie suauitatis tue eructabunt: ⁊ iustitia tua exultabunt.

Miserator, ⁊ miserator dñs patiēs, ⁊ multū misericors.

Suauis dñs uniuersis: ⁊ miserationes eius super omnia opera eius.

Confiteantur tibi domine omnia opera tua: ⁊ sancti tui benedicant tibi.

Gloriam regni tui dicent: ⁊ potentiam tuam loquentur

Ut notā faciant filijs hominū potētiā tuā: ⁊ gloriā magnificentie regni tui.

Regnū tuū regnū oīm seculorū: ⁊ dominatio tua in omni gñatiōe, ⁊ gñatione.

Fidelis dñs in omnibus uerbis suis: ⁊ sanctus in omnibus operibus suis.

Allevat dñs oēs, qui corruunt: ⁊ erigit oēs elisos.

Oculi omniū in te sperant dñe: ⁊ tu das escam illorum in tempore oportuno.

Aperis tu manū tuā: ⁊ implēs omne animal bñdictiōe

Justus dñs in omnibus viis suis: ⁊ sanctus in omnibus operibus suis.

Prope est dominus omnib⁹ inuocātibus eū, omnib⁹ inuocātib⁹ eū in veritate

Voluntatē timentiū se faciet, et deprecationem eorū

exaudiet: & saluos faciet eos
¶ Custodit dominꝰ omnes
diligentes se: & omnes pecca
tores disperdet.
Laudationē dñi loquetur
os meū: & benedicat oīs ca
ro nomini sancto eius in se
culum, & in seculum seculi.
¶ Canticum Ezechie.
EGo dixi in dimidio die
rum meorum: vadā ad
portas inferi.
Quesiui residuū annorū
meorū. Dixi: Non videbo
dñm deū in terra viuentiū.
Non aspiciā hominē vltra
& habitatorem quietis.
Generatio mea ablata est,
& cōuoluta est a me: quasi ta
bernaculum pastorum.
Precisa est, velut a texente
vita mea: dū adhuc ordirer
succidit me. De mane ad vel
peram finies me.
Sperabam vsq; ad mane:
quasi leo, sic cōtriuit omnia
ossa mea.
De mane vsq; ad vesperā
finies me. Sicut pullus hi
rundinis, sic clamabo: medi
tabor vt columba.
Attenuati sunt oculi mei
suspicientes in excelsum.
Dñe, vim patior, responde
pro me: quid dicam, aut qd
respondebit mihi, cum ipse
fecerit?
Recogitabo tibi omnes
annos meos in amaritudi-
ne anime mee.
Domine, si sic viuitur, & in
talibus vita spiritus mei:
corripies me, & viuificabis
me. Ecce in pace amaritudo
mea amarissima.
Tu aūt eruisti aiam meā
vt nō periret: proiecisti post
tergū tuū oīa peccata mea.
Quia non infernus confi
tebitur tibi, neq; mors lau
dabit te: non expectabunt, q
descendunt in lacum, verita
tem tuam.
Viuens viuens ipse confi
tebitur tibi: sicut & ego ho
die: pater filijs notam faciet
veritatem tuam.
Domine saluum me fac: &
psalmos nostros cantabimꝰ
cūctis diebus vite nostre in
domo domini.
Deinde Benedictus. Fo. 4.
¶ Ad primā. Ān. Mane asta
bo. Psalmus. 5.
VErba mea auribus
pcipe dñe: intellige
clamorem meum.
Intende voci orationis
mee rex meus, & deus meus
Quia ad te orabo domine:
mane exaudies vocē meam.
Mane astabo tibi & videbo
quoniam non deus volens
iniquitatem tu es.
Neq; habitabit iuxta te
malignus: neq; permanebūt
iniusti ante oculos tuos.
Odisti oēs qui operantur

iniquitatem: perdes omnes qui loquuntur mendacium
Virum sanguinum & dolosum abominabitur dñs, ego autem in multitudine misericordie tue.
Introibo in domum tuã: adorabo ad templũ sanctũ tuum in timore tuo.
Domine deduc me in iustitia tua: propter inimicos meos dirige in cõspectu tuo viam meam.
Quia non est in ore eorũ veritas: cor eorum vanum est
Sepulchrũ patens est guttur eor: linguis suis dolose agebant, iudica illos deus.
Decidant a cogitationib⁹ suis: secundum multitudinem impietatũ eorũ expelle eos, quia irritauerunt te dñe
Et letentur omnes, qui sperant in te: in eternũ exultabunt, & habitabis in eis.
Et gloriabuntur in te oẽs, qui diligunt nomen tuum: quoniã tu benedices iusto.
Domine vt scuto bone voluntatis tue coronasti nos.

¶ Psalmus .10.

Exaudi dñe iustitiam meam: intende deprecationem meam.
Auribus percipe orationẽ meã, non in labijs dolosis.
De vultu tuo iudiciũ meũ prodeat: oculi tui videant equitatem.
Probasti cor meum, & visitasti nocte: igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas.
Ut non loquatur os meũ opera hominũ: propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras.
Perfice gressus meos in semitis tuis: vt non moueantur vestigia mea.
Ego clamaui, quoniã exaudisti me deus: inclina aurem tuã mihi, & exaudi vba mea
Mirifica mias tuas, que saluos facis sperantes in te.
A resistẽtibus dextere tue custodi me, vt pupillã oculi
Sub vmbra alarũ tuarum protege me a facie impiorũ qui me afflixerunt.
Inimici mei animam meã circumdederunt, adipẽ suum concluserunt, os eorũ locutum est superbiam.
Proiicientes me, nunc circumdederũt me: oculos suos statuerũt declinare in terrã
Susceperunt me, sicut leo paratus ad predã, & sicut catulus leonis habitãs in abditis.
Exurge dñe, preueni eũ & supplanta eũ: eripe animam meam ab impio, phãleam tuã ab inimicis manus tue
Domine a paucis de terrã diuide eos in vita eorum: de absconditis tuis adimplet⁹

est venter eorum.

Saturati sunt filijs: & dimiserũt reliquias suas parvulis suis.

Ego autẽ in iustitia apparebo cõspectui tuo: satiabor cum apparuerit gloria tua.

℣ Psalmus 25.

Iudica me dñe, quoniã ego in innocentia mea ingressus sum & in domino sperans non infirmabor.

Proba me domine, & tenta me: ure renes meos, & cor meum.

Quoniã misericordia tua ante oculos meos est: & complacui in veritate tua.

Non sedi cum consilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo.

Odiui ecclesiam malignantium & cum impijs non sedebo.

Lauabo inter innocentes manus meas: & circundabo altare tuum domine.

Vt audiam vocem laudis tue, & enarrem vniuersa mirabilia tua.

Dñe dilexi decorẽ domus tue & locũ habitationis glorie tue.

Ne perdas cum impijs deus animam meam, & cum viris sanguinum vitam meam.

In quorum manibus iniquitates sunt: dextera eorũ repleta est muneribus.

Ego autem in innocentia mea ingressus sum: redime me, & miserere mei.

Pes meus stetit in directo in ecclesijs benedicam te dñe ℟. Mane astabo tibi & videbo, quoniã non deus volẽs iniquitatẽ tu es. Deinde Credo. &c. ℣ Ad tertiã. ℟. Cantabimus. ℣ Psalmus. 20.

Domine in virtute tua letabitur rex: & super salutare tuum exultabit vehementer.

Desiderium cordis eius tribuisti ei: & voluntate labiorum eius non fraudasti eum.

Quoniam prevenisti eũ in benedictionibus dulcedinis posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.

Vitam petijt a te: & tribuisti ei longitudinem dierũ in seculũ, & in seculum seculi.

Magna est gloria eius in salutari tuo, gloriam, & magnum decorem impones super eum.

Quoniã dabis eum in benedictionem in seculum seculi: letificabis eum in gaudio cum vultu tuo.

Quoniam rex sperat in domino: & in misericordia altissimi non commouebitur.

Inueniatur manus tua oĩbus inimicis tuis: dextera tua inueniat omnes qui te oderunt.

Pones eos vt clibanū ignis in tempore vultus tui: dñs in ira sua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis.
Fructū eorū de terra perdes: semē eorū a filijs hoim.
Q. si declinauerunt in te mala: cogitauerunt consilia, que non potuerunt stabilire
Q. uoniam pones eos dorsum: in reliquijs tuis, preparabis vultum eorum.
Exaltare domine in virtute tua: cantabimus & psallemus virtutes tuas.

℣ Psalmus .28.

Afferte dño filij dei: afferte dño filios arietū
Afferte domino gloziam & honorem, afferte domino gloziā nomini eius: adorate dñm in atrio sancto eius.
Vox domini super aquas deus maiestatis intonuit: dñs super aquas multas.
Vox dñi in virtute: vox domini in magnificentia.
Vox domini confringētis cedros: & confringet dominus cedros Libani
Et cōminuet eas, tanquā vitulū Libani: & dilect⁹ quē admodum filius vnicorniū
Vox dñi intercidentis flāmā ignis: vox dñi concutientis desertū, & cōmouebit dominus desertum Cades.
Vox dñi pparātis ceruos & reuelabit condensa: & in tē plo eius oēs dicent gloziam
Dñs diluuium inhabitare facit: & sedebit dominus rex in eternum.
Dñs virtutē populo suo dabit: dñs benedicet populo suo in pace. ℣ Psalm⁹ .31.
Beati quorum remisse sunt iniq̄tates, & quorum tecta sunt peccata.
Beatus vir, cui non imputauit dñs peccatum, nec est in spiritu eius dolus.
Quoniam tacui, inueterauerunt ossa mea: dum clamarem tota die.
Quoniam die ac nocte grauata est super me manꝰ tua: conuersus sum in erumna mea, dum configitur spina.
Delictum meum cognitū tibi feci: & iniustitiam meam non abscondi.
Dixi, cōfitebor aduersum me iustitiā meā dño: & tu remisisti impietatē peccatimei
Pro hac orabit ad te oīs sanct⁹ in tēpore opportuno.
Veruntamen in diluuio aquarum multarū ad eum non approximabunt.
Tu es refugium meum a tribulatione, que circundedit me: exultatio mea erue me a circundantibus me.
Intellectū tibi dabo, & instruā te in via hac, qua gradieris: firmabo super te oculos meos.

Nolite fieri,sicut equus,& mul9:quib9 nõ est intellect9 In chamo,& freno maxillas eorũ constringe,qui non approximant ad te.

Multa flagella peccatoris: sperantem autẽ in domino misericordia circundabit.

Letamini in dño,& exultate iusti & gloriamini omnes recti corde. Ant. Cantabimus,& psallemus virtutes tuas. Ad sertã. Ant. Sit nomen.

Psalmus.52.

Dixit insipiẽs in corde suo, Nõ est deus

Corrupti sunt,& abominabiles facti sũt in iniquitatib9:nõ est q faciat bonũ

Deus de celo prospexit sup filios hoim:vt videat si est intelligẽs,aut requirẽs deũ

Oẽs declinauerũt,simul inutiles facti sunt:non est q faciat bonũ,nõ est vsq;ad vnũ

Nõne sciẽt oẽs,qui operãtur iniquitatẽ,qui deuorãt plebẽ meã,vt cibum panis?

Deum non inuocauerũt: illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor.

Quoniam deus dissipauit ossa eorum,qui hominibus placent:cõfusi sunt,quoniã deus sprevit eos.

Quis dabit ex Sion salutare Israel?cum cõuerterit deus captiuitatẽ plebis sue, exultabit Jacob,& letabitur Israel.

Psalmus.71.

Deus iudicium tuum regi da:& iustitiã tuã filio regis.

Iudicare populũ tuum in iustitia:& pauperes tuos in iudicio.

Suscipiant mõtes pacem populo:& colles iustitiam.

Iudicabit pauperes populi:& saluos faciet filios pauperum:& humiliabit calumniatorem.

Et permanebit cum sole, & ante lunam in generatione & generationem.

Descendet,sicut pluuia in vellus:& sicut stillicidia stillantia super terram.

Orietur in diebus eius iustitia,& abundãtia pacis:donec auferatur luna.

Et dominabit a mari vsq; ad mare:& a flumine vsq; ad terminos orbis terrarum.

Coram illo procidẽt Ethiopes & inimici eius terrã lingent

Reges Tharsis, & insule munera offerent:reges Arabum & Saba dona adducẽt

Et adorabũt eũ oẽs reges terre:oẽs gentes seruient ei

Quia liberabit pauperem a potente & pauperẽ,cui non erat adiutor.

Parcet pauperi & inopi:& aias pauperũ saluas faciet.

Ex vsuris,& iniquitate redimet aias eorũ: & honora-

bile nomen eozum cozã illo.
Et viuet,ꝫ dabit ei de auro Arabie,ꝫ adozabũt de ipso semp: tota die bñdicẽt ei.
Et erit firmamentũ in terra in summis montium, superextolletur super Libanũ fructus eius:ꝫ flozebũt de ciuitate,sicut fenum terre.
Sit nomen eius benedictũ in seculã:ante solem permanet nomen eius.
Et benedicẽtur in ipso omnes tribus terre:omnes gẽtes magnificabunt eum.
Benedictus dñs deus Israel,qui facit mirabilia solꝰ
Et benedictũ nomen maiestatis eius in eternũ,ꝫ replebitur maiestate eius omnis terra,fiat fiat. Psal.120.
Leuaui oculos meos in mõtes: vnde veniet auxilium mihi.
Auxiliũ meum a domino: qui fecit celum,ꝫ terram.
Non det in cõmotionem pedem tuum:neq; dozmitet qui custodit te.
Nec non dozmitabit,neq; dozmiet,qui custodit Israel
Dominus custodit te,dominus protectio tua super manum dexteram tuam.
Per diem sol non vret te: neq; luna per noctem.
dus populi, in lucē Gentiū:
vt aperires oculos cecozū, &
educeres de conclusione vin
ctū, de domo carceris sedē
tes in tenebzis. Ego dās,
hoc est nomē meū. Gloziam
meā alteri nō dabo, & laudē
meā sculptilibus. Que pzi
ma fuerunt, ecce venerunt,
noua quoq; ego annuntio:
antequam oziantur, audita
vobis faciam. Cantate dño
canticū nouū, laus eius ab
extremis terre, qui descendi
tis in mare, & plenitudo eius:
insule, & habitatozes earum
Letetur desertū, & ciuitates
eius in domibus habitabit
Cedar. Laudate habitato-
res petre, de vertice montiū
clamabūt. Ponent dño
gloziā, & laudē eius in insu-
lis nūciabūt. Dās sicut foz
tis egredietur, sicut vir pze
liator suscitabit zelū. Moci-
ferabitur & clamabit: super
inimicos suos confoztabit
Tacui, semper silui, patiens
fui, sicut parturiens loquar
Dissipabo, & absozbebo si-
mul: desertos faciā mōtes,
& colles, & omne gramē eoz
exiccabo: & ponā flumina in
insulas & stagna arefaciam.
Et educam cecos in viam q̄
nesciunt: & in semitis quas
ignozauerūt, ambulare eos

facta. Dona tenebras cozã eis in lucẽ, ꝛ pzaua in recta.

¶Secõm Lucã. Lect. ij.

HIt autẽ, Jmẽ dico vobis, ḉa nemo ꝓpheta acceptus est in patria sua. In vitate dico vobis: multe vidue erãt in diebus Elie in Jsrael qñ clausum est celũ annis tribus ꝛ mensib⁹ sex, cũ facta esset fames magna in oi terra: ꝛ ad nullã illaꝝ missus est Elias, nisi in sarepta Sidonis, ad mulierẽ viduã. Et multi leprosi erãt in Jsrael sub Eliseo ꝓpheta ꝛ nemo eozũ mundatus est nisi Naamã Syrus. Et repleti sunt oẽs in synagoga, ira, hec audientes. Et surexerunt ꝛ eiecerunt illũ extra ciuitatẽ: ꝛ duxerunt illũ vsq; ad supercilium montis super quẽ ciuitas illozũ erat edificata, vt precipitarẽt eũ. Jple aũt transiens per mediũ illozũ, ibat. ¶ Et descendit in Capharnaũ ciuitatẽ Galilee: ibiq; docebat illos sabbatis. Et stupebãt in doctrina eius: ḉa in potestate erat sermo ipsius. Et in synagoga erat homo habẽs de monũ immundũ: ꝛ exclamauit voce magna dicẽs. Sine quid nobis ꝛ tibi Jesu Nazarene? venisti perdere nos? scio te quia sis sanctus dei. Et increpauit illũ Jesus dicens, Obmutesce, ꝛ exi ab eo. Et cũ proiecisset illũ demoniũ in mediũ, exijt ab illo nichil illũ nocuit. Et factꝰ est pauoꝛ in oibus, ꝛ colloqbãt adinuicẽ dicẽtes. Quod est hoc verbũ, ḉa in potestate ꝛ virtute imperat immũdis spiritib⁹ ꝛ exeunt? Et diuulgabatur fama de illo in omnem locũ regiõis. ¶ Surgẽs aũt Jesus de synagoga, introiuit in domũ Simonis. Socrus aũt Simonis tenebat magnis febzibus: ꝛ rogauerũt illũ ꝓ ea. Et stãs super illã imperauit febzi: ꝛ dimisit illã. Et cõtinuo surgens ministrabat illis. Cũ aũt sol occidisset, oẽs q̃ habebãt infirmos varijs languoꝛib⁹ ducebant illos ad eũ. At ille singulis manꝰ imponẽs, curabat eos. Exibant aũt demonia a multis clamãtia ꝛ dicẽtia. Quia tu es filius dei, ꝛ increpans nõ sinebat ea loqui, quia sciebãt ipsum esse christũ. Facta aũt die, egressus ibat in desertũ locum: ꝛ turbe requirebãt eũ, ꝛ venerunt vsq; ad ipsum: ꝛ detinebãt illũ ne discederet ab eis. Quib⁹ ille ait. Quia ꝛ aliis ciuitatib⁹ oportet me euangelizare regnũ dei: quia ideo missus sum. Et erat predicãs in synagogis Galilee.

¶Tertia lectio qñ agitur

Feria. Audite fratres, audi-
te, vt supra. folio. 67

¶ Feria. iiij. ex Isaia. Lect. i

Ca.45 Vere tu es deus absco
ditus deꝰ Israel salua
tor. Confusi sunt, & erubue
runt oēs: simul abierūt in cō
fusionē fabricatores errozū
Israel saluabꝰ est i dño salu
te eterna. Nō cōfundemini
& nō erubescetis vsq; in secu
lū seculi: quia hec dicit dñs
creās celos, ipse deꝰ fozmās
terrā, & faciēs eā, ipe plastes
eā. Nō in vanū creauit eā:
vt habitetur fozmauit eā.
Ego dñs, & nō est alꝰ. Nō
in abscondito locutus sum.
in loco terre tenebzoso. Nō
dixi semini Jacob, Frustra
querite me. Ego dñs loquēs
iustitiā, annūtiās recta. Cō
gregamini & venite, & accedi
te simul q̄ saluati estis ex gē
tibus. Nescierūt q̄ leuāt li-
gnū sculpture sue, & rogant
deū nō saluantē. Annūtiate
& venite & cōsiliamini simul,
ds auditū fecit hoc ab initio
ex tūc ꝑdixit illud. Nunqd
nō ego dñs, & nō est vltra deꝰ
absq; me? Deus iustus & sal
uās nō est ꝓter me. Cōuer-
timini ad me, & salui eritis
oēs fines terre: qa ego deꝰ &
nō est alius. In memetipso
iurauī. Egredietꝰ de ore meo
iustitie verbū, & nō reuerte-
tur: quia mihi curuabit oē
genu, & iurabit oīs lingua.
Ergo in domino dicet, mee
sunt iustitie & imperiū. Ad
eū veniēt & confundent oēs
q̄ repugnāt ei. In domino
iustificabitur & laudabitur
omne semen Israel.

¶ Secundū Lucā. Lect. ij.

Cap.5 Factū est autē: cum tur
be irruerēt in eum vt
audirent verbum dei: & ipse
stabat secus stagnum Ge-
neclareth. Et vidit duas na-
ues stantes secus stagnū pis
catozes aūt descenderant, &
lauabant retia. Ascendens
aūt in vnā nauim que erat
Simonis rogauit eū a ter-
ra reducere pusillum. Et se-
dens, docebat de nauicula
turbas. Vt cessauit aūt loq̄
dixit ad Simonē. Duc in al
tū, & laxate retia vra in cap
turā. Et respondēs Simō,
dixit illi: Preceptoz p totā
nocte laborantes nihil cepi-
mus, in vbo aūt tuo laxabo
rete. Et cū hoc fecissent, con
clusērūt pisciū multitudinē
copiosam, rūpebatur aūt re
tecoz. Et annuerūt socijs q̄
erāt in naui, vt venirēt, & ad
iuuarēt eos. Et venerunt, &
impleuerūt ābas nauiculas
ita vt pene mergerēt. Quod
cū videret Simon Petrus,
prędit ad genua Jesu, dicēs
exi a me dñe, qa hō peccatoz
sum. Stupoz enim circūde-
derat eū, & oēs q̄ cū illo erāt

in captura piscium quã ceperãt. Similiter aũt Jacobũ & Joannem filios Zebedei, qui erãt socij Simonis. Et ait ad Simonẽ Jesus: Noli timere, ex hoc iã, homes eris capiẽs. Et subductis ad terram nauibus, relictis omnibus secuti sunt eum.

¶ Et factũ est: cũ esset in vna ciuitatũ, & ecce vir plenus lepra, & videns Jesum, & prociđs in faciẽ suã, rogauit eũ, dicẽs: Dñe, si vis, potes me mundare. Et extendẽs manũ, tetigit eũ, dicens: Volo Mundare. Et confestim lepra discessit abillo, & ipse precepit illi, vt nemini diceret, sed vade, ostẽde te sacerdoti, & offer pro emũdatione tua sicut precepit Moyses in testimoniũ illis. Perambulabat aũt magis sermo de illo & cõueniebant turbe multe vt audirẽt, & curarentur ab infirmitatib⁹ suis. Ipse aũt secedebat i desertũ, & orabat

Tertia lect. qñ fit officiũ de feria. ¶ Appropinquã, &c. vt supra. fo 69.

¶ Feria.v.ex Isaia Lect.i.

ca 49 Audite insule, & attendite populi de longe. Dñs ab vtero vocauit me, de vẽtre matris mee recordatus est nois mei. Et posuit os meũ quasi gladiũ acutũ, in vmbra manus sue protexit me, & posuit me sicut sagittam electã. In pharetra sua abscondit me, & dixit mihi: Seruus meus es tu Jsrael, qã in te glorificabor. Et ego dixi: Jnuacuũ laboraui sine causa, & vane fortitudinem meam cõsumpsi. Ergo iudicium meũ cũ dño, & opus meum cũ Deo meo. Et nũc hec dicit dñs, formãs me ex vtero seruũ sibi, vt reducã Jacob ad eũ, & Jsrael non cõgregabit. Et glorificatus sum in oculis dñi, & deus meus factus est fortitudo mea. Et dixit: Parũ est vt sis mihi seruus ad suscitãdas tribus Jacob, & feces Jsrael cõuertendas. Dedi te in lucẽ gentiũ vt sis salus mea vsq; ad extremũ terre. Hec dicit dñs redẽptor Jsrael, sctus eius, ad cõtẽptibilẽ aiam, ad abominatã gentẽ, ad seruũ dñorũ. Reges videbunt, & cõsurgẽt principes, & adorabũt propter dñm, quia fidelis est, & sctus Jsrael & elegit te. Hec dicit dñs: In tẽpore placito exaudiui te, & in die salutis auxiliat⁹ sũ tui. Et seruauit te, & dedi te in fed⁹ populi, vt suscitares terrã, & possideres hereditates dissipatas: vt dicas his q̃ vincti sunt, Exite, & his q̃ in tenebris, Reuelamini. Sup vias pascẽtur, & in oibus planis pascua eorũ.

Non esurient, neq; sitiēt, et nō ptuliet eos estꝰ & sol: qꝛ miseratoꝛ eoꝛū reget eos, et ad fontes aquaꝝ potabit eos. Et ponam oēs mōtes meos in vīā, et semite mee exaltabunt. Ecce isti de lōge venient & ecce illi ab aq̄lone & mari, & isti de terra australi. Laudate celi & exulta terra, iubilate mōtes laude: qꝛa cōsolatus est dñs pplū suum. & pauperum suoꝝ miserebitur.

¶ Secundū Lucā. Lectio. ij.

Cap. 52.

Factū est in vna dieꝝ rū, & ipse sedebat docēs. Et erāt Pharisei sedentes & legis doctoꝛes q̄ venerāt ex omni castello Galilee & Judee & Jerusalē: & virtus dñi erat ad sanādū eos. Et ecce viri portātes in lecto hominem qui erat paralyticꝰ: & querebāt eū inferre, & ponere ante eū. Et nō inuenientes qua parte illū inferrent pꝛe turba: ascenderūt supꝛa tectū, & per tegulas submiserūt eū cū lecto in mediū ante Jesum. Quoꝝ fidē vt vidit, dixit. Homo, remittūtur tibi peccata tua. Et cepērūt cogitare scribe & pharisei, dicētes. qs est hic q̄ loquitur blasphemias? qs potest dimittere peccata, nisi solus deus? Ut cognouit aūt Jesus cogitationes coꝛum, respōdens dixit ad illos, quid cogitatis in coꝛdibus vestris? q̄d est facilius, dicere, dimittunt tibi ptā an dicere, surge & ambula? Ut autē sciatis q̄a filius hominis habet potestatē in terra dimittēdi peccata (ait paralytico) tibi dico, surge, tolle lectum tuū, & vade in domū tuā. Et cōfestim consurgēs coꝛā illis, tulit lectū in q̄ iacebat, & abijt in domū suā, magnificās Deū. Et stupoꝛ apprehendit oēs, & magnificabāt deum. Et repleti sunt timore, dicentes, quia vidimus mirabilia hodie. ¶ Et post hec exijt, & vidit publicanū nomine Leui sedentē ad telonīū, & ait illi. Sequere me Et relictis omnibꝰ, surgens secutus est eū, & fecit ei conuiuiū magnum Leui in domo sua, & erat turba multa publicanoꝝ & alioꝝ qui cum illis erāt discūbentes. Et murmurabāt pharisei & scribe eoꝝ, dicētes ad discipulos eiꝰ. Quare cū publicanis & peccatoꝛibus manducatis & bibitis? Et respō dens Jesus, dixit ad illos, Non egēt qui sani sunt, me dico, sed q̄ male habēt. Nō veni vocare iustos, sed peccatoꝛes ad penitentiam.

Tertia lectio q̄ fit de feria. Certe ū te rex. ꝛc. vt fol. 70

℣ Feria sexta ex Isaia.

Lectio prima.

Ca. 51. AUdite me qui sequimini quod iustum est, et queritis dominum: attendite ad petram unde excisi estis, et ad cauernam loci de qua precisi estis. Attendite ad Abraham patrem vestrum, et ad Saram que peperit vos: quia unum vocaui eum, et benedixi ei, et multiplicaui eum. Consolabitur ergo dominus Sion, et consolabitur omnes ruinas eius: et ponet desertum eius quasi delicias, et solitudinem eius quasi hortum domini. Gaudium, et letitia inuenietur in ea: gratiarum actio, et vox laudis. Attendite ad me populus meus et tribus mea me audite: quia lex a me exiet, et iudicium meum in lucem populorum requiescet. Prope est iustus meus, egressus est saluator meus, brachia mea populos iudicabunt. Et me insule expectabunt, et brachium meum sustinebunt. Leuate in celum oculos vestros, et videte sub terra deorsum, qa celi sicut fumus liquescet, et terra sicut vestimentū atteret, et habitatores eius sicut hec interibūt. Salus aūt mea in sempiternū erit et iustitia mea nō deficiet. Audite me q̄ scitis iustum, populus meus lex mea in corde eorum. Nolite timere opprobrium hominum, et blasphemias eorum ne metuatis. Sicut enim vestimentum, sic comedet eos vermis: et sicut lanam, sic deuorabit eos tinea. Salus autem mea in sempiternum erit, et iustitia mea in generatiōes generationū. Cōsurge, induere fortitudinē brachiū dñi: cōsurge sicut in diebus antiqs, in generationibus seculorum. Nūquid nō tu percussisti superbū, vulnerasti draconē? Nunqd nō tu siccasti mare aquā abyssi vehemētis, qui posuisti profundū maris viam, vt trāsirēt liberati: et nunc q̄ redēpti sunt a dño, reuertentur, et venient in Sion laudantes, et letitia sempiterna super capita eorū: gaudiū et letitiam tenebūt, fugiet dolor et gemitus.

℣ Secundum Lucam.

Lectio secunda.

ACcesserūt ad eū discipuli Johannis ieiunāt frequēter, et obsecrationes faciūt, similiter et pharisei: tui aūt edunt et bibunt? Quibus ipse ait. Nunqd potestis filios sponsi, dum cū illis est sponsus, facere ieiunare? Venient aūt dies: et cum ablatus fuerit

ab illis sponsus, tunc ieiuna
bunt in illis diebus. Dice
bat aũt & similitudinẽ ad il
los. Quia nemo commissu
rã a vestimẽto nouo immit
tit in vestimẽtũ vetus: alio
quin & nouum rumpit, & ve
teri non cõuenit cõmissura
a noue. Et nemo mittet vi
nũ nouũ in vtres veteres:
alioquin rumpet vinũ no
uum vtres, & vinũ effundẽt
& vtres peribũt, sed vinum
nouũ in vtres nouos mit
tendũ est: & vtraq; cõseruã
tur. Et nemo bibẽs vetus,
statim vult nouum, dicit
enim. Vetus melius est.

cap. 6 ¶ Factum est autẽ in sabba
to secundo primo, cum tran
siret per sata, vellebant discí
puli eius spicas, & manduca
bant cõfricantes manibus.
Quidam aũt pharisẽorum
dicebãt illis, Quid facitis
qđ nõ licet in sabbatis? Et
respõdens Jesus ad eos di
xit. Nec hoc legistis qđ fecit
Dauid, cũ esurisset ipse & q̃
cum illo erant: quomodo in
trauit in domũ dei & panes
propositionis sumpsit, & mã
ducauit, & dedit his qui cum
ipso erant, quos nõ licet mã
ducare nisi tantũ sacerdoti
bus? Et dicebat illis. Quia
dominus est filius hominis,
etiam sabbati.

¶ Factum est autẽ & in alio
sabbato vt intraret in syn
gogã, & doceret. Et erat ibi
homo, & manus eius dexte
ra erat arida. Obseruabant
aũt scribe & pharisei si in sab
bato curaret: vt inuenirẽt
vnde accusarent eum. Ip
se vero sciebat cogitationes
eorum: & ait homini qui ha
bebat manum aridam. Sur
ge, & sta in medium. Et sur
gens, stetit. Ait autem ad
illos Iesus. Interrogo vos,
si licet sabbatis benefacere
an male: animam saluam
facere, an perdere? Et cir
cumspectis omnibus dixit
homini. Extende manum
tuam. Et extendit: & restitu
ta est manus eius. Ipsi au
tem repleti sunt insipien
tia: et colloquebantur ad
inuicem quidnam facerent
Jesu.

¶ Tertia lectio quando fit
& feria.

Satis abunde q̃ ꝛc vt su
pra. folio. 71.

¶ Sabbato ex Isaia.
Lectio prima.

Exurge, exurge, induere fortitudine ca. 52.
tua Sion: induere vestimẽ
tis glorie tue Jerusalem
ciuitas sancti, quia non ad
jiciet vltra vt pertranseat
per te incircumcisus et im
mundus. Excutere de pul
uere, cõsurge, sede Jerusalẽ.

Solue vincula colli tui ca-
ptiua filia Sion: quia hec di
cit Dñs. Gratis venunda-
ti estis, & sine argento redi-
emini. Quia hec dicit do-
minus Deus. In Egyptū
descendit populus meus in
principio, vt colonus esset
ibi: & Assur absq; vlla causa
calumniatꝰ est eū. Et nūc
q̄d mihi est hic, dicit Dñs:
q̄m ablatꝰ est populus meꝰ
gratis: Dominatores eius
iniq; agūt, dicit Dñs: & iu-
giter tota die nomen meum
blasphematꝫ. Propter hoc
sciet populus meus nomen
meū in die illa, q̄a ego ipse q̄
loquebar ecce adsum. Quā
pulchri super montes pedes
annuntiātis et predicantis
pacē: annunciātis bonū, pre
dicantis salutē, dicentis Si
on. Regnabit Deus tuus.
Vox speculatorū tuorū le-
uauerūt vocē, simul lauda-
būt: q̄a oculo ad oculū vide
būt cū cōuerterit Dñs Siō
Gaudete & laudate simul de
serta Jerusalē: q̄a consola-
tus est Dñs populū suum,
redemit Jerusalē. Parauit
Dñs brachiū sanctū suum
in oculis omniū gentiū: et
videbunt oēs fines terre sa
lutare Dei nostri. Recedite,
recedite, exite inde pollutū
nolite tangere. Exite de me
dio eiꝰ, mundamini q̄ fertis
vasa dñi. Non nō in tumul
tu exibitis, nec in fuga pro-
perabitis. Precedet enī vos
dñs, & cōgregabit vos deus
Jsrael. Ecce intelliget seruus
meus, exaltabitur & elevabi
tur, et sublimis erit valde.
Sicut obstupuerunt super
eū multi: sic inglorius erit
inter viros aspectus eius, et
forma eius inter filios ho-
minū. Iste asperget gentes
multas, super ipsum cōtine-
bunt reges os suū, q̄a quibꝰ
non est narratū de eo, vide-
rūt: & qui nō audierūt: con-
templati sunt.

℣ Secundū Lucā Lectio.

Factum est aūt in illis
diebus exīt in montē
orare, et erat pernoctans in
oratione dei. Et cū dies fa-
ctus esset, vocauit discipu-
los suos: & elegit duodecim
ipsis q̄s & apostolos nomi-
nauit: Simonē quē cogno
minauit Petrū, et Andreā
fratrē eiꝰ, Jacobū & Joānē
Philippū & Bartholomeū,
Matthēū & Thomā, Jaco
bū Alphei & Simonē q̄ vo
catur Zelotes, & Judā Ja-
cobi, & Judā Jscariotē qui
fuit prodītor. ℣ Et descen-
dēs cū illis, stetit in loco cā
pestri, et turba discipulorū
eius, et multitudo copiosa
plebis ab omni Judea & Je
rusalē: & maritima & Tyri

ꝙ Sidonis qui venerant vt audirent eū, ꝙ sanarent ⁊ a lāguoribus suis. Et qui vexabant̄ a spiritib⁹ immūdis, curabant̄. Et omnis turba quærebat eū tangere: ꝯa virtus de illo exibat, ꝙ sanabat oēs. ℂ Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos dicebat, Beati pauperes: ꝯa vestrū est regnū dei. Beati q̄ nunc esuritis: quia saturabimini. Beati q̄ nūc fletis: ꝯa ridebitis. Beati eritis cum vos oderint homines, et cū separauerint vos et exprobrauerint, ⁊ eiecerint nomē vestrū tanq̄ malū ꝓpter filiū hominis. Gaudete in illa die ⁊ exultate, ecce enim merces vestra multa est in celo, secundū hec enim faciebant ꝓphetis patres eorū. Verumtamen ve vobis diuitibus, qui habetis consolationē vestrā. Ve vobis q̄ saturati estis, ꝯa esurietis: Ve vobis q̄ ridetis nunc, ꝯa lugebitis ⁊ flebitis. Ve cū bñdixerint vobis oēs homines, scḋm hec enī faciebant pseudoꝓphetis patres eorū. ℂ Sed vobis dico qui auditis, Diligite inimicos vestros: benefacite his q̄ vos oderunt. Benedicite maledicentibus vobis, ⁊ orate ꝓ calūniantibus vos. Et qui te percutit in maxillā vnā, ꝓbe illi ⁊ alterā. Et ab eo qui aufert tibi vestimentū, etiā tunicam noli ꝓhibere. Omni aūt petēti te, tribue, ⁊ q̄ aufert que tua sunt, ne repetas. Et ꝓout vultis vt faciāt vobis homines, et vos facite illis similiter.

ℂ Dominica. iij. aduentus ad matutinum antiphona.

O ziens splendor lucis eterne, ⁊ sol iustitie veni, ⁊ illumina sedentes in tenebris, ⁊ vmbra mortis.

ℂ Hec ā fia dicit̄ ad matuti. vsq; ad vigiliā natiuitatis, excluſue, cū fit offi. de dñica, vel de feria. Ex Ysaia. Le. 3. Ca. 56

Hec dicit dñs, custodite iudiciū ⁊ facite iustitiā: ꝯa iuxta est sal⁹ mea vt veniat, ⁊ iustitia mea vt reueletur. Beatus vir qui faciat hoc, ⁊ filius hominis, qui apprehēdet istud. Custodiens sabbatū ne polluat illud, custodiens manꝰ suas ne faciat omne malū. Et nō dicat filius aduene q̄ adhęret dño, dicens. Separatione diuidet me dñs a populo suo. Et nō dicat eunuchus. Ecce ego lignū aridū. Quia hec dicit dñs eunuchis. Qui custodierint sabbata mea, ⁊ elegerint que ego volui, ⁊ tenuerint fedus meū: Dabo eis in domo mea, et in muris meis locū, ⁊ nomē melius

a filijs et filiabꝰ: nomẽ sem piternũ dabo eis, quod non peribit. Et filios aduene q̃ adherent dño vt colant eũ, et diligant nomen eius, vt sint ei in seruos: omnem cu stodiẽtẽ sabbatũ ne polluat illud, & tenentẽ fedus meũ Adducam eos in mõtẽ san ctũ meũ, et letificabo eos in domo orationis mee. Holocausta eozũ et victime eozũ placebunt mihi super altari meo: dã domꝰ mea, domus orationis vocabit cunctis populis. Ait dñs deus qui cõgregat dispersos Israel. Adhuc cõgregabo ad eũ congregatos eius. Oẽs bestie agri venite ad deuozandũ, vniuerse bestie saltus. Speculatozes eius ceci oẽs, nescierunt vniuersi: canes muti non valentes latrare, videntes vana, dormientes somnia. Et canes impudentissimi nescierũt saturitatẽ. ipsi pastozes ignozauerũt intelligentiã: oẽs in viã suam declinauerunt, vnusquisq; ad auaritiã suam, a summo vsq; ad nouissimũ. Venite, sumamꝰ vinũ & impleamur ebrietate: & erit sicut hodie, sic et cras et multo amplius.

¶ Secundũ lucam. Lect. vi.

Et si diligetis eos qui vos diligunt: que vobis est gratia? Nam & peccatozes, diligentes se diligũt. Et si benefeceritis his q̃ vobis benefacit: que vobis est gratia? siquidẽ & peccatores hoc faciũt. Et si mutuũ dederitis his a quibus speratis recipere: que gratia est vobis? nam et peccatozes peccatozibus fenerantur, vt recipiant, equalia. Verũtamẽ diligite inimicos vestros benefacite & mutuum date, nihil inde sperantes, & erit merces vestra multa, et eritis filij altissimi, quia ipse benignus est sup ingratos et malos. Estote ergo misericozdes sicut et pater vester misericozs est. Nolite iudicare: & nõ iudicabimini, nolite cõdemnare, & nõ condemnabimini. Dimittite: & dimittemini. Date, et dabitur vobis. Mensurã bonã & cõfertã & coagitatã & superfluentẽ dabunt in sinũ vestrum. Eadẽ quippe mensura qua mẽsi fueritis, remetietur vobis. Dicebat aũt illis et similitudinẽ. Nũquid potest cecus cecũ ducere? nõne ambo in foueã cadũt? Non est discipulus sup magistrũ: perfectus aũt oĩs erit, si sit sicut magister eius. Quid autẽ vides festucã in oculo fratris tui: trabẽ aũt que in oculo tuo est, nõ cõsyderas? Aut quomodo potes dicere

fratrē tuū. Frater, sine eiciā festucā de oculo tuo: ipse in oculo tuo trabē nō vides? Hypocrita, eiice prīm trabē de oculo tuo: & tūc perspicies vt educas festucam de oculo fratris tui. Nō est enī arbor bona que facit fructus malos, neq; arbor mala, faciens fructū bonū. Unaquaq; enī arbor de fructu suo cognoscit. Neq; enī de spinis colligūt ficus: neq; de rubo vindemiāt uuā. Bonus hō de bono thesauro cordis sui profert bonū: & malus homo de malo thesauro profert malū. Ex abūdātia enī cordis os loquit. Quid aūt vocatis me, Domine dñe: & non facitis que dico? Omis q̄ venit ad me, & audit sermones meos & facit eos: ostendā vobis cui similis sit, similis est homini edificanti domū, q̄ fodit in altum, & posuit fundamentū supra petrā: inundatione aūt facta, illisum est flumen domui illi, et nō potuit eam mouere, fundata enī erat supra petram. Qui aūt audit & nō facit: similis est homini edificāti domum suā supra terrā sine fundamēto, in quā illisus est fluuius: & cōtinuo cecidit: & facta est ruina domus illius magna.

Lectio. iii. scōm Joannē.

IN illo tēpore miserūt Iudei ab Jerololymis sacerdotes: & Leuitas ad Joannē, vt interrogarēt eum. Tu quis es? et reliqua. Cap. 1

Homilia sūi Gregorii pape.

EX huius nobis lectiōis ꝓbio fratres charissimi Joānis humilitas cōmēdat. Qui cū tante virtutis esset vt Christo credi potuisset: elegit solide subsistere in se: ne humana opinione raperet inaniter sup se. Nam cōfessus est & nō negauit cōfessus est: quia nō sum ego Christus. Sed qui dixit nō sum negauit plane quod nō erat, sed nō negauit, ād erat veritatem loquens vt eius membrū fieret, cui? sibi nomē fallaciter nō vsurparet. Cū ergo non vult appetere nomē Christi cāus ē mēbrū Christi. Quia dū infirmitatē suam studuit humiliter agnoscere: illius celsitudinē meruit veraciter obtinere. Sed cum ex lectione alia re demptoris nostri sententia ad mentem reducitur: ex huius nobis lectionis verbis questio valde implexa generatur. Alio quippe in loco inquisitus a discipulis Dominus: de Elie aduentu respōdit Elias iā venit: & nō cognouerūt eū: sed fecerūt in eo quēcūq; voluerūt.

Et si vultis scire: Joānes ipse est Elias. Reḡitus autē Joannes dicit: non sum Elias. Quod est hoc fratres charissimi: dā qō veritas affirmat: hoc pṗopheta veritatis negat. Valde nāq; inter se diuersa sunt, ipse est: ā nō sum. Quomodo ergo pṗopheta veritatis est: si eiusdē veritatis sermonib⁹ cōcors nō est. Sed si subtiliter veritas ipsa requiratᷣ hoc qō inter se contrariū sonuit: q̄modo cōtrarium nō sit inuenit. Ad Zachariā namq; de Joannis pṗomissione angelus dixit. Ipse pṗcibit ante illum: in spiritu ā virtute Elie. Qui iccirco venturus in spiritu ā ṽtute Elie dicitur: quia sicut Elias secundū dñi aduentū pṗeueniet pṗimū. Sicut ille pṗecursor venturus est iudicis ita iste pṗcursor factus est redēptoris. Joannes igit̄ in spiritu Elias erat: in persona Eliae non erat. Quod ergo dñs fatet̄ de spiritu: hoc Joannes denegat de persona. Quia ā iustū sic erat, vt discipulis dñs spiritualem de Joanne sentētiā diceret: ā Joānes idē turbis carnali b⁹ nō de suo spiritu, sed de corpore relpōderet Cōtrariū ergo videt̄ esse veritati qō Joānes sonuit: sed tamē veritatis tram⁹ nō recessit.

℣ Ad laudes antiphona.

O rex gentiū, ā desyderatus earū, lapisq; angularis, ā factis vtraq; vnū, veni, salua hoiem, quē de limo formasti.

℣ Hec antiphona dicēda est ad laudes vsq; ad vigiliā natiuitatis exclusiue quando nō agit̄ de sancto. O

Rex tuā, quesumus dñe, pṗecibus nostris accōmoda, ā mentis nostre tenebras gratia tua visitationis illustra: q̄ viuis.

Ad vesperas.añā. O Emanuel rex, ā legifer noster, expectatio gentiū, ā salvator earū, veni ad saluandū nos domine deus noster. ℣ Hec añā. dicitur ad vesp. vsq; ad vigiliam natiuitatis quando non fit de sancto.

℣ Feria. ij. ex Isaia. Lect.

Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocē tuā, ā annuntia populo meo scelera eorum, ā domui Jacob peccata eorū. Me etenim de die in diem querunt, ā vias meas volūt: quasi gens que iustitiā fecerit, ā iudicia dei sui nō dereliquerit. Rogant me iudicia iustitie ā appropinquare deo volūt. Quare ieiunauimus ā nō aspexisti: humiliauimus animas nostras, ā nescisti? Ecce

die ieiunij̄ vestri inuenīt vo-
luntas vestra, et oēs debito-
res vestros repetitis. Ecce
ad lites, & ad cōtentiōes ie-
iunatis, & percutitis pugno
impie. Nolite ieiunare sicut
vos ad hāc diē, vt audiatur
in excelso clamor vester.
Numd tale est ieiunīū qđ
elegi, q diē affligere homīnē
animā suā? numqd contor-
quere quasi circulum caput
suū, & sacēū & cinerē sterne-
re? numd istud vocabis ieiu
niū, & diē acceptabilē dño?
Nonne hoc est magis ieiu-
niū qđ elegi? dissolue colli-
gationes impietatis, solue fa
scículos deprimentes, dimit
te eos qui confracti sunt li-
beros, & omne onus dirum
pe. Frange esurienti panem
tuū, & egenos vagosq̄ induc
in domū tuam. Cum vide-
eris nudum, operi eū, & car-
nem tuā ne despexeris. Tūc
erūpet quasi mane lumē tu
um, et sanitas tua citius
orietur, & anteibit faciē tuā
iustitia tua, & gloria dñi col
liget te. Tunc inuocabis, et
dominus exaudiet te: clama
bis, & dicet. Ecce adsum, si
abstuleris de medio tui cate
nā, & desieris extendere digi
tū, & loqui quod nō prodest
eis effuderis esurienti ani-
mam tuā, & animā afflictā
repleueris: oriet ī tenebris
lux tua, & tūbre tue erūt si-
cut meridies. Et requiē ti-
bi dabit dñs semp, & imple-
bit splēdoribus animā tuā.
& ossa tua liberabit.

¶ Secundū Lucā. Lect. ix.

QUm aūt implesset om
nia ẏba sua in aures
plebis, intrauit Capharna-
um. Centurionis autem cu
iusdā seruus male habens,
erat moriturus: qui illi erat
pretiosus. Et cum audisset
de Jesu, misit ad eum senio
res Judeorum, rogans eū
vt veniret, & sanaret seruū
eius. At illi cum venissent ad
Jesum, rogabant eum soli-
cite dicentes ei, qđ dignus
est, vt hoc illi p̄stes. Diligit
enim gentem nostram: & sy-
nagogā ipse edificauit no-
bis. Jesus aūt ibat cū illis.
Et cum iā non longe esset a
domo, misit ad eum centurio
amicos, dicēs, Domine, no
li vexari. Non em̄ sum dig-
nus vt sub tectum meum
intres, propter quod & me-
ipsum non sum dignum ar-
bitratus vt venirem ad te:
sed dic verbo, et sanabitur
puer meus. Nam et ego ho
mo sum sub potestate con-
stitutus, habens sub me mi
lites: & dico huic, vade, et va
dit: et alio, veni, & venit, et
seruo meo, fac hoc, et facit.
Quo audito, Jesus mira-

cap. 7

tus est: ⁊ conuersus sequentibus se turbis dixit, Amen dico vobis, nec in Israel tã tã fidẽ inueni. Et reuersi q̃ missi fuerãt, domũ: inuenerũt seruũ q̃ languerat, sanũ. Et factũ est: deinceps ibat Jesus in ciuitatẽ q̃ vocat Naim: ⁊ ibãt cũ eo discipuli ei⁹ et turba copiosa. Cum autẽ appropinquaret porte ciuitatis, ecce defunctus efferebat filius vnicus matri sue, ⁊ hec, vidua erat, et turba ciuitatis multa cũ illa. Quã cũ vidisset Dñs, misericordia motus super eam dixit illi: Noli flere. Et accessit et tetigit loculum. Hi autem qui portabant steterunt, et ait: Adolescens, tibi dico surge. Et recedit qui erat mortuus, et cepit loqui. Et dedit illum matri sue. Accepit autẽ omnes timor, ⁊ magnificabant deũ dicentes: Quia prophẽta magnus surrexit in nobis, ⁊ quia deus visitauit plebem suam.

¶ Tertia lect̃ oñis de feria. Sanctã et delyderabilem. ꝛc. vt supra Folio. 66.

¶ Feria. iij. ex Isaia. Lect. i.

Ca 61 Spiritus domini super me, eo quod vnxerit dominus me: ad annũtiãdũ mansuetis misit me vt mederet cõtritis corde ⁊ predicarem captiuis indulgentiã, ⁊ clausis apertionẽ: vt prædicarẽ annũ placabilẽ domino, et diem vltionis deo nostro: vt cõsolarer oẽs lugentes, vt ponerẽ lugentibus Sion, ⁊ darẽ eis coronã pro cinere, oleũ gaudij ⁊ pro luctu, palliũ laudis pro spiritu meroris. Et vocabuntur in ea fortes iustitie, plantatio dñi ad glorificandum. Et edificabunt deserta a seculo, ⁊ ruinas antiquas erigẽt, ⁊ instaurabũt ciuitates desertas, dissipatas in generationẽ ⁊ generationẽ. Et stabunt alieni ⁊ pascent pecora vestra, ⁊ filij peregrinorũ, agricole ⁊ vinitores vestri erunt. Vos autẽ sacerdotes dñi vocabimini. Ministri dei nostri, dicetur vobis. Fortitudinẽ gentium comedetis, et in gloria earum superbietis. Pro cõfusione vestra duplici et rubore laudabunt partẽ eorum: propterea hoc in terra sua duplicia possidebunt, letitia sempiterna erit eis, ⁊a ego dñs diligens iudiciũ, odio habens rapinã in holocaustũ. Et dabo opus eorũ in veritate, et fedus sempiternum feriã eis. Et semẽ eorũ in gentib⁹ semẽ eorũ in medio populorũ. Oẽs q̃ viderint eos, cognoscent illos, quia isti sunt se-

mẽ cui benedixit dominus.
Gaudens gaudebo in dño, ⁊ exultabit aia mea i ẽo meo
Quia indvit me vestimentis salutis, ⁊ indumẽto tusti tie circundedit me, quasi spõsum decoratũ coꝛona, ⁊ quasi sponsam ornatã monilib⁹ suis. Sicut em terra pfert germẽ suũ, ⁊ sicut hoꝛtus semẽ suum germinat: sic dñs deus germinabit tustitiã, ⁊ laudẽ coꝛã vniuersis gẽtib⁹

Secundũ Lucã. Lectio. ij.

Cap. 7

Et exĩt hic sermo in vniuersam Judeã de eo, et oẽm circa regionem. Et nuntiauerunt Joanni discipuli eius de omnibus his. Et conuocauit duos de discipulis suis Joannes: et misit ad Jesum dicens: Tu es qui venturus es, an aliũ expectamus? Cũ autem venissent ad eum viri dixerũt: Joãnes baptista misit nos ad te dicens: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? In ipsa aũt hoꝛa multos curauit a languoꝛibus suis et plagis, ⁊ spiritibus malis, ⁊ ceꝛis multis donauit vĩsum respondens dixit illis: Euntes renũtiate Joanni que audistis ⁊ vidistis quia ceci vident, claudi ambulant, leꝛosi mundantur, surdi audiunt, moꝛtui resurgunt, pauperes euãgelizãt; et beatus est quicunq; non fuerit scandalizatus in me. Et cum discessissent nuntij Joannis, cepit de Joanne dicere ad turbas: Quid existis in desertũ videre? arundinẽ vento agitatam? Sed quid existis videre? homine mollibus vestimẽtis indutũ? Ecce qui in veste pꝛetiosa sunt ⁊ delitijs, in domib⁹ regũ sunt. Sed quid existis videre? pꝛopheta? Utiq; dico vobis ⁊ plus q̃ pꝛopheta. hic est de quo scriptũ est: Ecce mitto angelũ meũ ante faciem tuã, qui pꝛeparabit viam tuã ante te. Dico em vobis maioꝛ inter natos mulieꝛum pꝛopheta Joãne baptista nemo est, qui autem minoꝛ est in regno Dei, maioꝛ est illo. Et omnis populus audient ⁊ publicani iustificauerunt deum, baptizati baptismo Joannis. Pharisei aũt ⁊ legisperiti, consilium dei spꝛeuerunt in semetipsos, non baptizati ab eo. Dixit aũt dominus. Cui ergo similes dicã homines generationis huius, et cui similes sunt? Similes sunt pueris sedentibus in foꝛo, ⁊ loquẽtibus adinuicẽ, ⁊ dicentibus: Cãtauim⁹ vobis tibijs, ⁊ nõ saltastis lamẽtauim⁹, ⁊ non ploꝛastis Venit aũt Joãnes baptista

neq; manducans panē, neq; bibens vinū, ꝙ dicitis: Demoniū habet. Venit filius hois manducās ꝙ bibēs, et dicitis: Ecce homo deuorator ꝙ bibēs vinum, amicus publicanorū ꝙ peccatorum. Et iustificata est sapientia ab omnibus filijs suis:

Feria lectio, qñ agit de se. Iudite. ℟. vt supra fol. 77

℣ Feria quarta. ex Isaia. Lectio prima.

ca. 62 PROpter Sion nō tacebo, ꝙ propter Jerusalē non quiescā: donec egrediat vt splēdor iustus eius: ꝙ saluator eius vt lāpas accēdat. Et videbūt gētes iustū tuū, ꝙ cūcti reges inclitū tuum: ꝙ vocabitur tibi nomen nouum, qđ os dñi nominauit. Et eris corona gloriæ in manu dñi, ꝙ diadema regni in manu dei tui: nō vocaberis vltra. Derelicta, ꝙ terra tua nō vocabitur amplius Desolata, sed vocaberis. Voluntas mea in ea, ꝙ terra tua inhabitata, qa complacuit domino iure: ꝙ terra tua inhabitabitur. Habitabit enī iuuenis cū virgine, ꝙ habitabūt in te filij tui. Et gaudebit spōsus super sponsam, ꝙ gaudebit super te deus tuus. Super muros tuos Jerusalē constitui custodes: tota die ꝙ tota nocte perpetuo nō tacebūt. Qui reminiscimini dñi ne taceatis. et ne detis silentiū ei, donec stabiliat, ꝙ donec ponat Jerusalē laudē in terra. Jurauit dñs in dextera sua ꝙ in brachio fortitudinis sue. Si dedero triticū tuū vltra cibū inimicis tuis, et si biberint filii alieni vinū tuū in q laborasti. Quia q cōgregabūt vlud comedent ꝙ laudabūt dominū ꝙ q cōportant illud bibent in atrijs sanctis meis. Transite, trānsite p portas, preparate viā populo, planū facite iter, eligite lapides, ꝙ eleuate signū ad populos. Ecce dñs auditū fecit in tremis terre, dicite filie Sion Ecce saluator tuꝰ venit, ecce merces eius cū eo, ꝙ opus eiꝰ coꝝ illo Et vocabūt eos Populus sanctus redemptus a dño. Tu aūt vocaberis Quesita ciuitas et nō derelicta. ℣ Sedm Lucā. Lectio.

BOgabat aūt illū q de pharisēis vt manducaret cum illo. Et ingressus domū pharisei, discubuit. Et ecce mulier q erat i ciuitate peccatrix vt cognouit q accubuit in domo pharisei, attulit alabastrū vnguenti: ꝙ stās retro secus pedes eius, lachrymis cepit rigare pedes eius, ꝙ capillis capitis sui tergebat, ꝙ osculabat pe

des eius & vnguento vnge-
bat. Videns aũt pharisæus q̃
vocauerat eũ, ait intra se di
cens: Hic si esset prophęta,
sciret vtiq; que & qualis el-
set mulier, q̃ tãgit eũ, qa pec
catrix est. Et respõdẽs Je-
sus, dixit ad illũ: Simõ ha-
beo tibi aliq̃d dicere. At ille
ait: Magister dic. Duo debi
tores erant cuidã fenerato
ri, vnus debebat denarios
quingẽtos, & alius quinqua
ginta. Nõ habẽtib⁹ illis vn
de redderẽt, donauit vtrisq;.
Quis ergo eũ plus diligit?
Et respõdens Simon dixit:
Estima qa is cui plus dona
uit. At ille dixit ei: Recte iu
dicasti. Et cõuersus ad mu
lierẽ dixit Simoni: Vides
hanc mulierẽ? Intraui in do
mũ tuã, aquam pedibus me
is nõ dedisti: hec aũt lachry
mis rigauit pedes meos, et
capillis suis terſit. Osculũ
mihi non dedisti hec aũt ex
quo intraui, non cessauit
osculari pedes meos. Oleo
caput meũ non vnxisti, hec
aũt vnguento vnxit pedes
meos. Propter q̃d dico tibi.
Remittunt ei peccata mul-
ta, qm̃ dilexit multum. Cui
aũt minus dimittitur, mi-
nus diligit. Dixit autem ad
illam: Remittũtur tibi pec
cata. Et ceperũt qui simul
accũbebant dicere intra se.

Luc. 42

Quis est hic qui etiam pec-
cata dimittit. Dixit aũt ad
mulierem: Fides tua te sal-
uam fecit, vade in pace.

Feria iexto on ut cẽ feria.
Appropinquante. ꝛc. vt in
pratolio. 69.

Feria quinta ex Ysaia.
Lectio prima.

Etiã dirumperes ce
los, & descenderes, a
facie tua montes defluerẽt, ca. 67
sicut exustio ignis tabesce-
rent, aque arderent igni, vt
notũ fieret nomẽ tuũ inimi-
micis tuis: a facie tua gen-
tes turbarentur. Cum fece
ris mirabilia, nõ sustinebi-
mus. Discendisti, & a facie
tua mõtes defluxerũt. A se
culo non audierunt neq; au
ribus perceperunt, oculos
non vidit Deus absque te,
que preparasti expectanti-
bus te. Occurristi letanti, &
facienti iustitiã, in vijs tuis
recordabuntur tui. Ecce tu
iratus es, & peccauimus: in
ipsis fuimus semper, & sal-
uabimur. Et facti sum⁹ vt
immundi oẽs nos, & quasi
pannis mẽstruate vniuerse
iustitie nostre. Et cecidim⁹
quasi foliũ vniuersi, et iniq
tates nostre quasi ventus
abstulerunt nos. Non est
qui inuocet nomẽ tuũ, qui
consurgat et teneat te. Ab-
scondisti faciẽ tuã a nobis

& alliſiſti nos in manu iniq̃ tatis noſtre. Et nūc dñe, pa ter nē es tu, nos vero lutū, & figulus nē tu, & opera manu um tuarū oēs nos. Ne ira ſcaris dñe ſatis et ne vltra memineris iniq̃tatis, ecce, reſpice ppul⁹ tu⁹ oēs nos. Ciuitas ſcī tui facta eſt de ſerta. Sīō deſerta facta eſt, Jeruſalē deſolata eſt. Do⁹ ſanctificatiōis noſtre et glozie noſtre, vbi laudaue rūt te patres noſtri, facta eſt in exuſtionē ignis, & oīa dēſi derabilia noſtra verſa ſunt in ruinas. Nunq̃d ſup hīs continebis te dñe, tacebis & affliges nos vehementer?

℣ Secundum Lucam.

Lectio ſecunda.

Cap. 8 Factū eſt deinceps, & ipſe iter faciebat p ci uitates & caſtella predicās & euangelizans regnū dei, et duodecim cum illo, & mulie res alique que erant curate a ſpiritib⁹ malignis & infir mitatibus. Maria q̃ voca bat Magdalene, de qua ſep tē demonia exierāt: & Joā na vxor Chuſe procuratoris Herodis, & Sulanna, & alie multe, que miniſtrabāt ei de facultatibus ſuis: Cū autē turba plurima cōueniret, et de ciuitatibus properarent ad eū, dixit p ſimilitudinē: Exijt q̃ ſeminat ſeminare ſe men ſuum, & dum ſeminat, aliud cecidit ſecus viam, et conculcatum eſt, & volucres celi comederunt illud. Et aliud cecidit ſupza petram, et natum aruit, quia nō ha bebat humozem. Et aliud cecidit inter ſpinas, et ſimul exorte ſpine ſuffocauerunt illud. Et aliud cecidit in ter ram bonam, et ortum fecit fructum centuplum. Hec di cens clamabat: Qui habet aures audiendi audiat. Int terrogabāt autē eum diſci puli eius, que eſſet hec para bola. Quibus ipſe dixit: Vobis datum eſt noſſe my ſterium regni dei, ceteris au tē in parabolis, vt videntes non videant, & audiētes nō intelligant. Eſt autē hec pa rabola. Semen eſt verbum dei. Qui autē ſecus viam, hi ſunt qui audiūt, deinde venit diabolus & tollit ver bum de cozde eozū, ne cre dentes ſalui fiāt. Nam qui ſupza petram, q̃ cum audie rint cum gaudio ſuſcipiūt verbum, & hi radices nō ha bent, quia ad tēpus credūt, et in tempoze tentationis recedunt. Quod autem in ſpinas cecidit, hi ſunt qui audierūt, & a ſolicitudinib⁹ & diuitijs & voluptatib⁹ vi te euntes ſuffocāt, & nō refe rūt fructū. Quod aūt in bo

nã terrã, hi sunt q̃ in corde bono & optimo audiẽtes ver-bum retinent, et fructum afferũt in patiẽtia. ¶ Me-mo aũt lucernã accendens, operuit eã vase, aut lectꝰ ponit, sed supra candelabꝝ ponit, vt intrãtes videant lumẽ. Nõ est enim occultũ, qd nõ manifestet, nec absconditũ qd nõ cognoscat, & in palã veniat. Videte ergo qd audiatis. Qui enim habet, dabit illi: & q̃cunq; non habet, etiã qd putat se habere, auferet ab illo. ¶ Venerũt ad illũ mater & fratres ei⁹, & nõ poterãt adire eũ p turbã. Et nuntiatũ est illi. Mater tua et fratres tui stant foris, volẽtes te videre. Qui respõdens dixit ad eos. Mater mea et fratres mei hi sũt, q̃ verbum dei audiunt et faciunt.

Tertia lec. qñ agit de feria.

¶ Tertie ste rexit ſu. fo. 70

¶ Feria sexta ex Jeremia. Lectio prima.

Ve pastoribus qui dis-perdunt & dilacerant gregem pascue mee, dicit dominus ideo hec dicit dominus deus Israel ad pastores qui pascunt populum meum. Vos dispersistis gregem meum, & eiecistis eos, et nõ visitastis eos: ecce ego visitabo sup vos malitiam studiorũ vestrorꝝ ait Dñs. Et ego congregabo reliquias gregis mei de omnibus terris, ad quas eiecero eos illuc: et conuertam eos ad tua sua, et crescent & multiplicabuntur. Et suscitabo super eos pastores, et pascent eos, et non formidabunt vltra, et non pauebunt et nullus queretur ex numero, dicit dominꝰ. Ecce dies veniunt dicit dominus, et suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit rex & sapiens erit: & faciet iudiciũ et iustitiam in terra. In diebus illius saluabitur Juda et Israel habitabit confidenter, et hoc est nomen qd vocabunt eum, Dominus iustus noster. Propter hoc ecce dies veniunt, dicit dñs, et non dicent vltra. Viuit dñs qui eduxit filios Israel de terra Egypti: sed Viuit dñs q̃ eduxit & adduxit ad semen domus Israel de terra aquilonis, et de cunctis terris ad quas eiecerã eos illuc, et habitabunt in terra sua.

Secundũ Lucã. Lectio. ij.

Factum est aũt in vna dierũ, & ipse ascendit in nauiculã, & discipuli ei⁹, & ait ad illos. Trãsfretem⁹ trãs stagnũ. Et ascenderũt Et nauigantibus illis ob-

dormiuit, et descendit procella uenti in stagnum & cōplebantur, & periclitabant. Accedentes autem suscitauerunt eum dicentes: Preceptor perimus. At ille surgens increpauit ventum et tempestatē aque, & cessauit et facta est trāquillitas. Dixit autē illis: Ubi est fides vra? Qui timētes mirati sunt, adinuicem dicentes. Quis putas hic est, qa & ventis & mari imperat, & obediūt ei? ¶ Et nauigauerūt ad regionē Geraslenozū, que est contra Galileā. Et cū de naui egressus esset ad terram, occurrit illi vir quidam q̄ habebat demoniū, iam temporibus multis, & vestimento nō induebat, neq; in domo manebat, sed in monumentis. Is vt vidit Jesum, procidit ante illū, & exclamans voce magna dixit: Quid mihi & tibi est Jesu fili dei altissimi? obsecro te ne me torqueas. Precipiebat enī spiritui immundo vt exiret ab homine. Multis enī tēporibus arripiebat illū, & vinciebat catenis & cōpedibus custoditus, & ruptis vinculis agebat a demonio in desertо

Interrogauit autē illū Jesus dicēs. Q̄ tibi nomē ē? At ille dixit: Legio qa intrauerāt demonia multa in eū. Et rogauerūt illū ne imperet illis vt in abyssum irent. Erat aūt ibi grex porcorū multorū pascētiū in mōte, & rogabāt eū vt permitteret eis in illos ingredi. Et permisit illis. Exierūt ergo demonia ab hoīe: & intrauerūt in porcos, & impetu abūt grex p̄ceps in stagnū, & suffocatus est. Quod vt viderūt q̄ pascebāt fugerūt, & nūciauerūt in ciuitatē & in villas. Exierūt aūt videre qđ factū est, & venerunt ad Jesum, & inuenerūt hominē sedentē a quo demonia exierāt, vestitum, ac sana mente ad pedes eius, et timuerūt. Nuntiauerunt autē illis q̄ viderāt, quomodo sanus factus fuisset a legione. Et rogauerunt illum oīs multitudo regionis Geraslenozū vt discederet ab ipsis, qa magno timore tenebātur. Ipse aūt ascēdēs nauim, reuersus est. Et rogauit illū vir a q̄ demonia exierāt, vt cū eo esset. Dimisit autē eū Jesus dicēs: Redi in domū tuā, & narra quāta tibi fecit deus. Et abūt p̄ vniuersam ciuitatē, predicās quāta illi fecisset Jesus.

Tertia lectio qñ agit de ti. Satis abun.ae vt su.fo.-i Notādū qđ in feriis hebdomade sequētis q̄ ad tertiā le

tionē serhād⁹ est idē ordo, q̄ seruatus est in precedēti⁹ sermone donec vigilia natiuitatis occureret. ¶ Sabbato ex Ezechiele. Lectio prima.

ca.34. ET factum est verbum dñi ad me dicēs: Fili hoīs prophēta de pastorib⁹ Israel, prophēta & dices pastoribus: Hec dicit dñs deus Ve pastoribus Israel, q̄ pascebāt semetipsos, nōne greges a pastoribus pascūtur? Lac comedebatis & lanis operiebamini: & qō crassum erat occidebatis: gregē autē meū non pascebatis. Quod infirmū fuit non consolidastis, & quod egrotū nō sanastis, quod confractū est non alligastis, & quod abiectū est non reduxistis, & quod perierat non quesistis sed cū austeritate imperabatis eis & cū potētia. Et dispersē sunt oues mee, eo quod nō esset pastor: & facte sunt in deuorationē oīm bestiarum agri, & dispersē sunt. Errauerunt greges mei in cunctis montibus, & in vniuerso colle excelso, & super oēm faciē terre dispersi sunt greges mei, & non erat qui requireret, nō erat inqam q̄ requireret. Propterea pastores audite verbū dñi. Viuo ego dicit dñs deus, quia pro eo quod facti sunt greges mei in rapinā, & oues mee indeuorationē omniū bestiarū agri, eo quod nō esset pastor (neq; enim q̄sierunt pastores mei gregē meū sed pascebāt pastores semetipsos, & greges meos non pascebant) propterea pastores audite verbum dñi. Hec dicit dñs deus. Ecce ego ipse super pastores requirā gregē meū de manu eorū, & cessare eos faciam vt vltra non pascant gregē, nec pascant amplius pastores semetipsos, & liberabo gregē meū de ore eorū, & non erit vltra in eis esca. Quia hec dicit dñs deus, Ecce ego ipse requirā oues meas, & visitabo eas. Sicut visitat pastor gregē suū in die q̄n fuerit in medio ouiū suarū dissipatarum, sic visitabo oues meas, & liberabo eas de omnibus locis in quib⁹ dispse fuerant in die nubis & caliginis. Et educā eas de populis, & congregabo eas de terris, & inducā eas in terram suā & pascā eas in montib⁹ Israel, in riuis, & in cunctis sedibus terre. In pascuis vberrimis pascam eas, & in montib⁹ excelsis Israel erūt pascua earū, ibi requiescent in herbis virētibus, & in pascuis pinguibus pascentur super montes Israel. Ego pascā oues meas, & ego eas

accubare factã, dixit dñs de⁹ Quod petierat requiram: & qõ abiectũ erat, reducã, & qõ cõfractũ fuerat, alligabo & qõ infirmũ fuerat cõsolidabo, & qõ pingue & fortẽ, custodiã, & pascã illas in iudicio.

Secundũ Lucã. Lect. ij.

HActũ est autẽ, cũ rediſſet Jesus, excepit illũ turba, erãt autẽ oẽs expectãtes eũ. Et ecce venit vir cui nomẽ Jairus, & ipe princeps synagoge erat, & cecidit ad pedes Jesu, rogãs eũ vt intraret in domũ eius, qã vnica filia erat ei, fere annorũ duo decim, & hec moriebatur. Et cõtigit dum iret, a turbis cõprimebat. Et mulier quedã erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim, que in medicos erogauerat oẽm substantiã suam, nec ab vllo potuit curari, ac cessit retro, & tetigit fimbriã vestimẽti eius & cõfestim stetit fluxus sanguinis eius. Et ait Jesus: Quis est q̃ me tetigit? Negantibus autẽ oibus, dixit Petrus & qui cũ illo erant: Preceptor turbe te comprimũt & affligũt & dicis: quis me tetigit? Et dixit Jesus: Tetigit me aliqs, nã & ego noui virtutem de me exiſſe. Videſ aũt mulier qã nõ latuit, tremẽs venit, & procidit añ pedes eius, & ob quã cau sam tetigerit eum, indicauit coram omni populo, & quẽadmodũ cõfestim sanata sit. At ipse dixit ei: Filia, fides tua te saluã fecit, vade in pace. Adhuc illo loquente, venit quidã a principe synagoge dicens ei: Quia mortua est filia tua, noli vexare illũ. Jesus aũt audito hoc verbo respondit patri puelle: Noli timere, crede tantum, & saluabit eam. Et cũ venisset domum nõ permisit intrare secũ quemquã, nisi Petrũ & Jacobũ & Joannẽ, & patrẽ & matrem puelle. Flebãt aũt oẽs, & plangebãt illã. At ille dixit: Nolite flere, nõ est mortua puella sed dormit. Et deridebãt eũ, sciẽtes q̃ mortua esset. Ipse autẽ tenẽs manũ eius clamauit dicẽs: Puella surge. Et reuersus est spiritus eius, & surrexit cõtinuo. Et iussit illi dari mãducare. Et stupuerũt parẽtes eius, quibus precepit ne alicui dicerent quod factum erat.

℣ Dñica. iij. aduentus ex Ezechiele. Lectio prima.

HOs autẽ greges mei, hec dicit dñs de⁹. Ecce ego iudico inter pecus & pecus, arietũ & hircorũ. Nõne satis vobis erat pascua bona depasci? insuper & reliquias pascuarũ vestrarũ cõculcastis pedibus vestris, &

cum puriſſimã aquã bibere manu imperantiũ ſibi. Et
eis, reliquam pedibus vꝛis nõ erunt vltra in rapinam
turbabatis. Et oues mee gentib⁹ neq; beſtie terre de-
his, que conculcata pedibus uozabũt eos, ſed habitabũt
veſtris fuerãt, paſcebantur, cõfidẽter abſq; vllo terroꝛe.
& que pedes veſtri turbaue- Et ſuſcitabo eis germẽ no-
rãt, hec bibebãt. Pꝛopterea minatũ, & nõ erũt vltra im
hec dicit dñs deus ad vos: minuti fame in terra, neq;
Ecce ego ipſe iudico inter pꝛtabũt ampli⁹ oppꝛobꝛia
pecus pinguẽ & macilentũ. gentiũ. Et ſciẽt qꝛa ego dñs
Pꝛo eo, quod latera & hu deus eoꝛ cũ eis, & ipſi popu
meris impinguebatis, & coꝛ lus meus domus Iſrael ait
nibus veſtris ventilabatis dñs deus. Vos aũt greges
oia infirma pecoꝛa, donec diſ mei, greges paſcue mee ho-
pergerentur foꝛas ſaluabo mines eſtis, & ego dñs deus
gregẽ meũ, & nõ erit vltra in veſter, dicit dominus deus.
rapinã, & iudicabo inter pe- ¶ Secundũ Lucã. Lectio. ij.
cus & pecus. Et ſuſcitabo AOnuocatis autẽ Ieſu⁹ Cap. 9
ſup ea paſtoꝛẽ vnũ, qui paſ- duodecim apoſtolis, de
cat ea ſeruũ meũ Dauid: ip dit illis virtutẽ & poteſtatẽ
ſe paſcet ea: & ipſe erit eis in ſuper oia demonia, & vt lan
paſtoꝛã. Ego autẽ dñs eroꝛ guoꝛes curarẽt. Et miſit il-
eis in deũ & ſeruus me⁹ Da los pdicare regnũ dei, & ſana
uid pꝛinceps in medio eoꝛũ, re infiemos. Et ait ad illos
ego dñs locutus ſum: Et fa Nihil tuleritis in via, neq;
ciã cũ eis pactũ pacis, & ceſſa virgã neq; perã, neq; panẽ,
re factã beſtias peſſimas de neq; pecuniã, neq; duas tu-
terra, & qui habitant in de- nicas habeatis. Et in quã-
ſerto, ſecuri dozmient in ſal cũq; domũ intraueritis, ibi
tibus. Et ponã eos in circui manete, & inde ne exeatis.
tu collis mei benedictionẽ, & Et quicunq; non receperint
deducã imbꝛẽ in tẽpoꝛe ſuo vos, exeũtes de ciuitate illa
pluuie benedictionis erunt. et pulueꝛẽ pedũ veſtroꝛũ ex
Et dabit lignũ agri fructũ, cutite in teſtimonium ſupꝛa
ſuum, & terra dabit germen illos. Egreſſi autẽ circum-
ſuũ, & erũt in terra ſua abſq; ibant per caſtella euangelizã
timoꝛe, & ſcient quia ego do tes & curantes vbiq;.
minus, cũ cõtriuero catenas ¶ Andiuit autẽ Herodes te
iugi eoꝛum, & eruero eos de trarcha oia que fiebãt ab eo

& hesitabat eo quod diceret
a quibusdã, quia Joannes
surrexit a mortuis, a ꝯbus-
dam vero, quia Elias appa-
ruit: ab aliis aũt, quia ꝓphe
ta vnus de antiqs surrexit.
Et ait Herodes: Joannem
ego decollaui, quis est autẽ
iste de quo ego talia audio?
Et querebat videre eum.

¶ Et reuersi apostoli, nar-
rauerunt illi quecunq; fecerũt
& assumptis illis secessit seor
sum in locũ desertũ qui est
Bethsaide. Quod cũ cogno
uissent turbe, secute sunt il-
lũ & excepit eos, & loquebat
illis de regno dei, & eos qui
cura indigebant sanabat.
Dies aũt ceperat declinare.
Et accedẽtes duodecim dix
erunt illi: Dimitte turbas,
vt eũtes in castella villas q̃
que circa sunt, diuertant, &
mueniãt escas: qã hic in lo-
co deserto sumus. Ait autẽ
ad illos: Vos date illis man
ducare. At illi dixerũt: Nõ
sunt nobis plusquã quinq;
panes & duo pisces, nisi forte
nos eamus & emam9 in om
nẽ hanc turbã escas. Erant
aũt fere viri quinq; millia.
Ait autẽ ad discipulos suos
Facite illos discũbere p con
uiuia quiquagenos. Et ita
fecerũt. Et discubuerũt om
nes, Acceptis aũt quinq; pa
nibus & duobus piscibus,
suspexit in celũ, & benedixit
illis, & fregit & distribuit dis-
cipulis suis vt ponerent ãs
turbas. Et manducauerũt
oẽs, & saturati sunt. Et sub
latũ est quod superfuit illis
fragmentozũ cophini. xij.

¶ Lectio. iij. secundũ Lucã.

In anno quinto decimo
imperij Tiberij Clau-
dij procurante Pontio Pi-
lato Judeam & reliqua.

Homilia sci Gregorij pape.

Omnis vallis implebi-
tur, & oẽs mõs & collis hu
miliabitur. Quid hoc loco
valliũ nomine nisi humiles?
Quid montiũ & colliũ, nisi
superbi homines designant?
In aduentu igitur redemp
tozis nr̃i valles implete sũt,
montes vero & colles humi
liati sunt, quia iuxta vocem
eiusdẽ oẽs qui se exaltat hu
miliabitur, & qui se humiliat
exaltabitur. Vallis etenim
impleta crescit, mons autẽ &
collis humiliatus decrescit.
Quia nimirũ in fide mediz
tozis dei & hoĩm, hoĩs Chri
sti Jesu, & gentilitas pleni-
tudinem gratie accepit, & Ju
dea per errozem perfidie hoc
vnde tumebat pdidit. Dis
ergo vallis implebitur, quia
cozda humilitũ per sancte do
ctrine eloquiũ virtutũ gra
replebũtur, iuxta hoc quod
scriptũ est: Qui emittis fõ

quicq̄ loqui. Ipsi ẽm de no-
bis annuntiāt, qualēm introi
tum habuerimus ad vos,
⁊ quō conuersi estis ad deū
a simulacris seruire deo vi
uo ⁊ vero, ⁊ expectare filium
eius de celis (quē suscitauit
ex mortuis) Iesum, qui eri-
puit nos ab ira ventura.

¶ Nā ⁊ ipsi scitis fratres in
troitū nostrū ad vos qa nō
inanis fuit: sed añ passi mul
ta ⁊ cōtumelijs affecti (sicut
scitis) in Philippis, fiduciā
habuimus in deo nr̄o loq̄
ad vos euangelium dei in
multa sollicitudine. Exhor-
tatio ẽm nostra nō de errore
neq̄ de immunditia, neq̄ in
dolo: sed sicut probati sum⁹
a deo vt crederetur nobis
euangeliū, ita loquimur, nō
quasi hoibus placentes, sed
deo qui probat corda nr̄a.
Neq̄ ẽm aliq̄n fuim⁹ in ser
mōe adulationis, sicut scitis
neq̄ in occasione auaritie,
deus testis est: nec querētes
ab hominibus gloriā, neq̄ a
vobis, neq̄ ab alijs. Cū pos
semus vobis onerī esse, vt
Christi apostoli: sed facti su-
mus paruuli in medio vr̄i

tanq̄ si nutrix foueat filios
suos. Ita desyderātes vos
cupide, volebamus tradere
vobis nō solū euangeliū dei
sed etiam aias nostras: qm
charissimi nobis facti estis.
Memores ẽm estis fratres
laboris nostri ⁊ fatigatiōis
nocte ⁊ die operātes, ne quē
vestrū grauarem⁹: p̄dicaui-
mus in vobis euangeliū dei
Vos testes estis ⁊ deus, q̄
sancte ⁊ iuste ⁊ sine querela
vobis qui credidistis, affui-
m⁹: sicut scitis qualiter vnū
quēq̄ vestrū (sicut pater fi-
lios suos) deprecātes vos ⁊ cō
solātes, testificati sumus vt
ābularetis digne deo, q̄ voca
uit vos in suū regnū ⁊ gl̄iā.

¶ Si hec dñica interpolatur
post pentecosten, p̄ter parmā
⁊ secundā lectionem nihil vl
tra hic queras, qa cetera di-
cenda sunt de festo duplici
aut octaua tunc occurrenti.

¶ Si vero celebrabit añ sep
tuagesimā, tūc aduertendū,
qō in āno in quo epiphania
dñi venerit in die sabbati de
cēda est hic tertia lectio. In
illo tpe dixit Iesus discipu
lis suis, a cēo. Euangliū
tuū. quas inuenies in dñica
quarta vagantiū. In alijs
añ ānis dicēde sunt hic ter
tia lectio ⁊ cēo inscripte.

¶ Tertia lectio secundum
Matthеum.

IN illo tempore ascendente Jesu in nauicu-
lā, sequuti sunt eū discipuli
eius: ⁊ ecce motus magnus
factus est in mari, ita vt na-
uicula operiretur fluctibus,
⁊ reliqua.

Homelia Origenis.

INgrediente dño in na
uiculā secuti sunt eum
discipuli eius. Non imbecil
les sed firmi ⁊ stabiles in fi-
de: mansuetī ⁊ pij spernētes
mundū: nō duplici corde, sed
simplici. Hi ergo secuti sunt
eū, nō tm gressus eius sequē
tes: sed magis sanctitatē ei⁹
comitantes: ⁊ iustitiā eius
sectantes. Et ecce tempestas
magna facta est in mari, ita
vt nauicula operiretur flu-
ctib⁹. Cū enī multa magna
⁊ miranda ostendisset in ter
ra: translūt ad mare: vt ⁊ ibi
dem adhuc excellētiora ope
ra demonstraret: quatenus
terre marisq; dñm se esse cū
ctis ostenderet. Ingressus
ergo nauiculā, fecit turbare
mare, cōmouit ventos, con
citauit fluct⁹. Cur hoc ideo
vt discipulos mitteret in ti-
morē ⁊ suum auxiliū postu-
larent: suāq; potentiā rogā
tibus manifestaret. Ipsa tē
pestas non ex se obozta est,
sed potestati paruit imperā
tis eius qui educit vētos de
thesauris suis: qui terminū
mari arenā cōstituit. Dicit
enim ei: Usque huc venies
⁊ non vltra gradieris: sed in
temetipso, cōfringentur fu
ctus tui. Huius ergo iussio
ne ⁊ precepto ozta est tempe
stas in mari, propter occasio
nes supertius memozatas.
Facta est tēpestas magna ⁊
nō pusilla: vt magnū opus
⁊ nō pusillū ostenderet. Dum
te⁊ fluctus naucule irrue
bant: tanto magis timoris di
scipulos cōturbabat vt pō
magis desiderārēt ad liberā
dum se per mirabilis salua-
tozi ⁊. Dñs vero dozmiebat
O res mirabilis ⁊ stupenda
Js qui nunq; obdozmit vt
Js qui nunq; dozmi
mit. Js qui nunq; dozmi
ne⁊ dozmitat, iple dozmie
dicit. Dozmiebat quidē cor
poze: sed vigilabat diuinis
te. Dozmiebat quidē corpo
re: sed diuino nutu turbā
bat mare. Erigebatq; fluc⁹
⁊ apostolos cōturbabat sui
ostensurus potentiā. Deo.

DEus, q̄ nos in tantis
periculis constitutos
pro humana scis fragilitate
non posse subsistere, da nō
bis salutē mētis, ⁊ corporis
vt ea, q̄ pro peccatis nostris
patimur, te adiuuante vin
camus. Per dominum.

Feria. ij. ex Eccles. Le.

QUm iracundo non ha
cias rixā, ⁊ cū audac

nō eas in desertū: qm quasi
nihil est ante illū sanguis, ꝫ
vbi non est adiutozium eli-
det te. Cū fatuis consilium
non habeas, nō em poterūt
diligere, nisi que eis placent.
Cozā extraneo nō facies cō
siliū nescis em quid pariet.
Nō omni homini coz tuum
manifestes: ne fozte inferat
tibi gratiā falsaz, ꝫ cōuitiet
tui, ne ostendat sup te mali-
tiā doctrine ne ꝑ. Non des
mulierē potestatē aie tue, ne
ingrediatur in virtute tua,
ꝫ confundaris. Mere lpicias
mulierē multiuolā: ne fozte
incedas in laqueos illi9. Cū
caltatrice ne assidu9 sis, nec
audias illā, ne fozte pereas
in efficacia illius. Virginē
ne cōspicias, ne fozte scanda
lizeris in dcoze illi9. Ne des
cozneariis aiam tuā in vllo
ne ydas te, ꝫ hereditatē tuā
Noli circumspicere in vicis
ciuitatis, ne oberraueris in
plateis illius. Iuerte faciem
tuā a muliere cōpta, ꝫ ne cir
cumspicias speciem alienam:
propter speciē mulieris mul
ti perierunt: ꝫ ex hoc concu-
piscentia quasi ignis exardes
cit. Dis mulier que est foz-
uicaria, quasi stercus in via
ab oibus ꝓtereuntibus cō
culcabitur. Speciē mulieris
aliene multi admirati repro
bi facti sunt: colloquiū enim
illius quasi ignis exardescit
Cum aliena muliere nō se-
das omino, nec accumbas
cū ea super eubitū: ꝫ non al-
tercaris cum illa in vino, ne
fozte declinet coz tuum in il
lam ꝫ sanguine tuo labaris
in perditionem.

¶ Ex Epistola i. ad Thessa
lonicenses. Lectio secunda.

Deo ꝫ nos gratias a-
gimus Deo sine inter-
missione, qm cum accepisse-
tis a nobis verbū auditus
Dei, accepistis illud non vt
verbum hominū, sed (sicut
est vere) verbum dei, qui o-
peratur in vobis qui credi-
distis: vos enim imitatozes
facti estis fratres ecclesiarū
dei q̄ sunt in Judea, in Chri
sto Jesu: quia eadem passi
estis ꝫ vos a contribulibus
vestris, sicut ꝫ ipsi a Judeis,
qui ꝫ dominū occiderūt Je
sum, ꝫ ꝓphetas, ꝫ nos per
secuti sunt, ꝫ deo non placēt
ꝫ omnibus hominibus ad-
uersantur: ꝓhibentes nos
gentibus loqui, vt salui fiāt
vt impleant peccata sua sem
per: peruenit enim ira dei su
per illos vsq; in finem. Nos
autem fratres desolati a vo
bis ad tempus hore, aspectu
non corde, abundantius fe-
stinauimus faciem vestram
videre cum multo desyderio

qñ volumus venire ad vos ego quidē Paulus ꝛ semel ꝛ iterū: sed impediuit nos sa tanas. Que est enī nīa spes aut gaudiū, aut corona gloriæ? Nōne vos añ dñm nostrum Jesum Chꝛistū estis in aduentu eius? vos enim estis gloria nostra ꝛ gaudiū.

¶ Propter quod nō sustinētes amplius, placuit nobis remanere Athenis, solis nūsimus Timotheū fratrē nostrū ꝛ ministrū Dei in euāgelio Chꝛisti, ad cōfirmādos vos ꝛ exhoꝛtandos pro fide vestra: vt nemo moueat in tribulationib⁹ istis, ipsi enī scitis in hoc positi sumus. Nā ꝛ cū apud vos essemus prædicebamus vobis passuros nos tribulatiōes sicut ꝛ factū est ꝛ scitis. Propterea ꝛ ego amplius nō sustinens misi ad cognoscendā fidē vestrā ne forte tētauerit vos is qui tētat, ꝛ inanis fiat laboꝛ nr̄. Nunc añt veniente Timotheo ad nos a vobis, ꝛ annunciāte nobis fidem ꝛ charitatē vestrā, ꝛ quia memoriā nostri habetis bonā semper, desyderātes nos videre, sicut ꝛ nos quoq; vos: ideo cōsolati sumus, fratres in vobis in omni necessitate ꝛ tribulatione nostra per fidē vestrā, qñ nūc viuim⁹, si vos statis in dño. Quam eñ gratiārū actionem possimus deo retribuere pro vobis, in oī gaudio quo gaudemus propter vos añ Deum nostrū, nocte ac die abundātius oxātes vt videamus facie vestrā, ꝛ cōpleamus ea q̄ deſunt fidei vestrē? Ipse aūt deus ꝛ pater noster ꝛ dominus Jesus Chꝛistus diriguiā nostrā ad vos. Vos aūt dñs multiplicet, ꝛ abundare faciat charitatē vestrā in inuicē ꝛ in omnes: q̄sadmodū ꝛ nos in vobis ad cōfirmā manda coꝛda vēa sine querela in sanctitate añ deū ꝛ patrē nostrū in aduentu dñi nostri Jesu Chꝛisti cū omnibus sanctis eius. Amen.

Cap. 1.

¶ Feria tertia ex Ecclesiastico. Lectio prima.

DEdere cinquas antiquum: nouus non erit similis illi. Vinum nouū, amicus nouus: veterascet, ꝛ cū suauitate bibes illud. Non zeles gloziam ꝛ opes peccatoꝛis: nō enī scis que futura sit illius subuersio. Nō placeat tibi iniustoꝛū sciens q̄m vsq; ad inferos nō placebit impiis. Longe abesto ab hoie potēte ꝛ nō habēte occidēdi, ꝛ non suspiceberis timoꝛē mortis ꝛ si accesseris ad illū, noli aliquid cōmittere, ne forte audiat vitā tuā. Cōmuni

hem mortis scito, qm in me
dio laqueozū ingredieris, ⁊
sup dolentū arma ambula
bis. Sedm virtutē tuā cane
te a pximo tuo ⁊ cū sapiē-
tibus ⁊ pzudētibus tracta.
Tuiri insti sint tibi cōuiue, ⁊
in timoze dei sit tibi gloziosa
⁊ in sensu sit tibi cogitatus
dei, ⁊ ois enarratio tua in
pceptis altissimi. In ma-
nu artificū opa laudabunt̄
⁊ pzinceps ppuli in sapiētia
sermōis sui, in sensu vero se
niozū verbū. Terribilis est
in ciuitate sua homo linguo
sus, ⁊ temerarius in verbo
suo odibilis erit.

Cap.4. ¶ Ex epistola pma ad Thes
salonicenses. Lectio secūda.

De cetero ergo frātres
rogamus vos ⁊ obse
ramus in dño Jesu: vt quē
admodū accepistis a nobis
quō opozteat vos ābulare
⁊ placere deo sic ⁊ ambuletis
vt abūdetis magis. Scitis
enī q̄ pcepta dederim vobis
per dñm Jesum. Hec est enī
voluntas dei, sanctificatio
vēa, vt abstineatis vos a foz
nicatione: vt sciat vnusquisq̄
vestrū vas suū possidere in
sanctificatione ⁊ honoze, nō
in passione desyderij, sicut ⁊
gētes que ignozāt deū: ⁊ ne
quis supergrediat̄ neq̄ cir-
cumueniat in negotio frātrē
suū; qm vindex est dñs de
his oībus, sicut pdixim⁹ ⁊
vobis, ⁊ testificati sum⁹: nō
enim vocauit nos deus in
immunditiā sed in sanctifi-
cationē. Itaq̄ qui hec sper-
nit, non hominē spernit, sed
deum, qui etiā dedit spiritū
suum sanctum in nobis. De
charitate aūt fraternitatis,
nō necesse habemus scribere
vobis: ipsi enim vos a deo
didicistis vt diligatis inuicē
Etenim illud facitis in om-
nes frātres in vniuersa Ma
cedonia. Rogamus autem
vos frātres vt abundetis
magis: ⁊ operā detis ⁊ quie
ti sitis, ⁊ vt vestrū negotiū
agatis, ⁊ operemini manib⁹
vestris, sicut pcepimus vo
bis, ⁊ honeste ambuletis ad
eos q̄ foris sunt: ⁊ nullius
aliquid desyderetis. Nolu-
mus aut̄ vos ignozare fra
tres de dozmiētibus: vt nō
contristemini, sicut ⁊ ceteri
qui spem non habent. Si
enim credimus quoniam Jesus
moztuus est ⁊ resurrexit, ita
⁊ deus eos qui dozmierunt
per Jesum, adducet cum eo.
Hoc enim vobis dicimus in
verbo Domini, quia nos
qui viuimus, qui residui su
mus in aduentum Domi-
ni, non pzeueniemus eos
qui dozmierunt. Quo-
niam ipse Dominus in ius
su ⁊ in voce Archangeli ⁊

in tuba dei descendet de celo,ꝫ mortui qui in Christo sunt,resurgent primi. Deinos qui viuimus qui relinquimur, simul rapiemur cũ illis in nubib⁹ obuiã Christo in aera,ꝫ sic semper cum dño erimus. Itaq; consolamini inuicẽ in verbis istis.

¶ Feria quarta ex Ecclesiastico. Lectio prima.

ca.10. IUdex sapiẽs iudicabit populum suum,ꝫ principatus sensati stabilis erit. Secundũ iudicẽ populi,sic ꝫ ministri eius,ꝫ qualis rector est ciuitatis, tales ꝫ inhabitantes in ea. Rex insipiens perdet populũ suũ,ꝫ ciuitates inhabitabũtur p sensum prudẽtiũ. In manu dei potestas terre,ꝫ exercabilis ois iniquitas gentiũ,ꝫ vtilẽ rectorẽ suscitabit in tẽpus super illã. In manu dei potestas hois,ꝫ super faciẽ scribe imponet honorẽ suũ. Dñs iniurie proximi ne memineris,ꝫ nihil agas in operibus iniurie. Odibilis coꝝ Deo est ꝫ hominibus superbia,ꝫ exercabilis ois iniquitas gentiũ. Regnũ a gente in gentẽ transfertur ꝓpter iniustitias,ꝫ iniurias,ꝫ cõtumelias,ꝫ diuersos dolos. Iuaro aũt nihil est scelestꝰ. Quid superbit terra ꝫ cinis? Nihil est iniquius, quam amare pecuniã hic enim ꝫ animã suã venalẽ habet: quia in vita sua proiecit intima sua. Dñs potentatꝰ, patiens vita. Languor prolixior grauat medicũ. Bꝛeuẽ languorem precidit medicus: sic ꝫ rex hodie est, ꝫ cras morietur. Cũ enim moꝛietur homo, hereditabit serpẽtes,ꝫ bestias ꝫ vermes. Initiũ superbie hois,apostatare a deo: quoniã ab eo ꝺ̃ recessit illã,recessit coꝛ eius: qm̃ initium omnis peccati est superbia,qui tenuerit illã, adimplebit maledictis,ꝫ subuertet eum in finem. Ꝓpterea exhonorauit dominus cõuentus superbozum, ꝫ destruxit eos vsq; in finem.

¶ Ex epistola prima ad Thessalonicenses. Lectio secunda.

DE tempoꝛibus aũt ꝫ momẽtis fratres,non indigetis vt scribamus vobis, Ipsi enim diligenter tis ꝺ̃ dies domini, sicut fur in nocte, ita veniet: cum enim dixerint, pax ꝫ securitas: tunc repentinus eis superuenit interitus, sicut dolor in vtero habentis,ꝫ non effugient. Vos autem fratres, non estis in tenebꝛis: vt vos dies illa tanquam fur cõprehendat: omnes enim vos: filij lucis estis:ꝫ filij diei: nõ sumus

noctis nec̄ tenebȝarū. Igit̄ nō ozmiam⁹ sicut et ceteri: sed vigilemus ⁊ sobȝij simꝰ. Qui enī dozmiūt, nocte dozmiunt: et q ebȝij sunt, nocte ebȝij sunt. Nos aūt q diei sumus, sobȝij simus, induti loȝicā charitatis, et galeā spē salutis: qm̄ non posuit nos deus in irā, sed in acquisitionē salutis per dñm nostrū Jesum Chȝistū, q moȝtuus est ꝓ nobis, vt ssiue vigilemus siue dozmiamus, simul cū illo viuamus. Pȝopter qđ cōsolamini inuicē: ⁊ edificate alterutrū, sicut ⁊ facitis. Rogamus aūt vos fratres, vt noueritis eos q laboȝāt inter vos ⁊ pȝesunt vobis in dño ⁊ monēt vos: vt habeatis illos abundantius in charitate: ꝓpter opꝰ illoȝū pacem habete cū eis. Rogamꝰ aūt vos fratres, coȝripite inquietos, cōsolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patiēres estote ad oēs. Videte ne quis malū pȝo malo alicui reddat: sed semp qđ bonū est sectamini inuicē, ⁊ in oēs. Semp gaudete. Sine intermissiōe oȝa te. In oībus gratias agite, hec est enī voluntas Dei in Chȝisto Jesu in oīb⁹ vobis. Spiritū nolite extinguere. Pȝophetias nolite spernere. Oia autem pȝobate, qđ bonū est, tenete. Ab omni specie mala abstinete vos. Ipse aūt deus pacis sanctificet vos per oia: vt integer spiritus vester et anima ⁊ coȝpꝰ sine querela, in aduentu dñi nostri Jesu Chȝisti conseruetur. Fidelis est qui vocauit vos q etiā faciet. Fratres oȝate ꝓ nobis. Salutate fratres omnes in osculo sancto. Adiuro vos per dominū, vt legāt epistola hec omnibus sanctis fratribus. Gratia dom̄ni nostri Jesu Chȝisti vobiscum. Amen.

ℂ Feriā. v. ex Ecclesiatico. Lectio pȝima.

Sedes ducū superboȝ destruxit deus, ⁊ sedere fecit mites pȝo eis. Radices gentiū superbarū arefecit deꝰ, ⁊ plantauit humiles ex ipsis gentibus. Terras gentiū euertit dñs, ⁊ perdidit eos vsq ad fundamētū. Arefecit deus ex ipsis, ⁊ disperdidit eos, ⁊ cessare fecit memoȝiā eoȝū a terra. Memoȝiā superboȝū perdidit deus, ⁊ reliquit memoȝiā humilium sensu. Nō est creata hominib⁹ superbia, neq; iracūdia nationi mulierū. Semē hoīm honoȝabitur hoc, qđ timet dēū: semē aūt hoc exhonoȝabit, qđ pȝeterit mandata dñi. In medio fratrū rectoȝ illoȝū in honoȝe: ⁊ qui

timēt dominū,erunt in ocu
lis illius.Gloria diuitū,ho
nozatozū,ꝫ pauperū, timoz
dei est: nō despicere hoiem
iustū paupere, ꝫ nō magni
ficare virū peccatozē diuitē.
Magnus est iudex,ꝫ potēs
est in honoze:ꝫ nō est maioz
illo q timet deū. Seruus sen
sato liberi,seruiēt:ꝫ vir pzu
dens disciplinatus nō mur
murabit cozreptus, ꝫ insci9
nō honozabitur. Noli extol
lere te in faciēdo opere tuo,
ꝫ noli cūctari in tempoze an
gustie. Melioz est qui opera
tur,ꝫ abundat in oībus, ꝙ
qui gloziatur, et eget pane.
Fili mi,in māsuetudine ser
ua animam tuam, et da illi
honozem secūdum meritū
suum. Peccantem in animā
suam quis iustificabit?ꝫ ds
honozificabit exhonozantē
animā suam? Pauper glo
riatur per disciplinā ꝫ timo
rem suum: ꝫ est homo q ho
nozificat pzopter substan
tiam suam. Qui autem glo
riatur in paupertate,quan
to magis in substantia? Et
qui gloziatur in substantia,
paupertatem veretur.

¶ Epistola Pauli ad Thes
salonicenses.ii. Lectio.ii.

Ca.1. PAulus ꝫ Siluanus et
Timotheus : ecclesie
Thessalonicensium in Deo
patre nostro ꝫ domino Je
su Christo. Gratia vobis ꝫ
pax a deo patre nostro, ꝫ do
mino Jesu Christo. ¶ Gra
tias agere debemus semper
Deo pzo vobis fratres, sic
vt dignum est,quoniam fus
percrescit fides vestra,ꝫ abū
dat charitas vnius cuiusq;
vestrum in inuicem ita vt
et nosipsi in vobis gloria
mur in ecclesijs Dei, pzo pa
tientia vestra, ꝫ fide in om
nibus persecutionibus ves
stris ꝫ tribulationib9,quas
sustinetis in exemplū iusti
iudicij Dei vt digni habeā
mini in regno Dei, pzo quo
ꝫ patimini: si tamē iustum
est apud Deum retribuere
tribulationem ijs qui vos
tribulant:et vobis qui tri
bulamini requiem nobiscū
in reuelatione domini Jesu
de celo cum angelis virtu
tis eius in flamma ignis dā
tis vindictā ijs qui non no
uerunt Deum:ꝫ qui nō obe
diunt euangelio dñi nostri
Jesu Christi qui penas dā
bunt in interitu eternas a
facie dñi et a gloria virtu
tis eius:cum venerit gloria
ficari in sanctis suis,ꝫ admi
rabilis fieri in oībus qui cre
diderunt,quia creditū est te
stimoniū nostrū super vos
in die illo,in quo etiam oza
mus semper pzo vobis, vt
dignetur vos vocatiōe sua

Deus noster, & impleat omnẽ voluntatẽ bonitatis sue, et opus fidei in virtute, vt clarificet nomen dñi nostri Jesu Christi in vobis, et vos in illo, secundum gratiam Dei nostri, domini Jesu Christi.

¶ Feria sexta ex Ecclesiastico. Lectio prima.

Sapientia humiliati exaltabit caput illius, et in medio magnatorum collocabit illũ faciet. Nõ laudes virũ in specie sua, neq; speres hoiem in visu suo: bzeuis in volatilibus est apis, & initiũ dulcoris habet fructus illius. In vestitu ne gloriaris vnquã, nec in die honoris tui extollaris: qm mirabilia opera altissimi solius, & gloriosa, & abscõsa, & inusitata opera illi⁹. Multi tyranni sederũt in thzono, et insuspicabilis portauit diadema. Multi potentes oppressi sunt valde, & gloziosi traditi sunt in manus alterozum. Priusquam interroges ne vituperes quẽquam, et cum interrogaueris, corripe iuste. Priusquã audias ne respondeas verbum, & in medio sermonũ ne adijcias loqui. De ea re, q̃ te nõ molestat, ne certeris, & in iudicio peccatrũ ne cõsilias. Fili, ne in multis sint actus tui: & si dites fueris, nõ eris immunis a delicto. Si em̃ secutus fueris, non apzehẽdes: & nõ effugies, p̃ cucurreris. Et hõ labozãs & festinãs, & dolẽs impius, & tãto magis nõ abũdabit. Est homo marcidus egens recuperatiõe, plus deficiẽs virute, & abũdãs pauptate, et oculus dei respexit illũ in bono, & erexit eũ ab humilitate ipsi⁹ et exaltauit caput: & mirati sunt in illo multi, & honozauerũt deũ. Bona & mala, vita & mozs, pauptas & honestas, a deo sunt. Sapientia & disciplĩa, & scietia legis apũd deũ. Dilectio & vie bonozũ apũd ipsum. Errozes tenebze pcõzibus cõcreata sunt, qui aũt exultãt in malis consenescunt in malo.

¶ Ex epistola. ij. ad Thessalonicenses. Lectio. ij.

Bogamus aũt vos fratres per aduentum dñi nostri Jesu Christi, et nostre congregationis in ipsum, vt nõ cito moueamini a vestro sensu, neq; terreamini, neq; per spiritũ neq; per sermonẽ neq; per epistolam tanq̃ per nos missam, quasi instet dies dñi. Ne quis vos seducat vllo modo, qm̃ nisi venerit discessio primũ, et reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis, & Ca. 2.

aduersat & extollit supra dē qđ dicit deus, aut qđ colit, ita vt in templo dei sedeat ostendēs se tanq̄ sit Deus. Nō retinetis qđ cū adhuc essem apud vos, hec dicebā vobis? Et nūc qđ detineat vt reueleť scitis: vt reueleť in suo tempore. Nā mysteriū iā operat iniquitatis: tantū vt q̄ tenet nūc teneat donec de medio fiat. Et tūc reuelabit ille iniquus: quē dñs Jesus interficiet spiritu oris sui, et destruet illustratione aduētus sui eum, cuius est aduētus secundū operationē satane, in omni virtute & signis & prodigijs mēdacibus, & in oī seductiōe iniquitatis ijs q̄ pereūt, eo q̄ charitatē veritatis nō receperūt, vt salui fierent. Ideo mittet illis deus operationē erroris, vt credāt mēdacio: vt iudicent oēs q̄ nō crediderūt veritati, sed cōsenserūt iniquitati. Nos aūt debemus grās agere deo semp pro vobis fratres dilecti a deo, qđ elegerit nos de⁹ primitias in salutē, in sanctificatiōe spiritus, & in fide veritatis. Ad qđ & vocauit vos per euāgeliū nostrū, in acquisitionem glorie domini nostri Jesu Christi. Itaq; fratres state: & tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonē, siue p epistolā nostram. Ipse aūt dñs noster Jesus Christus et deus et pater noster q̄ dilexit nos, & dedit cōsolationē eternā, et spem bonā in gratia, exhortetur corda vestra, et confirmet in omni opere & sermone bono.

¶ Sabbato ex Ecclesiastico

Lectio prima.

Datio dei permanet sanctis & profectus illius successus habebit in eternū. Est q̄ locupletat parce agendo: & hec est pars mercedis illius. In eo qđ dicit: Inueni requiē mihi: & nūc mādabo de bonis meis solus et nescit q̄ tēp⁹ pretereat illū & moz⁹ appropinquet: & relinquat oīa alijs et moriat. Sta in testamento tuo, & in illo colloquere: et in operē mādatoz⁹ tuoz⁹ veteraſce. Ne māseris in operibus peccatoz⁹. Cōfide aūt in deo: & mane in loco tuo. Facile est enim in oculis dei: subito honestare pauperē. Benedictio dei in mercedē iusti festinat: & in honore velocē profectus illius fructificat. Ne dicas, Quid est mihi opus: & que erūt mihi ex hoc bona? Ne dicas, Sufficiēs mihi sum. et qđ ex hoc pessimabor? In die bonoz⁹ ne immemor sis malorū, et in die malorū ne

immemoz sis bonozū, qm̃ ha
bile est cozā deo in die obit⁹
tetribuere v nicuique secū
dū vias suas. Malitia hoze
oblitionē facit luxurie ma
gne: et in fine hois denuda
tio operū illi⁹. Ante mozte
ne laudes hoiem quēq̃, qm̃
in filijs suis agnoscit vir.
Nō oēm hominē indue as
i domū tuā: multe em̃ sunt
insidie dolosi. Sicut em̃ eru
cat pzecordia fetentiū ꝛ fl
cur perdix inducit in caueā:
ꝛ vt capiea in laqueū, sic et
cor superboz: ꝛ sicut pzo
spectoz videns casum pzoxi
mi sui. Bona em̃ in mala cō
uertens insidiat: ꝛ in electis
imponet maculā. A scintilla
em̃ vna augetur ignis ꝛ ab
vno dolosō auget sanis ho
mo vero peccatoz sanguini
insidiat. Attende tibi a pe
stifero fabricat em̃ mala: ne
forte inducat sup te subsan
nationē in ppetuū. Admit
te ad te alienigenā: et sub
uertet te in turbine: ꝛ aba
lienabit te a tuis pzopzijs.

Ex Epistola secunda. Ad Thessalonicenses Lect. ij

DE cetero frates, oza
te pro nobis, vt ser
mo dei currat ꝛ clarificet, si
cut ꝛ apud vos: ꝛ vt libere
mur ab ipoztunis et malis
hoibus, nō em̃ oīm est fides.
Fidelis aūt dñs est, qui con
firmabit vos, et custodiet a
malo. Cōfidimus aūt de vo
bis fratres in dño, qd̃ que
cq̃ pzecipimus, ꝛ facitis ꝛ fa
cietis. Dñs aūt dirigat coz
da vestra in charitate dei et
potētia Chzisti. Denūtia
mus autē vobis fratres in
nōe dñi nostri Jesu Chzi
sti, vt subtrahatis vos ab
omni frate ambulāte in oz
dinate, ꝛ nō scōm traditio
nē quā acceperunt a nobis.
Ipsi em̃ scitis quēadmodū
opoꝛteat immitari nos, qm̃
nō inqeti fuim⁹ inter vos
neq̃ gratis panē manduca
uimus ab aliq̃, sed in laboze
ꝛ in fatigatiōe nocte ꝛ die o
perātes, ne quē vestrū gra
uarem⁹. Nō quasi nō habu
erim⁹ potestatē: sed vt nos
metipsos fozmā darem⁹ vo
bis ad imitandū nos. Nam
ꝛ cū essemus apud vos, hoc
denūtiabamus vobis. Qm̃
si quis nō vult operari, nec
manducet. Audiuimus em̃
inter vos quosdā ambulan
tes inquiete, nihil operātes
sed curiole agētes. Iis aūt
q̃ eiusmodi sunt denūtiam⁹
ꝛ obsecramus in dño Jesu,
vt cū silentio operantes, su
um panē mādūcēt. Vos au
tē fratres, nolite deficere be
nefaciētes. Qd̃ si quis non
obedit vbo nostro p episto
lam, hunc notate: ꝛ ne com-

Cap. 3

misceamini cū illo, vt cōfun
dat: et nolite quasi inimicū
existimare, sed cozripite vt
fratrē. Ipse aūt deus pacis
det vobis pacē sempiternā
in omni loco. Dñs sit cum
oīb⁹ vobis. Salutatio mea
manu Pauli: qđ est signū
in omni epistola: ita scribo.
Gratia dñi nr̄i Jesu Chri-
sti cū oībus vobis. Amen.

Dñica. iiij. Mag. ex ecc̄l. L.

Ca.12 SI inimicus tuus esurierit ciba illum: si sitierit da illi potum. Hoc enim faciens carbones ignis congregabis super caput eius. Noli vinci a malo: sed vince in bono malum. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non enim est potestas nisi a deo: quę autem sunt a deo ordinata sunt. Itaque qui resistit potestati dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt ipsi sibi damnationem adquirunt. Nam principes non sunt timori operis boni sed mali. Vis autem non timere potestatem? bonum fac: et habebis laudem ex illa. Dei enim minister est tibi in bonum. Si autem malum feceris time. Non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est: vindex in iram ei qui malum agit. Ideo necessitate subditi estote non solum propter iram: sed etiam propter conscientiam. Ideo enim et tributa præstatis. Ministri enim dei sunt in hoc ipsum servientes. Reddite ergo omnibus debita. Cui tributum tributum: cui vectigal vectigal: cui timorem timorem: cui honorem honorem. Nemini quicquam debeatis nisi ut invicem diligatis. Qui enim diligit proximum legem implevit. Nam non adulterabis. Non occides. Non furtum facies. Non falsum testimonium dices. Non concupisces. Et si quod est aliud mandatum in hoc verbo instaurari: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Dilectio proximo malum non operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio. Et hoc scientes tempus: quia hora est iam nos de somno surgere. Nunc enim propior est nostra salus quam cum credidimus. Nox præcessit: dies autem appropiavit. Abiciamus ergo opera tenebrarum: et induamur arma lucis. Sicut in die honeste ambulemus: non in comessationibus et ebrietatibus: non in cubilibus et impudicitiis: non in contentione et æmulatione: sed induimini dominum Jesum Christum: et carni ne feceritis desideria.

Epistola Pauli ad Ephesios. Lectio. ij.

PAulus apostolus Jesu Christi per voluntatem dei: sanctis qui sunt et fidelibus in Christo Jesu. Gratia vobis et pax a deo patre nostro et domino Jesu Christo. Benedictus deus et pater domini nostri Jesu Christi: qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cęlestibus in Christo. Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem: ut essemus sancti et immaculati in conspectu eius in charitate. Qui predestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in ipsum: secundum propositum voluntatis suę. In laudem gloriæ gratiæ suę in qua gratificavit nos in dilecto filio suo. In quo habemus redemptionem per sanguinem eius: remissionem peccatorum secundum divitias gratiæ eius. In qua superabundavit in nobis in omni sapientia et prudentia. Ut notum faceret nobis sacramentum voluntatis suę secundum bonum placitum eius quod proposuit in eo. In dispensatione plenitudinis temporum instaurare omnia in Christo: quę in cęlis et quę in terra sunt in ipso. In quo et nos sorte vocati sumus: prędestinati secundum propositum eius qui omnia operatur secundum consilium voluntatis suę. Ut simus in laudem gloriæ eius: nos qui ante speravimus in Christo. In quo et vos cum audissetis verbum veritatis: evangelium salutis vestrę. In quo et credentes signati estis spiritu promissionis sancto qui est pignus hereditatis nostrę: in redemptionem acquisitionis in laudem gloriæ eius. Propter hoc et ego audiens fidem vestram quę est in dominum Jesum: et dilectionem in omnes sanctos. Non cesso gratias agens pro vobis: memoriam vestri faciens in orationibus meis. Ut deus domini nostri Jesu Christi pater gloriæ det vobis spiritum sapientię et revelationis in agnitione eius: illuminatos oculos cordis vestri: ut sciatis quę sit spes vocationis eius: et quis divitię gloriæ hereditatis eius in sanctis: et quę sit supereminens magnitudo virtutis eius in nos qui credimus secundum operationem potentię virtutis eius quam operatus est in Christo: suscitans illum a mortuis et constituens ad dexteram suam in cęlestibus: supra omnem principatum et potestatem et virtutem et dominationem et omne nomen quod nominatur non solum in hoc sęculo sed etiam in futuro. Et omnia subiecit sub pedibus eius: et ipsum dedit caput super omnem ecclesiam: quę est corpus ipsius et plenitudo eius qui omnia in omnibus adimpletur. Et vos cum essetis mortui delictis et peccatis vestris in quibus aliquando ambulastis secundum sęculum huius mundi: secundum principem potestatis aeris huius spiritus qui nunc operatur in filios diffidentię. In quibus et nos omnes conversati aliquando in desideriis carnis nostrę: facientes voluntates carnis et cogitationum: et eramus natura filii ire sicut et cęteri. Deus autem qui dives est in misericordia: propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos. Et cum essemus mortui peccatis: convivificavit nos Christo: cuius gratia estis salvati. Et conresuscitavit et consedere fecit in cęlestibus in Christo Jesu: ut ostenderet in sęculis supervenientibus abundantes divitias gratiæ suę in bonitate super nos in Christo Jesu. Gratia enim estis salvati per fidem: et hoc non ex vobis: dei enim donum est. Non ex operibus: ut ne quis glorietur. Ipsius enim sumus figmentum creati in Christo Jesu in operibus bonis quibus præparavit deus ut in illis ambulemus. Propter quod memores estote quod aliquando vos gentes in carne: qui dicebamini præputium ab ea quę dicitur circumcisio quę in carne fit manufacta. Quod eratis illo tempore sine Christo alienati a conversatione Israel et hospites testamentorum: spem non habentes promissionis et sine deo in hoc mundo. Nunc autem in Christo Jesu vos qui aliquando eratis longe facti estis prope in sanguine Christi. Ipse enim est pax nostra qui fecit utraque unum: et medium parietem maceriæ solvit inimicitias in carne sua. Legem mandatorum decretis evacuans: ut duos condat in semetipso in unum novum hominem pacificans: et reconciliet ambos in uno corpore deo per crucem occidens inimicitias in semetipso. Et venit evangelizare pacem vobis qui longe fuistis: et pacem his qui prope. Quoniam per ipsum habemus accessum ambo in uno spiritu ad patrem. Ergo jam non estis hospites et advenę: sed estis cives sanctorum et domestici dei superędificati super fundamentum apostolorum et prophetarum: ipso summo angulari lapide Christo Jesu in quo omnis ędificatio constructa crescit in templum sanctum in domino. In quo et vos coędificamini in habitaculum dei in spiritu.

Ca.13 HUius rei gratia ego Paulus vinctus Christi Jesu pro vobis gentibus: si tamen audistis dispensationem gratiæ dei quę data est mihi in vobis: quoniam secundum revelationem notum mihi factum est sacramentum: sicut supra scripsi in brevi. Ad quod potestis legentes intelligere prudentiam meam in mysterio Christi: quod aliis generationibus non est agnitum filiis hominum sicut nunc revelatum est sanctis apostolis eius et prophetis in spiritu. Esse gentes cohęredes et concorporales et comparticipes promissionis eius in Christo per evangelium: cuius factus sum ego minister secundum donum gratiæ dei quod datum est mihi secundum operationem virtutis ipsius. Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia hęc in gentibus evangelizare investigabiles divitias Christi: et illuminare omnes quę sit dispensatio sacramenti absconditi a sęculis in deo qui omnia creavit: ut innotescat principatibus et potestatibus in cęlestibus per ecclesiam multiformis sapientia dei secundum præfinitionem sęculorum quam fecit in Christo Jesu domino nostro in quo habemus fiduciam et accessum in confidentia per fidem eius. Hoc petitis ne deficiam in tribulationibus meis pro vobis quę est gloria vestra. Hujus rei gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri Jesu Christi: ex quo omnis paternitas in cęlis et in terra nominatur: ut det vobis secundum divitias gloriæ suę virtute corroborari per spiritum eius in interiorem hominem: habitare Christum per fidem in cordibus vestris: in charitate radicati et fundati: ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis quę sit latitudo et longitudo et sublimitas et profundum: scire etiam supereminentem scientię charitatem Christi ut impleamini in omnem plenitudinem dei. Ei autem qui potens est omnia facere plus quam petimus aut intelligimus: secundum virtutem quę operatur in nobis: ipsi gloria in ecclesia et in Christo Jesu in omnes generationes sęculi sęculorum. Amen.

Ego autem obsecro vos ego vinctus in domino: ut digne ambuletis vocatione qua vocati estis: cum omni humilitate et mansuetudine: cum patientia supportantes invicem in charitate: solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis. Unum corpus et unus spiritus: sicut vocati estis in una spe vocationis vestrę. Unus dominus: una fides: unum baptisma. Unus deus et pater omnium: qui est super omnes et per omnia et in omnibus nobis. Unicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Propter quod dicit: Ascendens in altum captivam duxit captivitatem: dedit dona hominibus. Quod autem ascendit quid est nisi quia et descendit primum in inferiores partes terrę? Qui descendit ipse est et qui ascendit super omnes cęlos ut impleret omnia. Et ipse dedit quosdam quidem apostolos: quosdam autem prophetas: alios vero evangelistas: alios autem pastores et doctores: ad consummationem sanctorum in opus ministerii in ędificationem corporis Christi: donec occurramus omnes in unitatem fidei et agnitionis filii dei in virum perfectum in mensuram ętatis plenitudinis Christi: ut jam non simus parvuli fluctuantes et circumferamur omni vento doctrinę in nequitia hominum in astutia ad circumventionem erroris. Veritatem autem facientes in charitate crescamus per omnia in illo qui est caput Christus: ex quo totum corpus compactum et connexum per omnem juncturam subministrationis secundum operationem in mensuram unius cuiusque membri augmentum corporis facit in ędificationem sui in charitate. Hoc ergo dico et testificor in domino: ut jam non ambuletis sicut et gentes ambulant in vanitate sensus sui tenebris obscuratum habentes intellectum alienati a vita dei per ignorantiam quę est in illis propter cęcitatem cordis ipsorum qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitię in operationem immunditię omnis in avaritiam. Vos autem non ita didicistis Christum: si tamen illum audistis et in ipso edocti estis sicut est veritas in Jesu: deponere vos secundum pristinam conversationem veterem hominem qui corrumpitur secundum desiderium erroris. Renovamini autem spiritu mentis vestrę: et induite novum hominem qui secundum deum creatus est in justitia et sanctitate veritatis. Propter quod deponentes mendacium loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo: quoniam sumus invicem membra. Irascimini et nolite peccare. Sol non occidat super iracundiam vestram. Nolite locum dare diabolo. Qui furabatur jam non furetur: magis autem laboret operando manibus suis quod bonum est ut habeat unde tribuat necessitatem patienti. Omnis sermo malus de ore vestro non procedat: sed si quis bonus ad ędificationem fidei ut det gratiam audientibus. Et nolite contristare spiritum sanctum dei in quo signati estis in diem redemptionis. Omnis amaritudo et ira et indignatio et clamor et blasphemia tollatur a vobis cum omni malitia. Estote autem invicem benigni misericordes donantes invicem sicut et deus in Christo donavit vobis. Estote ergo imitatores dei sicut filii charissimi et ambulate in dilectione sicut et Christus dilexit nos et tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam deo in odorem suavitatis. Fornicatio autem et omnis immunditia aut avaritia nec nominetur in vobis sicut decet sanctos: aut turpitudo aut stultiloquium aut scurrilitas quę ad rem non pertinet: sed magis gratiarum actio. Hoc enim scitote intelligentes quod omnis fornicator aut immundus aut avarus quod est idolorum servitus non habet hereditatem in regno Christi et dei. Nemo vos seducat inanibus verbis. Propter hęc enim venit ira dei in filios diffidentię. Nolite ergo effici participes eorum. Fuistis enim aliquando tenebrę: nunc autem lux in domino. Ut filii lucis ambulate. Fructus enim lucis est in omni bonitate et justitia et veritate probantes quid sit beneplacitum deo. Et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum: magis autem et redarguite. Quę enim in occulto fiunt ab ipsis turpe est et dicere. Omnia autem quę arguuntur a lumine manifestantur. Omne enim quod manifestatur lumen est. Propter quod dicit: Surge qui dormis et exurge a mortuis et illuminabit te Christus. Videte ergo fratres quomodo caute ambuletis non quasi insipientes sed ut sapientes redimentes tempus quoniam dies mali sunt. Propter hoc nolite fieri imprudentes sed intelligentes quę sit voluntas dei. Et nolite inebriari vino in quo est luxuria: sed implemini spiritu loquentes vobismetipsis in psalmis et hymnis et canticis spiritualibus cantantes et psallentes in cordibus vestris deo patri gratias agentes semper pro omnibus in nomine domini nostri Jesu Christi. Subjecti invicem in timore Christi. Mulieres viris suis subditę sint sicut domino: quoniam vir caput est mulieris sicut Christus caput est ecclesię. Ipse salvator corporis ejus. Sed sicut ecclesia subjecta est Christo: ita et mulieres viris suis in omnibus. Viri diligite uxores vestras sicut et Christus dilexit ecclesiam et seipsum tradidit pro ea ut illam sanctificaret mundans lavacro aquę in verbo vitę: ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam aut rugam aut aliquid hujusmodi: sed ut sit sancta et immaculata. Ita et viri debent diligere uxores suas ut corpora sua. Qui suam uxorem diligit seipsum diligit. Nemo enim unquam carnem suam odio habuit: sed nutrit et fovet eam sicut et Christus ecclesiam: quia membra sumus corporis ejus de carne ejus et de ossibus ejus. Propter hoc relinquet homo patrem et matrem et adhęrebit uxori suę: et erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in Christo et in ecclesia. Verumtamen et vos singuli unusquisque uxorem suam sicut seipsum diligat: uxor autem timeat virum.

Filii obedite parentibus vestris in domino: hoc enim justum est. Honora patrem tuum et matrem quod est mandatum primum in promissione: ut bene sit tibi et sis longevus super terram. Et vos patres nolite ad iracundiam provocare filios vestros: sed educate illos in disciplina et correptione domini. Servi obedite dominis carnalibus cum timore et tremore in simplicitate cordis vestri sicut Christo: non ad oculum servientes quasi hominibus placentes: sed ut servi Christi facientes voluntatem dei ex animo cum bona voluntate servientes sicut domino et non hominibus: scientes quod unusquisque quodcumque fecerit bonum hoc recipiet a domino sive servus sive liber. Et vos domini eadem facite illis remittentes minas: scientes quod et illorum et vestrum dominus est in cęlis et personarum acceptio non est apud eum. De cętero fratres confortamini in domino et in potentia virtutis eius. Induite vos armaturam dei ut possitis stare adversus insidias diaboli. Quoniam non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem: sed adversus principes et potestates adversus mundi rectores tenebrarum harum contra spiritualia nequitię in cęlestibus. Propter quod accipite armaturam dei ut possitis resistere in die malo et in omnibus perfecti stare. State ergo succincti lumbos vestros in veritate et induti loricam justitię et calceati pedes in præparatione evangelii pacis. In omnibus sumentes scutum fidei in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Et galeam salutis assumite et gladium spiritus quod est verbum dei per omnem orationem et obsecrationem orantes omni tempore in spiritu et in ipso vigilantes in omni instantia et obsecratione pro omnibus sanctis et pro me ut detur mihi sermo in aperitione oris mei cum fiducia notum facere mysterium evangelii pro quo legatione fungor in catena ut in ipso fiducialiter audeam prout oportet me loqui. Ut autem sciatis et vos quę circa me sunt quid agam omnia vobis notum faciet Tychicus charissimus frater et fidelis minister in domino quem misi ad vos hoc ipsum ut cognoscat quę circa nos sunt et consolet corda vestra cum Onesimo fideli et charissimo fratre qui est ex vobis. Omnia quę hic aguntur nota vobis facient. Pax fratribus et charitas cum fide a deo patre et domino Jesu Christo. Gratia cum omnibus qui diligunt dominum nostrum Jesum Christum in incorruptione.

Epistola Pauli ad Philippenses. Lectio. iij.

PAulus et Timotheus servi Jesu Christi omnibus sanctis in Christo Jesu qui sunt Philippis cum episcopis et diaconibus. Gratia vobis et pax a deo patre nostro et domino Jesu Christo. Gratias ago deo meo in omni memoria vestri semper in cunctis orationibus meis pro omnibus vobis cum gaudio deprecationem faciens super communicatione vestra in evangelio a prima die usque nunc. Confidens hoc ipsum quia qui cępit in vobis opus bonum perficiet usque in diem Christi Jesu. Sicut mihi est justum hoc sentire pro omnibus vobis eo quod habeam vos in corde et in vinculis meis et in defensione et confirmatione evangelii socios gaudii mei omnes vos esse. Testis enim mihi est deus quomodo cupiam omnes vos in visceribus Jesu Christi. Et hoc oro ut charitas vestra magis et magis abundet in scientia et in omni sensu: ut probetis potiora: ut sitis sinceri et sine offensione in diem Christi: repleti fructu justitię per Jesum Christum in gloriam et laudem dei. Scire autem vos volo fratres quia quę circa me sunt magis in profectum evangelii venerunt: ita ut vincula mea manifesta fierent in Christo in omni prętorio et in cęteris omnibus: et plures fratres in domino confidentes vinculis meis abundantius audere sine timore verbum dei loqui. Quidam quidem et propter invidiam et contentionem: quidam autem et propter bonam voluntatem Christum prędicant. Et illi quidem ex charitate scientes quia in defensionem evangelii positus sum: hi autem ex contentione Christum annuntiant non caste existimantes pressuram se suscitare vinculis meis. Quid enim? dum omni modo sive occasione sive veritate Christus annuntietur in hoc et gaudeo: sed et gaudebo. Scio enim quia hoc mihi proficiet ad salutem per vestram orationem et subministrationem spiritus Jesu Christi: secundum exspectationem et spem meam quia in nullo confundar: sed in omni fiducia sicut semper et nunc magnificabitur Christus in corpore meo sive per vitam sive per mortem. Mihi enim vivere Christus est et mori lucrum. Si autem vivere in carne hoc mihi fructus operis et quid eligam nescio. Coarctor autem e duobus desiderium habens dissolvi et esse cum Christo multo magis melius: permanere autem in carne necessarium propter vos. Et hoc confidens scio quia manebo et permanebo omnibus vobis ad profectum et gaudium fidei vestrę: ut gloriatio vestra abundet in Christo Jesu in me per meum adventum iterum ad vos. Tantum digne evangelio Christi conversamini: ut sive veniens et videns vos sive absens audiam de vestris quia statis in uno spiritu unanimes collaborantes fidei evangelii: et nihil terreamini ab adversariis quę illis causa est interitus vestra autem salutis et hoc a deo. Quia vobis donatum est pro Christo non solum ut in eum credatis sed ut et pro illo patiamini: eundem certamen habentes quale vidistis in me et nunc audistis de me. Si qua ergo consolatio in Christo si qua solatium charitatis si qua societas spiritus si qua viscera miserationes: implete gaudium meum ut idipsum sapiatis eandem charitatem habentes unanimes idipsum sentientes: nihil per contentionem neque per inanem gloriam: sed in humilitate superiores sibi invicem arbitrantes non quę sua sunt singuli considerantes sed ea quę aliorum. Hoc enim sentite in vobis quod et in Christo Jesu: qui cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse se equalem deo: sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens in similitudinem hominum factus et habitu inventus ut homo. Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem mortem autem crucis. Propter quod et deus exaltavit illum et donavit illi nomen quod est super omne nomen: ut in nomine Jesu omne genu flectatur cęlestium terrestrium et infernorum: et omnis lingua confiteatur quia dominus Jesus Christus in gloria est dei patris. Itaque charissimi mei sicut semper obedistis non ut in præsentia mea tantum sed nunc multo magis in absentia mea cum timore et tremore vestram salutem operamini. Deus enim est qui operatur in vobis et velle et perficere pro bona voluntate. Omnia autem facite sine murmurationibus et hesitationibus: ut sitis sine crimine et simplices filii dei sine reprehensione in medio nationis pravę et perversę inter quos lucetis sicut luminaria in mundo verbum vitę continentes in laudem mihi in die Christi quia non in vacuum cucurri neque in vacuum laboravi. Sed et si immolor super sacrificium et obsequium fidei vestrę gaudeo et congaudeo omnibus vobis. Idipsum autem et vos gaudete et congaudete mihi. Spero autem in domino Jesu Timotheum me citius mittere ad vos ut et ego bono animo sim cognitis quę circa vos sunt. Neminem habeo enim unanimem qui sincere pro vobis sollicitus sit. Omnes enim quę sua sunt quærunt non quę Jesu Christi. Probationem autem eius scitis quia sicut patri filius mecum servivit in evangelio. Hunc quidem spero me mittere statim ut videro quę circa me sunt. Confido autem in domino quia et ipse cito veniam. Necessarium autem existimavi Epaphroditum fratrem et cooperatorem et commilitonem meum vestrum autem apostolum et qui ministravit necessitati meę mittere ad vos. Quoniam videns vos omnes desiderabat et mœrens eo quod audissetis eum infirmatum. Nam et infirmatus est usque ad mortem sed deus misertus est eius non solum autem eius sed et mihi ne tristitiam super tristitiam habeam. Festinantius ergo misi eum ut videntes eum iterum gaudeatis et ego sine dolore sim. Excipite ergo illum in domino cum omni gaudio et hujusmodi habete in honore. Quia propter opus Christi usque ad mortem accessit tradens animam suam ut impleret ea quę ex parte vestra erga me deerant obsequia. De cętero fratres gaudete in domino. Eadem scribere vobis mihi quidem non piget vobis autem cautos facit. Videte canes videte malos operarios videte concisionem. Nos enim sumus circumcisio qui spiritu deo servimus et gloriamur in Christo Jesu et non in carne confidentes. Quamvis ego habeam confidentiam et in carne. Si quis alius videtur confidere in carne ego magis. Circumcisione octavo die genus Israel tribus Benjamin Hebreus ex Hebreis secundum legem pharisęus secundum æmulatorem persequens ecclesiam secundum justitiam quę in lege fuit conversatus sine querela. Sed quę mihi fuerunt lucra hęc arbitratus sum propter Christum detrimentum. Verumtamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Jesu Christi domini mei propter quem omnia detrimentum feci et arbitror ut stercora ut Christum lucrifaciam et inveniar in illo non habens meam justitiam quę ex lege sed eam quę est per fidem Christi quę ex deo est justitia in fide ad cognoscendum illum et virtutem resurrectionis illius et societatem passionum illius configurans morti eius si quo modo occurram ad resurrectionem quę est ex mortuis. Non quod jam acceperim aut jam perfectus sim sequor autem si quo modo comprehendam in quo et comprehensus sum a Christo Jesu. Fratres ego me non arbitror comprehendisse unum autem quę quidem retro sunt obliviscens in anteriora me extendens ad destinatum persequor ad bravium supernę vocationis dei in Christo Jesu. Quicumque ergo perfecti hoc sentiamus et si quid aliter sentitis et hoc deus vobis revelabit. Verumtamen ad quod pervenimus eadem sentire regula eadem sapere. Imitatores mei estote fratres et observate eos qui ita ambulant sicut habetis formam nostram. Multi enim ambulant quos sępe dicebam vobis nunc autem et flens dico inimicos crucis Christi quorum finis interitus quorum deus venter et gloria in confusione ipsorum qui terrena sapiunt. Nostra autem conversatio in cęlis est. Unde et salvatorem exspectamus dominum nostrum Jesum Christum qui reformabit corpus humilitatis nostrę configuratum corpori claritatis suę secundum operationem qua possit etiam subjicere sibi omnia. Itaque fratres mei charissimi et desiderati gaudium meum et corona mea sic state in domino charissimi. Evodiam rogo et Syntychen deprecor idipsum sapere in domino. Etiam rogo et te germane compar adjuva illas quę mecum laborarunt in evangelio cum Clemente et cęteris adjutoribus meis quorum nomina sunt in libro vitę. Gaudete in domino semper iterum dico gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Dominus prope est. Nihil solliciti sitis sed in omni oratione et obsecratione cum gratiarum actione petitiones vestrę innotescant apud deum. Et pax dei quę exsuperat omnem sensum custodiat corda vestra et intelligentias vestras in Christo Jesu. De cętero fratres quęcumque sunt vera quęcumque pudica quęcumque justa quęcumque sancta quęcumque amabilia quęcumque bonę famę si qua virtus si qua laus disciplinę hęc cogitate quę et didicistis et accepistis et audistis et vidistis in me hęc agite et deus pacis erit vobiscum. Gavisus sum autem in domino vehementer quia aliquando tandem refloruistis pro me sapere. In quo et sapiebatis sed occupati eratis. Non quasi propter penuriam dico. Ego enim didici in quibus sum sufficiens esse. Scio et humiliari scio et abundare. Ubique et in omnibus institutus sum et saturari et esurire et abundare et penuriam pati. Omnia possum in eo qui me confortat. Verumtamen bene fecistis communicantes tribulationi meę. Scitis autem et vos Philippenses quod in principio evangelii quando profectus sum a Macedonia nulla mihi ecclesia communicavit in ratione dati et accepti nisi vos soli. Quia et Thessalonicam semel et bis in usum mihi misistis. Non quia requiro datum sed requiro fructum abundantem in rationem vestram. Habeo autem omnia et abundo. Repletus sum accepta ab Epaphrodito quę a vobis missa sunt odorem suavitatis hostiam acceptabilem placentem deo. Deus autem meus impleat omnem desiderium vestrum secundum divitias suas in gloria in Christo Jesu. Deo autem et patri nostro gloria in sęcula sęculorum. Amen. Salutate omnem sanctum in Christo Jesu. Salutant vos qui mecum sunt fratres. Omnes sancti salutant vos maxime autem qui de Cesaris domo sunt. Gratia domini nostri Jesu Christi cum omnibus vestris. Amen.

Epistola Pauli ad Colossenses. Lectio. iiij.

Post hec descendit Capharnaū ipse & mater eius, & fratres eius, & discipuli eius: & ibi manserūt nō multis diebus. Et prope erat pascha Iudeoꝝ, & ascendit Ihesus Ierosolymā: & inuenit in templo vendētes oues & boues & colūbas, & numularios sedentes. Et cū fecisset quasi flagellū de funiculis, oēs eiecit de templo, oues quoq; & boues, & numulariorū effudit es, & mensas subuertit. Et his qui colūbas vendebant dixit. Auferte ista hinc: & nolite facere domū patris mei domū negotiationis. Recordati sunt vero discipuli ei, quia scriptum est. Zelus domus tue comedit me. Respondērūt ergo Iudei, & dixerunt ei. Quod signum ostēdis nobis qa hec facis? Respōdit Ihesus, & dixit eis. Solute templū hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo Iudei. Quadraginta & sex annis edificatū est templū hoc: & tu in tribus diebus excitabis illud? Ille aūt dicebat de tēplo corporis sui. Cū ergo resurrexisset a mortuis, recordati sūt discipuli eius quia hoc dicebat, & crediderūt scripture, & sermoni quem dixit Ihesus. Cū aūt esset Ierosolymis in pascha in die festo: multi crediderunt in nomine eius videntes signa eius que faciebat. Ipse aūt Ihesus non credebat semetipsum eis: eo quod ipse nosset oēs, & quia opus ei non erat vt quis testimonium perhiberet de homine. Ipse enim sciebat qd esset in homine.

¶ Feria. v. ex Genesi. Le. 1. C a. 3.

Sed & serpens erat callidior cunctis animantibus terre, que fecerat dñs Deus. Qui dixit ad mulierem. Cur precepit vobis dꝰ vt nō comederetis ex omni ligno paradisi? Cui respondit mulier. De fructu ligni rum que sunt in paradiso, vescimur: de fructu vero ligni quod est in medio paradisi, precepit nobis Deus ne comederemus & ne tangeremus illud, ne forte moriamur. Dixit autem serpens ad mulierem. Nequaquam morte moriemini, scit enim Deus quod in quocunqꝫ die comederitis ex eo, aperiētur oculi vestri: & eritis sicut dii

sciētes bonū ⁊ malū. Vidit igitur mulier quod bonum esset lignum ad vescendū, ⁊ pulchrū oculis, aspectuq; delectabile: ⁊ tulit de fructu illius, ⁊ comedit: deditq; viro suo, qui comedit. Et aperti sunt oculi amborū: cūq; cognouissent se esse nudos, cōsuerūt folia ficus, ⁊ fecerūt sibi perizomata. Et cum audissent vocē dñi dei deambulantis in paradiso ad aurā post meridiem, abscondit se Adā ⁊ vxor eius a facie dñi dei in medio ligni paradisi. Vocauit q; dñs deus Adam ⁊ dixit ei: Vbi es? Qui ait vocē tuā dñe audiui in paradiso ⁊ timui eo q; nudus essem, ⁊ abscondi me. Cui dixit dñs: Quis indicauit tibi q; nudus esses, nisi quod ex ligno de quo preceperam tibi ne comederes, comedisti? Dixit q; Adam: Mulier quā dedisti mihi socia, dedit mihi de ligno ⁊ comedi. Et dixit dñs deus ad mulierē: Quare hoc fecisti? Que respondit Serpens decepit me ⁊ comedi.

Secundum Joannem.

Lectio secunda.

Cap. 3

Erat aūt homo ex phariseis Nicodemus nomine princeps Judeorum. Hic venit ad Jesum nocte ⁊ dixit ei: Rabbi scimus quia a deo venisti magister: nemo enī potest hec signa facere q; tu facis, nisi fuerit deus cū eo. Respondit Jesus, ⁊ dixit ei: Amen amē dico tibi, nisi q̄s renat⁹ fuerit denuo, non potest videre regnū dei. Dicit ad eū Nicodem⁹: Quō potest homo nasci cū sit senex? nunquid potest in ventre matris sue iterato introire ⁊ renasci? Rūdit Jesus: Amē amē dico tibi, nisi quis renat⁹ fuerit ex aqua ⁊ spū sancto, nō potest introire in regnū dei. Quod nātū est ex carne, caro est: ⁊ quod natum est ex spiritu, spūs est. Nō mireris quia dixi tibi, oportet vos nasci denuo. Spūs vbi vult spirat, ⁊ vocē eius audis, sed nescis vnde veniat aut quo vadat. Sic est oīs qui natus est ex spū. Respondit Nicodemus, ⁊ dixit ei: Quō possunt hec fieri? Rūdit Jesus, ⁊ dixit ei: Tu es magister in Israel ⁊ hec ignoras? Amē amē dico tibi, q̄a q̄scimus loquimur ⁊ q̄ vidimus testamur, ⁊ testimonium nostrū nō accipitis. Si terrena dixi vobis ⁊ non creditis quō si dixero vobis celestia credetis? Et nemo ascendit in celū, nisi q̄ descendit de celo filius hois q̄ est in celo. Et sicut Moyses exaltauit serpentē in de

uerto, ita exaltari oportet filiū eius. Mulieri quoq; dixit: Multiplicabo erūnas tuas & conceptus tuos, in dolore paries filios & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Ade vero dixit: Quia audisti vocem uxoris tue, & comedisti de ligno ex quo preceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vite tue, spinas & tribulos germinabit tibi: & comedes herbas terre. In sudore vultus tui vesceris pane, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es, quia pulvis es & in pulverem reuerteris. Et vocauit Adam nomen uxoris sue, Eua: eo q̄ mater esset cunctorū viuentiū. Fecit quoq; dñs deus Ade & uxori eius tunicas pelliceas & induit eos. Et ait: Ecce Adā quasi unus ex nobis factus est, sciens bonū & malū nūc ergo ne forte mittat manum suā, & sumat etiā de ligno vite & comedat, & viuat in eternū. Emisit eū dñs de paradiso voluptatis, vt operaretur terram de qua sumptus est. Eiecit q̄ Adā, & collocauit ante paradisum voluptatis cherubin & flammeum gladium atq; versatilem ad custodiendam viam ligni vite.

hominis, vt ois qui credit in ipso, nō pereat, sed habeat vitā eternā. Sic enim deus dilexit mundū vt filiū suū vnigenitū daret vt ois qui credit in eū, non pereat sed habeat vitā eternā. Nō enim misit deus filiū suum in mundū vt iudicet mundū, sed vt saluetur mundus per ipsum. Qui credit in eū nō iudicatur qui aūt non credit, iā iudicatus est, quia nō credidit in nomine vnigeniti filij dei. Hoc est aūt iudiciū, quia lux venit in mūdū, & dilexerūt homines magis tenebras quā lucē, erant enim eorū mala opera. Omis & non venit ad lucē, vt non arguātur opera eius, q̄ aūt facit veritatē, venit ad lucē, vt manifestētur opera eius, quia in deo facta sunt.

℣. Feria sexta ex Genesi.

Lectio prima.

Et ait dñs deus ad serpentem: Quia fecisti hoc, maledictus es inter oīa animantia & bestias terre, super pectus tuū gradieris, & terram comedes cunctis diebus vite tue. Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum, & semen illius, ipsa cōteret caput tuū & tu insidiaberis calcaneo

¶ Secundū Joannē. Le. ij.

POst hec venit Jesus ⁊ discipuli eius in Judeā terrā, ⁊ illic morabatur cum eis ⁊ baptizabat. Erat autē ⁊ Joānes baptizās in Enō iuxta Salim, ꝙa aque multe erant illic ⁊ veniebant ⁊ baptizabantur. Nondū enī missus fuerat Joannes in carcerem. Facta est aūt questio ex discipulis Joānis cū Judeis de purificatiōe. Et venerunt ad Joannē ⁊ dixerunt ei: Rabbi, qui erat tecū trans Jordanē, cui tu testimonium perhibuisti: ecce hic baptizat, ⁊ oēs veniunt ad eū. Respōdit Joannes ⁊ dixit: Nō potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datū de celo. Ipsi vos mihi testimoniū perhibetis quod dixerim. Nō sum ego Christus: sed ꝙa missus sum aī illū. Qui habet spōsam, spōsus est: amicus aūt sponsi q̄ stat ⁊ audit eū, gaudio gaudet propter vocē sponsi. Hoc ergo gaudiū meū impletum est. Illū oportet crescere, me aūt minui. Qui de sursum venit, supoēs est. Qui est de terra, de terra ē. ⁊ de terra loquit: q̄ de celo venit, supoēs est. Et quod vidit ⁊ audiuit hoc testatur, ⁊ testimonium eius nemo accipit. Qui aūt accepit eius testimonium, signault quia deus verax est.

Quē em̄ misit Deus, verba dei loquitur: nō em̄ ad mensurā dat deus spiritū. Pater diligit filiū, ⁊ oīa dedit in manu eius. Qui credit in filiū habet vitā eternā, qui autem incredulus est filio, nō videbit vitā sed ira Dei manet super eum.

¶ Ut ergo cognouit Jesus quia audierunt pharisei q̄ Jesus plures discipulos facit, ⁊ baptizat quā Joānes quanq̄ Jesus non baptizaret, sed discipuli eius, reliquit Judeā, ⁊ abiit iterū in Galileam, oportebat aūt eum transire per Samariam.

¶ Sabbato er Geneſi. I.

ADām vero cognouit vxorē suā Euā, que concepit ⁊ peperit Cain dicens: Possidē hominem per dūm. Rursumq̄ peperit fratrē eius Abel. Fuit autem Abel pastor ouium, ⁊ Cain agricola. Factū est aūt post multos dies vt offerret Cain de fructibus terre munera dño. Abel quoq̄ obtulit de primogenitis gregis sui, ⁊ de adipibus eorū ⁊ respexit dominus ad Abel, ⁊ ad munera eius: Ad Cain aūt, ⁊ ad munera illius non respexit. Iratusq̄ est Cain vehementer, ⁊ concidit vultus eius. Dixitq̄ dñs ad eū. Quare

fratus es, & cur concidit facies tua? Nonne si bene egeris, recipies: sin autē male, statim in foribus peccatum aderit? sed sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. Dixitq; Cain ad Abel fratrē suū: Egrediamur foras. Cūq; essent in agro cōsurrexit Cain aduersus fratrē suū Abel, & interfecit eū. Et ait dñs ad Cain: Ubi ē Abel frater tuus? Qui rñdit: Nescio, numquid custos fratris mei sū ego? Dixitq; ad eū: Quid fecisti? vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nunc igit̄ maledictus eris sup terrā, que aperuit os suum, & suscepit sanguinē fratris tui de manu tua. Cū operatus fueris eam, nō dabit fructus suos, vagus & profugus eris sup terrā. Dixitq; Cain ad dominū: Maior est iniquitas mea, quā vt venīā merear. Ecce eīcis me hodie a facie terre, & a facie tua abscōdar, & ero vagus & profugus in terra: oīs igit̄ q̄ inuenerit me, occidet me. Dixit q̄ ei dñs Nequaq̄ ita fiet, sed oīs qui occiderit Cain, septuplū punietur. Posuitq; dominus in Cain signum, vt non interficeret eum omnis qui, inuenisset eum.

¶ Secundū Joannē. Le. ij.

VEnit ergo in ciuitatē Samarie que dicitur Sichar, iuxta prediū quod dedit Jacob Joseph filio suo Erat autē ibi fons Jacob. Jesus aūt fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontē. Hora autē erat quasi sexta. Venit mulier de Samaria haurire aquam. Dicit ei Jesus. Da mihi bibere. Discipuli enī eius abierant in ciuitatē vt cibos emerēt. Dicit ergo ei mulier illa Samaritana: Quō tu Judeus cū sis, bibere a me poscis q̄ sum mulier Samaritana? nō enī coutuntur Judei Samaritanis. Respondit Jesus & dixit ei: Si scires donū dei, & quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquā viuā. Dicit ei mulier Dñe neq; in q̄ haurias habes & puteus altus est: vnde ergo habes aquā viuā? Nūquid tu maior es patre nō Jacob, qui dedit nobis puteū, & ipse ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius? Respondit Jesus & dixit ei: Oīs q̄ bibit ex aqua hac, sitiet iterum, qui aūt biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in eternum: sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam. Dicit ad eum mulier:

Dñe,da mihi hanc aquã,vt nõ sitiã,neq; veniã huc hau rire. Dicit ei Jesus: Vade, voca virũ tuũ, & veni huc. Respondit mulier, & dixit: Nõ habeo virũ. Dicit ei Jesus: Bene dixisti,qa non habeo virũ: quinq; enĩ viros habuisti,& nũc quem habes, non est tu⁹ vir:hoc vere dixisti. Dicit ei mulier: Dñe video quia pzopheta es tu. Patres nostri in mõte hoc adorauerunt & vos dicitis quia Jerosolymis est locus vbi adozare opoztet. Dicit ei Jesus: Mulier crede mihi quia veniet hoza qũ neq; in mõte hoc,neq; in Jerosolymis adozabitis patrẽ. Vos adozatis qõ nescitis nos adozamus quod scimus, qa salus ex Judeis est. Sed venit hora & nunc est, qñ veri adozatores adozabũt patrẽ in spiritu & veritate:nã & pater tales querit, qui adozẽt eum. Spũs est deus, & eos q̃ adorant eum, in spũ & veritate opztet adozare. Dicit ei mulier. Scio quia Messias venit, qui dicitur Chzistus:ũ ergo venerit,ille annũtiabit nobis omnia. Dicit Jesus: Ego sum qui loquor tecum Et continuo venerunt discipuli eius,& mirabãtur qa cum muliere loquebatur, nemo tamẽ dixit:qd queris aut quid loqueris cum ea? Reliquit ergo hydriã suam mulier,& abiit in ciuitatẽ,& dicit illis hoibus: Venite & videte hominẽ qui dixit mihi omnia quecunq; feci, nũquid ipse est Chzistus? Exierunt ergo de ciuitate & veniebant ad eum.

Dominica sexagesima.

Genesi. Lectio prima.

In diebus illis cũ turba plurima Grece cõgregaretur, & de ciuitatibus festinaret ad Dñm habitaturi pzoximi, dixit Dñs per similitudinem: Exiit qui seminat semen suum. Et dum seminat, alia cecidit secus viam, & conculcata est, & volucres celi comederunt illud. Et alia cecidit supra petram, & orta aruit, quia non habebat humorem. Et alia cecidit inter spinas, & simul exortæ spinæ suffocauerunt illud. Et alia cecidit in terram bonam, & orta fecit fructum centuplum. Hæc dicens clamabat: Qui habet aures audiendi audiat. Interrogabant autem eum discipuli eius quæ hæc parabola esset. Quibus ipse dixit: Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis, vt videntes non videant, & audientes non intelligant. Parabola autem est hæc: Semen est verbum Dei. Qui autem secus viam sunt, hi sunt qui audiunt, deinde venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes salui fiant. Nam qui supra petram, qui cum audierint cum gaudio suscipiunt verbum, & hi radices non habent, quia ad horam credunt, & in tempore tentationis recedunt. Quod autem in spinas cecidit, hi sunt qui audierunt, & a sollicitudinibus & diuitiis & voluptatibus vitæ euntes suffocantur, & non referunt fructum. Quod autem in bonam terram, hi sunt qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia. Nemo autem lucernam accendens operit eam vase, aut subtus lectum ponit, sed ponit eam super candelabrum, vt intrantes videant lumen. Non enim est occultum quod non manifestetur, neque absconditum quod non sciatur & in palam veniat. Videte ergo quomodo audiatis. Qui enim habet, dabitur ei: & quicunque non habet, etiam quod putat se habere auferetur ab eo.

Genesi. Lectio secunda.

In diebus illis: Egressus Cain a facie Dñi habitauit profugus in terra ad orientalem plagã Edẽ: Cognouit autem Cain vxorẽ suã, quæ cõcepit & peperit Enoch, & ædificauit ciuitatẽ, vocauitq; nomẽ eius ex nõie filij sui Enoch. Pozro Enoch genuit Jrad & Jrad genuit Mauiael, & Mauiael genuit Mathusael & Mathusael genuit Lamech, qui accepit duas vxores, nomen vni Ada, & nomen alteri Sella. Genuitq; Ada Jabel, qui fuit pater habitãtiũ in tentozijs atq; pastorum, & nomen fratris eius Jubal, ipse fuit pater canentium cithara & ozgano. Sella quoq; genuit Tubalcaĩ qui fuit malleator & faber in cũcta opera eris & ferri. Sozor vero Tubalcaĩ Noema. Dixitq; Lamech vxoribus suis Ade & Selle. Audite vocem meã vxores Lamech, auscultate sermonem

menum: qm occidi virum in vulnus meū, & adolescentulū in liuorē meū, septuplum vltio dabit de Cain: de Lamech vero septuagies septies. Cognouit quoq; adhuc Adā vxorē suam, & pepit filium, vocauitq; nomen eius Seth dicens. Posuit mihi Deus semen aliud pro Abel, quē occidit Cain. Sed & Seth natus est filius, quē vocauit Enos, iste cepit invocare nomen domini.

℣ Secundū Ioannē. Le. ij.

Interea rogabāt eum discipuli dicētes: Rabbi manduca. Ille autē dixit eis, Ego cibū habeo mādu care quē vos nescitis. Dicebant ergo discipuli ad inuicē Nunquid aliquis attulit ei mādūcare? Dicit eis Jesus Meus cibus est, vt faciā voluntatē eius, q̄ misit me, vt perficiā opus eius. Nōne vos dicitis q̄ adhuc quatuor mēses sunt, & messis venit? Ecce dico vobis leuate oculos vestros & videte regiones quia albe sunt iā ad messem. Et qui metit, mercedē accipit, & congregat fructum in vitam eternā: vt & qui seminat simul gaudeat & qui metit. In hoc enim verbum verum: quia alius est qui seminat, & alius est qui metit. Ego misi vos metere quod vos non laborastis, alij laborauerūt: & vos in labores eorū introistis. Ex ciuitate autem illa multi crediderūt in eum Samaritanorum, propter verbū mulieris testimoniū perhibētis. Quia dixit mihi omnia quecunq; feci. Cum venissent ergo ad illum Samaritani, rogauerūt eum vt ibi maneret. Et mānsit ibi duos dies. Et multo plures crediderunt propter sermonē eius. Et mulieri dicebant, Quia iā nō propter tuā loquelā credimus, ipsi enim audiuimus, & scimus q̄a hic est vere saluator mundi.

℣ Post duos autem dies exijt inde, & abijt in Galileā Ipse enim Jesus testimonium perhibuit quia propheta in sua patria honorē non habet. Cum ergo venisset in Galileam, excepērunt eum Galilei, cum omnia vidissent que fecerat Jerosolymis in die festo: & ipsi enim venerant ad diem festum. Venit ergo iterum in Cana Galilee, vbi fecit aquam vinū. Et erat quidā regul⁹ cuius filius infirmabat Capharnaum. Hic cū audisset quia Jesus aduenisset a Judea in Galileam, abijt ad eum & rogabat eum vt descenderet & sanaret filium eius, incipiebat enim mori.

Dixit ergo Jesus ad eum. Nisi signa & prodigia videritis non creditis. Dicit ad eum regulus: Domine descende prius quã moriatur filius meus. Dicit ei Jesus Vade filius tuus viuit. Credidit homo sermoni quem dixit ei Jesus, & ibat. Jam aũt eo descendente, serui occurrerunt ei, & nuntiauerũt dicentes: quia filius eius viueret. Interrogabat ergo horam ab eis in qua melius habuerit. Et dixerunt ei: quia heri hora septima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater quia illa hora erat in qua dixit ei Jesus: Filius tuus viuit, & credidit ipse & domus eius tota. Hoc iterũ scõm signũ fecit Jesus, cũ venisset a Judea in Galileã

¶ Tertia lectio scõm Lucã. cap. 8

IN illo tẽpore dixit Jesus turbis similitudinẽ hãc. Exijt qui seminat seminare semẽ suũ, & reliqua.

Homelia sti Gregorij pape

LEctio sancti euangelij quã modo fratres charissimi audistis, expositione nõ indiget sed admonitiõe. Quam em per semetipsum veritas exposuit, hanc discutere humana fragilitas non presumit. Sed est quod solliciti in hac ipsa expositione dominica pensare debemus. Quia si nos vobis semen verbum, agrum mundũ, volucres demonia, spinas diuitias significare diceremꝰ, addendũ nobis mens foret tam vestra dubitaret. Unde & eisdẽ dominus per semetipsum dignatꝰ est exponere quod dicebat, vt sciaris rerũ significationes ãrere in his etiam que per semetipsum noluit explanare. Exponẽdo ergo quod dixit figurate loqui innotuit, quãtenꝰ nos vos redderet, cũ vobis nostra fragilitas verborum illiꝰ figuras aperiret. Quis enim mihi vnquam crederet si spinas diuitias interpretari voluissem, maxime cũ ille pungant, iste deleden? Et tamẽ spine sunt, quia cogitationũ suarum punctiõe mentes lacerãt: & cum vlq; ad peccatũ perthrahũt quasi inflicto vulnere cruentant. Quas bene in loco alio, euãgelista attestante, neguaquã dominus diuitias, sed falla ces diuitias appellat.

Oratio.

DEus qui conspicis, quia ex nulla nostra actione confidimus, concede propitius: vt contra aduersa omnia doctoris gentium protectione muniamur.

¶ Feria secunda ex Genesi.

Lectio prima.

Hieest liber generatio
nis Adam: in die qua
creauit deꝰ hoiem, ad simili
tudinē dei fecit illū. Masculu
la & feminam creauit eos, & be
nedixit illis, & vocauit nō
mē eoꝝ Adam in die q̄ crea
ti sunt. Vixit aūt Adā cen-
tū triginta annis, & genuit
filiū ad similitudinē et ima
ginē suā vocauitq; nomē ei⁹
Seth. Et facti sunt dies
Adā postq̄ genuit Seth o-
ctingēti anni, genuitq; filios
et filias. Et factū est oē tps
q̄d vixit Adā, anni nongēti
triginta & moztuus est. Vi
xit aūt Seth centū quinq;
annis & genuit Enos: Vi-
xitq; Seth postq̄ genuit E
nos octingētis septē annis,
genuitq; filios et filias. Et
facti sūt oēs dies Seth nō-
gētoꝝ duodecim annoꝝ &
moztuus est. Vixit vero E-
nos nonaginta annis, et ge
nuit Cainā. Post cuius oz
tū vixit, octingētis quinde
cim annis, & genuit filios & nos habens in infirmitate
filias. Factiq; sunt oēs dies sua. Hūc cū vidisset Jesus
Enos nongēti quinq; anni, & iacentē, & cognouisset ḋa iā
moztuus est. Vixit aūt Cai multū tēpus haberet, dicit
nā septuaginta annis, & ge- ei: Vis sanus fieri? Respō-
nuit Malaleel. Et vixit dit ei languidus: Dñe ho-
Cainā postq̄ genuit Mala minē nō habeo, vt cū turba
leel, octingentis quadrazgita ta fuerit aqua mittat me in
annis, genuitq; filios et fi- piscinā, dū venis em ego, a-
lias. Et facti sunt oēs dies lius ante me descēdit. Dicit
Cainā nongēti decē anni, & ei Jesus: Surge tolle gra-

moztuꝰ est. Vixit aūt Ma laleel sexagita ānoꝝ annis, & genuit Jared. Et vixit Ma laleel postq̄ genuit Jared, octingētis triginta annis, & genuit filios & filias. Et fa cti sunt oēs dies Malaleel octingēti nonaginta quinq; anni, et moztuus est.

¶ Secōm Joannē. Lectio. ii. Cap. 5

POst hec erat dies festꝰ Judeoꝝ, et ascendit Jesus Jerosolymā. Est au tē Jerosolymis, in Pzoba- tica piscina, q̄ cognominat hebzaice Bethelda, quinq; pozticus habēs. In his iace bat multitudo magna lan- guētū, cecoꝝ, claudoꝝ, ari dozū, expectantiū aque mo- tū. Angelus aūt dñi descen- debat ītōm tēpus ī piscinā, & mouebat aqua. Et q̄ pzi- mus descēdisset in piscinā post motionē aque, sanus fi ebat a quacūq; detinebat in firmitate. Erat aūt quidā homo ibi trigīta & octo an- nos habens in infirmitate

batū tuū ⁊ ambula. Et statim sanus factus est homo ille, ⁊ sustulit grabatū suū ⁊ ambulabat. Erat aūt sabbatū in die illo. Dicebāt ergo Judei, illi qui sanatus fuerat: Sabbatū est, nō licet tibi tollere grabatū tuū. Respondit eis: Qui me sanū fecit, ille mihi dixit, Tolle grabatū tuū ⁊ ābula. Interrogauerūt ergo eū: Quis est ille hō ḋ dixit tibi Tolle grabatū tuū ⁊ ambula? Is aūt ḋ sanus fuerat effectus nescriebat quis esset. Jesus em̄ declinauit a turba cōstituta in loco. Postea inuenit eū Jesus in tēplo, ⁊ dixit illi: Ecce sanus factus es, iā noli peccare, ne deterius tibi aliq̄d cōtingat. Abijt ille homo ⁊ nūtiauit Judeis quia Jesus esset ḋ fecit eū sanū. Propterea p̄sequebant Judei Jesum, ḋa hec faciebat in sabbato. Jesus aūt respondit eis: Pater meus vsq̄ modo operatur, et ego operor. Propterea ergo magis querebāt eū Judei interfi-
rere, quia non solū soluebat sabbatū, sed et patrem suū dicebat deū, equalē se faciēs deo. Respondit itaq̄ Jesus, et dixit eis, Amen amen dico vobis, nō potest filius a se facere quicquam, nisi q̄d viderit patrem facientem: quecunq̄ enim ille facit, hec et filius ūmiliter facit. Pater enim diligit filiū, et omnia demonstrat ei que ipse facit, ⁊ maiora his demonstrabit ei opera, vt vos miremini. Sicut em̄ pater suscitat mortuos et viuificat, sic et filius quos vult viuificat. Neq̄ em̄ pater iudicat quēquam, sed omne iudiciū dedit filio, vt oēs honorificent filium, sicut honorificant patrē. Qui non honorificat patrē ḋ misit illū, Amen amē dico vobis, quia qui verbū meum audit et credit ei qui misit me, habet vitam eternam, et in iudiciū non venit, sed tranſijt a morte ad vitam.

℣ Feria tertia ex Genesi.

Lectio prima.

℣ Jritq̄ Jared cētum sexaginta duobus annis, et genuit Enoch. Et vixit Jared postquam genuit Enoch octingentis annis, ⁊ genuit filios et filias. Et facti sunt oēs dies Jared nongenti sexaginta duo anni, et mortuus est. Porro Enoch vixit sexaginta annis ⁊ genuit Mathusalem. Et ambulauit Enoch cū deo et vixit Enoch postquam genuit Mathusalē, trecentis annis, et genuit filios et filias. Et facti sunt

oēs dies Enoch trecēti sexa
ginta q̄nq; anni: ambulauit
cū deo et nō apparuit, q̄a
tulit eū deus. Vixit quoq;
Mathusalē centū octogin-
ta & nouē annis, & genuit La-
mech. Et vixit Mathusalē
postq̄ genuit Lamech, septi
gētis octoginta duobus an
nis, & genuit filios & filias.
Et facti sunt oēs dies Ma-
thusalē nongēti sexaginta
nouē anni, et mortuus est.
Vixit aūt Lamech centum
octoginta duobus annis, et
genuit filiū, vocauitq; no-
mē eius Noe, dicēs: Iste cō
solabitur nos ab operib⁹ & a
labozib⁹ manuū nostraꝝ in
terra cui maledixit dñs Vi
xitq; Lamech, postq̄ genuit
Noe q̄ngētis nonaginta q̄n
q; annis, & genuit filios & fi
lias. Et facti sunt oēs dies
Lamech, septingēti septua-
ginta septē anni, et mortu⁹
est. Noe vero cū quingento
rum esset annozum, genuit
Sem Cham et Japheth:

S. Sedm Joannem. Lect. ij

Amē amē dico vobis
q̄a venit hozа & nunc
est, quādo mortui audiēt vo
cē filij dei, & q̄ audierit viuēt
Sicut enī pater habet vitā
in semetipso, sic dedit & filio
habere vitā i semetipso, &
potestatē dedit ei iudiciū fa
cere: q̄a filius hois est, nolite

mirāri hoc, q̄a venit hozа in
qua oēs q̄ i monumētis sūt
audiēt vocē filij dei et pro-
dēt q̄ bona fecerūt in resur-
rectionem vite, q̄ vero mala
egerūt, in resurrectionem iu
dicij. Nō possum ego a me
ipso facere quicquā. Sicut
audio, iudico, & iudiciū meū
iustū est, q̄a nō quero volū
tatē meā, sed volūtatē eius
q̄ misit me. Si ego testimo
nium perhibeo de me, testi
monium meū non est verū.
Alius est q̄ testimoniū phi-
bet de me, & scio q̄a verū est
testimoniū eius, qđ phibet
de me. Vos misistis ad Jo-
annē, & testimoniū phibuit
veritati. Ego aūt nō ab hoīe
testimoniū accipio, sed hec
dico, vt vos salui sitis. Ille
erat lucerna ardēs et lucēs.
Vos aūt voluistis ad hozā
exultare in luce eius. Ego
aūt habeo testimoniū maiꝰ
Joannis. Opa eīm q̄ dedit
mihi pater vt pficiā ea, ipsa
opa que ego facio, testimo-
niū phibent de me, q̄a pater
misit me, & q̄ misit me pē, ipe
testimoniū perhibuit de me,
neq; vocē eiꝰ vnq̄ audistis:
neq; speciē eiꝰ vidistis, & vbū
eius nō habetis i vobis ma
nēs, q̄a quem misit ille, huic
vos nō creditis. Scrutami
ni scripturas, q̄a vos puta-
tis i ipis vitā eternā habere

Et ille sunt ꝙ testimoniū ꝓ hibēt de me, & nō vultis venire ad me vt vitā habeatis
Claritatē ab hoibus nō accipio. Sed cognoui vos ꝙa dilectionē dei nō habetis in vobis. Ego veni in nōie patris mei, & nō accepistis me, si alius venerit in nōie suo illū accipietis. Mūo vos ꝓ testis credere, ꝙ gloziā ab inuicē accipitis: & gloziā ꝙ a solo deo est, nō queritis? Nolite putare ꝙa ego acculatus sum vos apūd patrē est ꝙ acculat vos Moyses in ꝙ vos speratis. Si em̄ crederetis Moysi, crederetis forsitā & mihi, de me em̄ ille scripsit. Si aūt illius literis nō creditis, quomodo verbis meis credetis.

Ca. 6. ¶ Feria. iiij. er Geneſ. L.

Amq; cepissent hoies multiplicari sup terrā, & filias pzocreassent, vidētes filij dei filias hoim qō essent pulchre, acceperūt sibi vxozes ex oibus quas elegerāt. Dixitq; deus. Nō pmanebit spūs meus in hoie in eternū, ꝙa caro est, eruntq; dies illi⁹ centū viginti annozū. Gigātes aūt erāt sup terrā in dieb⁹ illis. Postq; em̄ ingressi sunt filij dei ad filias hoim, illeq; genuerūt, isti sunt potētes a seculo viri famosi. Videns aūt deus ꝙ multa malitia hoim esset in terra, et cuncta cogitatio cozdis intēta esset ad malū omni tēpoze, penituit eū ꝙ hominē fecisset i terra. Et ꝓ cauēs in futurū, & tactus dolore cozdis intrinsecus. Delebo inq̄t hoiem quē creaui a facie terre, ab homine vsq; ad animātia, a reptile vsq; ad volucres celi, penitet em̄ me fecisse eos. Noe vero inuenit gratiā cozam deo. Hec sūt generatiões Noe. Noe vir iustus atq; pfectus fuit in generationibus suis, cū deo ambulauit. Et genuit tres filios Sem, Cham et Japheth. Cozrupta est aūt terra cozā deo & repleta est iniquitate.

¶ Scām Joannē Lectio. ij.

Post hec abūt Jesus trans mare Galilee, q̄ est Tiberiadis, et sequebat eū multitudo magna, ꝙa videbant signa ꝙ faciebat sup his ꝙ infirmabāt. Subiit aūt in mōtē Jesus, & ibi sedebat cū discipulis suis. Erat autē primū pascha, dies festus Judeozū. Cum subleuasset ergo oculos Jesus, & vidisset ꝙa multitudo māxima venit ad eum, dicit ad Philippū: Unde emem⁹ panes vt mādūcēt hi? Hoc aūt dicebat tentās eum. ipse em̄ sciebat q̄d esset factur⁹. Re-

spondit ei Philippus: Du-
centorū denariorū panes nō
sufficiūt eis vt vnusquisq; mo
dicū ḋ accipiat. Dicit ei v-
nus ex discipulis eius An-
dreas frater Simonis Pe
tri. Est puer vnus hic, ḋ ha-
bet ḋcq; panes ordeaceos ⁊
duos pisces, sed hec ḋ sunt
inter tātos. Dicit ergo Je-
sus: Facite homines discūbere.
Erat aūt fenū multū i loco
Discubuerūt ergo viri, nu-
mero quasi ḋcq; millia. Ac-
cepit ergo Jesus panes, ⁊ cū
gratias egisset, distribuit dis
cūbentibus, similiter ⁊ ex pi
scibus quātū volebāt. Ut
aūt impleti sunt, dixit discī
pulis suis: Colligite que su
perauerūt fragmenta, ne pe
reant. Collegerūt ergo, ⁊ im
pleuerūt duodecī cophinos
ordeaceis ā superfluerūt his
ḋ māducauerant. Illi ergo
homines cū vidissent q̄ Jesus
fecerat signū, dicebāt: Quia
hic est vere ꝓpheta, ḋ ven
turus est in mundū. ¶ Je-
sus ergo cū cognouisset ḋa
bēturi essent vt raperēt eū
⁊ facerēt eū regē, fugit iterū
in montē ipse solus. Ut aūt
vespere factū est, descenderūt di
scipuli eius ad mare. Et cū
ascēdissent nauim, venerūt
trans mare in Capharnaū,
⁊ tenebre iā facte erāt, ⁊ nō
venerat ad eos Jesus. Ma
re aūt vēto magno flante,
exurgebat. Cū remigassent
ergo quasi stadia viginti q̄
q; aut triginta vident Je-
sum ambulātē supra mare, ⁊
proximū naui fieri, ⁊ timue
rūt. Ille aūt dicit eis: Ego
sum nolite timere. Voluē-
rūt ergo accipere eū in na-
uim: ⁊ statim naues fuit ad
terrā i quā ibāt. Altera die,
turba q̄ stabat trans mare,
vidit ḋa nauicula alia non
erat ibi, nisi vna, ⁊ ḋa nō in
troisset cum discipulis suis
Jesus in nauim, sed soli di-
scipuli eius abijssent, alie vero
supuenerūt naues a Tibe
riade iuxta locū vbi mādu-
cauerant panem, gratias
agentes Deo.

¶ Feria.v. ex Geneſi. Le.1.

Anteq̄ vidisset deus ter
rā esse corruptam. ois
quippe caro corruperat viā
suā sup terrā, dicit ad Noe:
Finis vniuerse carnis ve-
nit corā me repleta est terra
iniq̄tate a facie eorū, et ego
disperdā eos cū terra. Fac
tibi arcā de lignis leuigatis,
māsiunculas in arca facies,
⁊ bitumine linies intrinse-
cus ⁊ extrinsecus. Et sic fa-
cies eā: Trecētorū cubitor
erit lōgitudo arce ḋquagin
ta cubitorū latitudo, ⁊ tri-
gīta cubitor altitudo illi⁹.

Fenestrā i arca facies, et in rubito cōsummabis summitatē eius: ostiū aūt arce pones ex latere deorsum: cenacula ⁊ tristegia facies in ea. Ecce ego adducā aquas diluuij sup terrā, vt interficiā oēm carnē in' qua spiritus vite est subter celum, ⁊ vniuersa que in terra sunt consumētur. Ponamq; fedus meū tecū, ⁊ ingredieris arcā tu, ⁊ filij tui, vxor tua, et vxores filiorum tuorū tecū. Et ex cūctis animātibus vniuerse carnis bina induces in arcā, vt viuant tecū, masculini sexus ⁊ feminini. De volucribus iuxta genꝰ suū ⁊ de iumētis in gñe suo, ⁊ ex omni reptili terre scōm genus suū: bina de oībus ingredientē tecū, vt possint viuere. Tolles igit tecū ex oībus escis q̄ mādi possunt, ⁊ cōpoztabis apū te, et erunt tā tibi quā illis in cibū. Fecit igitur Noe omnia que pzeceperat illi deus.

℣ Scōm Joannem. Lect. ij

QAm ergo vidisset turba, qa Jesus nō esset ibi, neq; discipuli eius, alcēderūt in naviculas ⁊ venerūt Capharnaū querentes Jesum. Et cū inuenissent eū trans mare, dixerūt ei: Rabbi q̄n huc veniſti? Rspōdit eis Jesus ⁊ dixit: Amē amē dico vobis, q̄ritis me nō qa vidistis signa, sed qa manducastis ex panibus, ⁊ saturati estis: Operamini nō cibū q̄ perit, sed q̄ permanet in vitā eternā, quē filius hois dabit vobis, hūc enī pat signauit de⁹. Dixerūt ergo ad eū Quid faciemus vt operemur opa dei? Rspōdit Jesus ⁊ dixit eis Hoc est opus dei vt credatis in eū quē miſit ille. Dixerūt ergo ei: Quod ergo tu facis signū, vt videmus ⁊ credamus tibi? qd operaris? Patres nostri manducauerūt mānā i deserto, sicut scriptū est: Panē de celo dedit eis manducare. Dixit ergo eis Jesus: Amē amē dico vobis, nō Moyses dedit vobis panē de celo, sed pater meus dat vobis panē de celo verū. Panis enī dei est q̄ de celo descēdit, ⁊ dat vitā mūdo. Dixerūt ergo ad eū. Dñe semp da nobis panē hūc: Dixit aūt eis, Jesus Ego sum panis vite qui venit ad me, nō esuriet, et qui credit in me, nō sitiet iterū. Sed dixi vobis qa ⁊ vidistis me, et nō credidistis. Omne q̄ dat mihi pater ad me veniet, ⁊ eum q̄ venit ad me nō ejcīā foras: qa descendi de celo, nō vt faciā voluntatē meā, sed voluntatē eius q̄

eius,qui misit me.patris,vt omne quod dedit mihi non perdā ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die. Hec est aūt voluntas patris mei qui misit me:vt oīs q̄ videt filium & credit in eū habeat vitā eternā,et ego resuscitabo eum in nouissimo die. Murmurabāt ergo Judei de illo, ēa dixisset. Ego sum panis viuus qui de celo descendi.et dicebāt: Nōne hic est filius Joseph,cuius nos nouimus patrē & matrem? Dño ergo dicit hic: Quia de celo descēdi? Respondit ergo Jesus,& dixit eis: Nolite murmurare in inuicem, Nemo potest venire ad me nisi pater q̄ misit me traxerit eū, et ego resuscitabo eū in nouissimo die. Est scriptū in prophetis. Et erunt oēs docibiles dei. Omnis q̄ audiuit a patre & didicit, venit ad me. Non quia patrē vidit quisquam nisi is q̄ est a deo,hic vidit patrem.

¶ Feria.vi.ex Genesi. Lec.i.

DIxitq̄ dñs ad eū: Ingredere tu & omnis domus tua in arcā: te enī vidi iustum coram me in generatione hac. Ex oībus animātibus mundis tolles septena et septena, masculū et feminā. Sed & de animantibus vero immundis duo et duo,masculū & feminā. Sed & de volatilibus celi septena & septena masculū & feminā,vt saluetur semē super faciē vniuerse terre. Adhuc enim et post dies septem ego pluam super terrā quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & delebo omnem substantiam quā feci, de superficie terre. Fecit ergo Noe omnia que mandauerat ei dñs. Erat q̄ sexcentorū annorū quando diluuij aque inundauerunt super terrā. Et ingressus est Noe & filij eius vxor eius & vxores filiorū eius cū eo in arcā propter aquas diluuij. De animātibus que q̄ mūdis et immundis, et de volucribus, et ex omni quod mouetur super terrā,duo ingressa sunt ad Noe in arcā, masculus et femina, sicut precepat dñs Noe. Cumq̄ trāsissent septē dies, aque diluuij inundauerūt super terrā. Anno sexcentesimo vite Noe,mense secundo,septimo decimo die mēsis, rupti sunt oēs fontes abyssi magne, et cataracte celi aperte sunt, et facta est pluuia super terrā quadraginta diebus & quadraginta noctibus.

¶ Secōm Joannem. Lect.ij

AMen amen dico vobis,q̄ credit i me,habet vitā eternā. Ego sum

panis vite. Patres vestri mãducauerũt mãna i deserto, & moztui sunt. Hic est panis de celo descendens: vt si ds ex ipso mãducauerit, nõ moziaẽ. Ego sum panis viuus ꝙ de celo descẽdi. Si ds mãducauerit ex hoc pane, viuet ineternũ, & panis quẽ ego dabo caro mea est, pro mundi vita. Litigabãt ergo Judei adinuicem dicentes: Quomodo potest hic nobis carnẽ suã dare ad mãducandũ? Dixit ergo Jesus: Amẽ amẽ dico vobis, nisi mandu caueritis carnẽ filij hois et biberitis eius sanguinẽ, nõ habebitis vitam in vobis. Qui manducat meã carnẽ & bibit meũ sanguinẽ habet vitam eternã, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Caro enim mea vere est cib?: & sanguis meus vere est potus, qui mãducat meam carnẽ & bibit meũ sanguinẽ, in me manet et ego in illo. Sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrẽ, & ꝙ manducat me, & ipse viuet propter me. Hic est panis ꝙ de celo descendit. Nõ sicut mãducauerũt patres vestri mãna & moztui sunt. Qui mãducat hũc panem, viuet ineternũ. Hec dixit in synagoga docens in Capharnaeum. ¶ Multi ergo audientes ex discipulis eius dixerunt: Durus est hic sermo, & quis potest eũ audire? Sciens aũt Jesus apud semetipsum ꝙ murmurarent de hoc discipuli eius dixit eis: Hoc vos scãdalizat? Si ergo videritis filiũ hois ascendentẽ vbi erat prius? Spiritus est ꝙ viuificat, caro non prodest quicq̃, verba ꝙ ego locutus sum vobis, spũs et vita sunt. Sed sunt quidã ex vobis qui nõ credũt. Sciebat enim ab initio Jesus, & essent credentes, & ds traderet eum. Et dicebat: Propterea dixi vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum a patre meo. Ex hoc multi discipuloꝝ eius abierũt retro, & nõ cum illo ambulabãt. Dixit ergo Jesus ad duodecim: Munqd et vos vultis abire? Respõdit ergo ei Simon Petrus: Dñe ad quem ibimus? verba vite eterne habes, & nos credim? & cognouimus ꝙ tu es Christus filius dei. Respõdit eis Jesus: Nõne ergo vos duodecim elegi, et ex vobis vnus diabol? est? Dicebat aũt de Juda Simonis Iscariotis, hic enim erat traditurus eũ, cũ esset vnus ex duodecim.

¶ Sabbato ex Genesi.

Lectio prima.

Marticulo diei illi⁹ in
greſſus eſt Noe, & Sē,
& Cha, & Japheth filij eius,
& uxor illius & uxores filio-
rū eius cū eis in arcā, ipſi &
oē animal ſcōm genus ſuū,
uniuerſaq; iumēta in gene-
re ſuo, & omne quod mouet
ſuper terram in genere ſuo,
cunctaq; volatile ſecundum
genus ſuū, uniuerſe aues,
oēsq; volucres ingreſſe ſūt
ad Noe in arcā, bina & bina
ex oī carne in qua erat ſpirit⁹
uite bite. Et q̄ ingreſſa ſunt,
maſculus & femina ex omni
carne introierūt, ſicut pre-
cepe⁹at deus, & inclusit eū
dñs deforis. Factumq; eſt
diluuiū quadraginta dieb⁹
ſup terrā, & multiplicate ſūt
aque, et eleuauerūt arcā in
ſublime a terra. Vehemēter
enī inundauerūt & oīa reple
uerūt in ſuperficie terre, pz
eo arca ferebat ſup aquas.
Et aque ualuerūt nimis
ſuper terram, operteq; ſunt
omnes montes excelſi ſub
uniuerſo celo. Quindecim
cubitis altior fuit aqua ſu-
per montes quos operue-
rat. Conſumptaq; eſt om-
nis caro que mouebatur ſu
per terram, uolucrum, ani-
mātium, beſtiarū, omniūq;
reptilium, que reptant ſu-
per terram. Uniuerſi homes
et cuncta in ḋbus ſpiraculū
uite eſt in terra moztua ſūt.
Et deleuit omnē ſubſtātiā
que erat ſuper terrā, ab ho-
mine uſq; ad pecus, tām re-
ptile, quā volucres celi, & de
leta ſunt de terra: remanſit
aūt ſolus Noe, & qui cū eo
erāt in arca. Obtinuerūt q̄q;
aque terram centum quin-
quaginta diebus.

¶ Scōm Joannem. Lect. ij.

POſt hec autē ambula- Ca. 7.
bat Jeſus in Galileā,
nō enī volebat i Judea ābu
lare, ḋa querebāt eū Judei
interficere. Erat aūt in pzo
ximo dies feſtus Judeozū,
ſcenopegia. Dixerūt aūt ad
eū fratres eius: Trāſi hinc
& vade in Judeā: vt & diſci-
puli tui videant opera tua
que facis. Nemo quippe in
occulto quid facit, & querit
ipſe in palā eſſe ſi hec facis,
manifeſta teipſum mundo.
Neq; enī fratres eius crede
bant in eū. Dixit ergo eis
Jeſus: Tēp⁹ nōdū aduēit
tēpus aūt veſtrū ſemp eſt
paratū. Nō poteſt mūdus
odiſſe vos: me autē odit: ḋa
ego teſtimoniū phibeo de il
lo q̄ opera eius mala ſunt.
Vos aſcēdite ad diē feſtum
iſtū hūc, ego enī nō aſcendā
ad diē feſtū iſtū, ḋa meū tē-
p⁹ nondū ipletū eſt. Hec cū
dixiſſet tpe mānſit i Galilea
Ut aūt aſcēderunt fratres

eius, tūc & ipe ascēdit ad diē festū, nō manifeste, sed quasi in occulto. Judei ergo querebāt eū in die festo & dicebāt: Ubi est ille? Et murmur multū erat in turba de eo. Quidā eē dicebāt: Quia bonus est. Alij dicebāt: Nō sed seducit turbas. Nemo tū palā loquebat de illo propter metū Judeorū. Jā aūt die festo mediāte ascēdit Jesus in templū, et docebat. Et mirabātur Judei dicentes: Mō hic literas scit, cū nō didicerit? Rūdit eis Jesus, et dixit: Mea doctrina, nō est mea, sed eius q̄ misit me. Si q̄s voluerit voluntatē eius facere, cognoscet de doctrina, vtrū ex deo sit, an ego a me ipso loquar. Qui a semetipso loquitur, gloriā propriam querit: q̄ aūt querit gloriam eius q̄ misit eum, hic verax est, & iniustitia in illo nō est. Nōne Moises dedit vobis legē, et nemo ex vobis facit legē? Quid me queritis interficere? Rūdit turba, & dixit: Demoniū habes, q̄s te querit interficere? Rūdit Jesus & dixit eis: Unū opus feci, & oēs miramini. Propterea Moyses dedit vobis circūcisionē, nō q̄a ex Moyse est, sed ex patribus, & in sabbato circūciditis hoiem. Si circūcisionē accipit homo in sabbato vt non soluatur lex Moysi: mihi indignamini q̄a totū hominē sanū feci in sabbato? Nolite iudicare secundū faciem sed iustum iudicium iudicate.

¶ Dominica in quinquagesima ex Genesi. Lectio prima.

Recordatus aūt deus Noe cunctorūq; animantiū, & omniū iumentorū que erant cū eo in arca, adduxit spiritū super terrā, et imminute sunt aquę. Et clausi sunt fontes abyssi et cataractę celi, & prohibite sunt pluuie de celo. Reuersęq; sunt aque de terra euntes et redeuntes, & cęperūt minui post centum quinquaginta dies. Requieuitq; arca mense septimo, vigesimo septimo die mensis super montes Armenie. At vero aque ibant & decrescebant vsq; ad decimum mensem, decimo enim mense, prima die mensis apparuerūt cacumina montiū. Cūq; transissent quadraginta dies, aperiēs Noe fenestram arce quā fecerat dimisit corūum, qui egrediebatur, & non reuertebatur, donec siccarētur aque super terrā. Emisit quoq; columbā post eū, vt videret si iam cessassent aque super faciem terre. Que cū non inuenisset vbi requiesceret pes eius, reuer-

la est ad eum in arcā, aque enim erāt super vniuersam terram, extendit q manum suam, & apprehendit eam intulit in aream, expectatis autē vltra septem diebus alijs, eu rursum dimisit columbam de arca. At illa venit ad eum ad vesperam, portans ramū olive virētibus folijs in ore suo. Intellexit ergo Noe quod cessassent aque super terrā. Expectauit q nichilominus septem alios dies, et emisit columbam, que non est reuersa vltra ad eum.

Secdm Joannem. Lect. ij.

DIxēbāt ergo ḋā ex Jerosolymitis: Nōne hic est quem querunt interficere? Ecce palam loquitur, & nichil ei dicūt. Nūquid vere cognouerūt pncipes quia hic est Christus? Sed hunc scimus vnde sit. Christus autem cū venerit, nemo scit vnde sit. Clamabat ergo Jesus in tēplo docens & dicens: Et me scitis, & vnde sim scitis, & a meipso nō veni. sed est verus qui misit me quē vos nescitis. Ego scio eum, & si dixero ḋa nescio eū, ero similis vobis mendax. Sed scio eū, quia ab ipso sum, & ipse me misit. Querebant ergo eū apprehendere, & nemo misit in illum manus, quia nondum venerat hora eius. De turba autem multi crediderūt in eum, et dicebant: Christus cum venerit, nūquid plura signa faciet quā que hic facit? Audierūt Pharisei turbam murmurantem de illo hec. Et miserunt pncipes et pharisei ministros vt apprehenderēt Jesum. Dixit ergo eis Jesus: Adhuc modicum tēpus vobiscū sum: & vado ad eum qui me misit. Queretis me, & non inuenietis, & vbi ego sum, vos non potestis venire. Dixerūt ergo Judei ad semetipsos: Quo hic iturus est ḋa non inueniemus eum. nunquid in dispersionem gentium iturus est, & docturus gētes? Quis est hic sermo quē dixit: Queretis me et nō inuenietis, & vbi sum ego vos nō potestis venire? In nouissimo autem die magno festiuitatis stabat Jesus, & clamabat dicens: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Qui credit in me sicut dicit scriptura, flumina de vētre eius fluēt aque viue. Hoc aūt dixit de spiritu quē accepturi erāt credētes in eum, nondum enim erat spūs datus, ḋa Jesus nondū erat glorificat⁹. Ex illa ergo turba cū audissent hos sermōes ei⁹ dicebant.

Hic est vere ꝓpheta. Alij dicebant: Hic est Christus. Quidã aũt dicebãt: Nũquid a Galilea venit Christus? Nõne scriptura dicit ḋa ex semine Dauid & de Bethlehẽ Castello vbi erat Dauid venit Christ⁹? Dissẽsio ita q̃ facta est in turba ꝓpter eũ. Quidã aũt ex ipsis volebãt apprehẽdere eũ, sed nemo misit sup eum manus.

¶ Tertia lectio sc̃m Lucã.

In illo tempore assumpsit Jesus duodecim discipulos suos secreto, & ait illis. Ecce ascẽdimus Jerosolymã, & cõsummabuntur oĩa, q̃ scripta sunt ꝓ pphetas de filio hois. & reliqua.

¶ Homilia sancti Gregorij pape.

Redẽptor nẽ preuidẽs ex passione sua discipulorũ aĩos ꝓturbãdos: eis longe ante eiusdẽ passionis penã, & resurrectiõis sue gloriã ꝑdicit, vt dũ eũ mortẽ (sicut ꝓdictũ est) cernerent: etiã resurrecturũ non dubitarent. Sed quia carnales adhuc discipuli nullo mõ valebãt capere ẋba mysterij: venitur ad miraculũ. Ante eorũ oculos cecus lumẽ recipit vt ḋ celestis mysterij verba nõ caperẽt, eos ad fidẽ celestia facta solidarẽt. Sed miracula dñi & salutoris nostri sic accipienda sunt fratres mei: vt & in veritate credant facta: & ꝑ significationem nobis aliqd innuãt. Opera quippe eius & ꝓ penitẽtiã aliud ostẽdãt: & ꝓ mysteriũ aliud loquunt. Ecce em̃ quis iuxta hĩstoriã cecus iste fuerit ignorauit: sed tñ per mysteriũ quid significet nouim⁹, Cecꝰ quippe est genus humanũ qđ in pare̊te primo a paradisi gaudijs expulsum claritatẽ lucis sue tũ ḋxas patrẽ. Sed tñ & redẽptoris suipresentiã illuminat, vt eterne lucis gaudia tã per desideriũ videat: atq; in via vite boni operis gressus ponat. Notandum vero est: ꝙ cum Jesus Jericho appꝛopinquare dicitur: cecus illuminatur. Hierico quippe interpretatur luna. Luna autem in sacro eloquio ꝓ defectu carnis ponitur: quia dũ mẽtem momentis decrescit: defectum nostre mortalitatis ꝑsignat.

Oratio.

Preces nostras, quesumus domine, clemẽter exaudi: atque a peccatorum vinculis absolutos, ab omni nos aduersitate custodi. Per dominum nostrum.

¶ Feria secunda ex Genesi.

Lectio ꝓma.

Gitur sexcentesimo primo anno vite Noe, primo mense, prima die mensis diminute sunt aque super terram: aperiensq; Noe tectum arce aperuit, vidit q; ad faciem terre esset superficies terre. Mense secundo, septimo & vigesima die mensis arefacta est terra. Locutus est aut dns ad Noe dicēs. Egredere de arca tu & uxor tua, filij tui et uxores filiorum tuorum tecum. Cuncta animātia que sunt apud te, ex oi carne tā in volatilibus quam in bestijs et uniuersis reptilib⁹ q̄ reptāt super terrā, educ tecū, & ingredimini super terram: crescite et multiplicamini super eā. Egressus est ergo Noe et filij eius, et uxor illius et uxores filiorum eius cum eo. Sed & oia animantia, iumenta et reptilia que reptant super terrā secundū genus suum, egressa sunt de arca. Edificauit aut Noe altare do mino: & tollēs de cūctis pecoribus & uolucribus mundis, obtulit holocausta super altare. Odoratusq; dns est odorē suauitatis, & ait ad eū Nequaquā ultra maledicā terre propter homines: sensus enim & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua: nō igit ultra percutiā oēm aiam vicētē sicut feci. Cūctis diebus terre, sementis & messis, frigus & estꝰ, estas & hyems, nox & dies non requiescent.

℣ Scōm Joannē. Lectio .ij.

Enerunt ergo ministri ad pōtifices & pharisēos. Et dixerūt eis illi. Quare nō adduxistis illū? Rūderunt ministri. Nunquā sic locutus est hō, sicut hic homo. Rūderunt ergo eis pharisei. Nūqd & vos seducti estis? nunqd ex principibus aliqs credidit in eū, aut ex pharisēis? Sed turba hec que nō nouit legē, maledicti sunt. Dixit Nicodēmꝰ ad eos, ille q̄ venit ad eū nocte, q̄ vnus erat ex ipsis. Nūquid lex nostra iudicat hominē, nisi prius audierit ab ipso & cognouerit q̄d faciat? Rūderunt, et dixerunt ei. Nunqd & tu Galileus es? Scrutare scripturas, & vide, q̄a a Galilea propheta non surgit. Et reuersi sūt vnusquisq; in domum suam.

℣ Jesus aūt perrexit in mōtē Oliueti: & diluculo iterū cap. 2
venit in templū, & oīs populꝰ venit ad eū, & sedēs docebat eos. Adducunt autem scribe & pharisei mulierē i adulterio deprehensam: & statuunt eā in medio, et dicunt ei. Magister, hec mulier modo deprehensa est in adulte-

eio. In lege autē, Moyses mādauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo ꝺ̄ dicis? Hoc aūt dicebāt tentantes eū: vt possent accusare eum. Jesus aūt inclinās se deorsum, digito scribebat in terrā. Cū ergo perseuerarēt interrogātes eū: erexit se ⁊ dixit eis: Qui sine peccato est vestrū, p̄mus in illū lapidē mittat. Et iterū se inclinās scribebat in terrā. Audientes aūt hec, vnus post vnū exibāt, incipiētes a senioribus: ⁊ remāsit solus Jesus, ⁊ mulier in medio stās. Erigēs aūt se Jesus, dixit ei. Mulier, vbi sunt ⁊ te accusabāt? nemo te cōdēnauit? Que dixit, Nemo dñe. Dixit autē Jesus. Nec ego te condemnabo. Vade et iam amplius noli peccare.

¶ Feria.iij. ex Genesi. Le. i

Ca. 9. Benedixit q̄ ꝺ̄s Noe ⁊ filijs ei⁹, ⁊ dixit ad eos crescite ⁊ multiplicamini, ⁊ replete terrā. Et terror vester ac tremor sit sup cūcta animalia terre, ⁊ sup oēs volucres celi, cū vniuersis que mouēt sup terrā: oēs pisces maris manui vestre traditi sunt. Et oē ꝺ̄ mouet ⁊ viuit, erit vobis in cibū: quasi olera virētia tradidi vobis oīa excepto ꝺ̄ carnē cū sanguine nō cōmedetis. Sanguinē enim aīaꝝ vestrā requirā de manu cūctaꝝ bestiaꝝ: et de manu hois, de manu viri et fratris ei⁹ requirā aiam hois. Quicūq; effuderit humanū sanguinē, fundetur sanguis illi⁹ ad imaginē quippe ꝺ̄ factꝰ est hō. Vos autē crescite et multiplicamini, et ingrediemini sup terrā, ⁊ implete eā. Hec ait ꝺ̄s ad Noe, ⁊ ad filios eius cū eo, Ecce ego statuā pactū meū vobiscū, ⁊ cū semine vestro post vos: ⁊ ad oēm aiam viuentē q̄ est vobiscū, tā in lucribꝰ quā i iumētis et ꝯ eudibꝰ terre cūctisq; q̄ egressa sūt de arca, ⁊ vniuersis bestijs terre. Statuā pactū meum vobiscū: et nequaq̄ vltra interficiet ois caro aq̄ diluuij, neq; erit deinceps diluuium dissipans terram.

¶ Secundū Joannē Le. i

In illo tempore dixit Jesus turbis Judeorum. Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vite. Dixerūt ergo ei pharisei. Tu de teipso testimonium perhibes: testimonium tuum non est verū. Respondit Jesus, et dixit eis. Et si ego testimoniū perhibeo de meipso, verū est testimoniū meum: quia scio vnde veni, et quo vado: vos aūt nescitis

vnde veni, aut ꝙ vado. Vos, secundū carnem iudicatis: ego nō iudico quenq̄: et si iudico ego, iudiciū meū verū est, ꝙa solus nō sum, sed ego & q̄ misit me, pr̄. Et in lege vra scriptū est, Quia duorū hoim testimoniū verū est. Ego sum ꝙ testimoniū phibeo de meipso: & testimoniū meū ꝑhibet de me ꝙ misit me pater. Dicebāt ergo ei. Vbi est pater tuus? Rñdit Jesus. Neq̄ me scitis, neq̄ patrē meū, si me sciretis: forsitan & patrē meum scīretis. Hec verba locutus est Jesus in gazophylacio, docēs in templo: & nemo apprehendit eū, quia nondum venerat hora eius. Dixit ergo iterum eis Jesus. Ego vado: & quere-tis me, et in peccato vestro moriemini. Quo ego vado, vos nō potestis venire. Dicebant ergo Judei, Numq̄d interficiet semetipsum, ꝙa dicit. Quo vado, vos non potestis venire? Et dicebat eis. Vos deorsum estis, ego de supernis sum. Vos de mundo hoc estis; ego non sum de hoc mundo. Dixi ergo vobis quia moriemini in peccatis vestris, si enim non credideritis quia ego sum, moriemini in peccato vestro. Dicebant ergo ei. Tu quis es? Dixit eis Jesus. Principium qui et loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui & iudicare, sed q̄ me misit, verax est: & ego que audiui ab eo, hec loquor in mundo. Et non cognouerunt quia patrem eius dicebat deū. Dixit ergo eis Jesus. Cum exaltaueritis filium hominis, tūc cognoscetis quia ego sum, & a meipso facio nihil, sed sicut docuit me pater hec loquor, et qui me misit, mecū est: & non reliquit me solū, quia ego que placita sunt ei, facio semper. Hec illo loquēte, multi crediderūt in eum.

¶ Feria quarta Cinerum.

¶ Si in hac feria inciderit festū duplex trāsferendū est in sequentē diē, vt supra dictū fuit, si aūt inciderit in alīs ferijs vsq̄ ad octauū aīe pascha, officiū fiet de festo duplici, & pro cōmemoratione ferie dicenda est eius oratio in laudibus, et vesperis post oratiōnē festi duplicis, assimiliter fiet q̄n in aliqua feria celebrabit festū aliūd duplex trāslatū ex hac feria quarta cinerum, aut ex dominicis quadrageſime.

¶ Notandū preterea quod nullū festū simplex celebrandū est per totā quadrageſimā, sed si aliūd occurrerit, fiet officium de feria, & oratio

IN illo tēpoze: Erat dies festi⁹ Judeoy, & ascēdit Jesus Hierosolymā. Et reliqua. ¶ Homilia sancti augustini Episcopi.

MIrum nō esse debet a deo factum miraculum. mirū enim esset si homo fecisset. Magis gaudere quam mirari debemus, q̄a dominus noster & saluatoz Jesus Chzistus homo factus est p̄ ād diuina miracula inter hoies Deus fecit.

Plus est eñ ad salutē nostrā ꝺd factū est ꝓpter homines. ꝙ ꝺd fecit deus iter homines. Et plus est ꝙ vitia sanauit animarū nostrarū, ꝙ ꝺd sanauit languores corꝓris mortuoꝝ. Sed ꝺa ipsa anima nō eū nouerat a ꝙ sanāda erat, ⁊ oculos habens in carne vñ facta corꝓralia videret, nondū habebat sanos in corde, vnde dēū latentē cognosceret, fecit ꝺd videri ꝓterat, vt sanaret vnde videri non poterat. Ingressus est locū vbi iacebat multitudo magna lāguētium, cecoꝝ, claudoꝝ, ⁊ aridorū. Et cū esset medicus et animarū ⁊ corꝓris, ⁊ venisset saluare oēs alias creditur de illis languētibus vnū elegit quem sanaret vt vnitatē significaret. Si me dioeri corde ⁊ quasi humano captu ⁊ ingenio cōsideremꝰ facientē ⁊ ꝺd ad potestatem pertinet nō magnū aliqꝺ ꝙ fecit, ⁊ qꝺ ad benignitatem parū fecit. Tot iacebant et vnus curatus est, cū posset vno vbo oēs erigere. Dēo.

ASto dñe ꝓpitius ꝓlibi tue, ⁊ quā tibi facis esse deuotā: benigno refoue miseratus auxilio. Per do.

Hodie dicunt septē psalmi.

℣ Sabbato ex Genesi.

Lectio ꝓma.

ECce vnus ꝺ eraterat, nuntiauit Abram Hebreo, ꝺ habitabat in conualle Mābre Amorrhei, fratris Escol, ⁊ fratris Aner, qui eñ pepigerāt fedꝰ cū Abrā. Quod cū audisset Abrā, cōꝓtū videlicet Lot fratrem suū, numerauit expeditos vernaculos suos trecētos decē ⁊ octo ⁊ ꝓsequutꝰ est eos vsqꝫ Dan. Et diuisis socijs irruit sup eos nocte percussitq eos, ⁊ persecutus est vsqꝫ Choba, ꝺ est ad leuā Damasci. Reduxit omnē substantiā, ⁊ Lot fratrē suū cū substātia illius, mulieres ꝙ ⁊ ꝓpulū. Egressꝰ est aūt rex Sodomoꝝ in occursum ei postquā reuersus est a cede Chodolaomor, ⁊ regū ꝙ cū eo erāt in valle Saue ꝙ est vallis regis. At ꝺo Melchisedec rex Salē ꝓferens panē ⁊ vinū, erat enī sacerdos dei altissimi, benedixit ei, ⁊ ait: Benedictus Abram deo excelso, ꝺ creauit celū ⁊ terrā, et bñdictus deus excelsus, ꝺ ꝓtegēte hostes tuos manibus tuis sunt. Et dedit ei decimas ex oībus. Dixit aūt rex Sodomoꝝ ad Abrā. Da mihi animas, cetera tolle tibi. Qui respōdit ei: Leuo manū meā ad dñm deū excelsum possessorē celi et terre, qꝺ a filo subtile

ginnis vlq; ad cozrigiã ca-
lige nõ acceptã ex oĩb⁹ q̃ tua
sunt, ne dicas, ego ditaui A-
bã, exceptis his q̃ comede-
rũt iuuenes, et partib⁹ vi-
roꝝ qui venerunt mecum,
Aner, Eschol, et Mambre,
isti accipient partes suas.

Sermo Joannis Lectio. ij.

HEt locutus est Jesus
& abiit, & abscondit se
ab eis. Cũ aũt tãta signa fe-
cisset coram eis, nõ credebant
in eũ, vt sermo Isaie imple-
rẽt quẽ dixit. Dñe q̃s credi-
dit auditui nr̃o? et brachiũ
Dñi cui reuelatũ est? Pro-
pterea nõ poterãt credere,
quia iterũ dixit Isaias: Exce-
cauit oculos eoꝝ: & indura
uit cor eorum, vt nõ videãt
oculis, & nõ intelligant cor-
de, & conuertant̃, & sanẽ eos.
Hec dicit Isaias: quãdo vi-
dit gloriã eius, & locutus est
de eo. Verũtamẽ & ex pri-
cipibus multi crediderũt in
eũ, sed pp̃ter pharisẽos nõ
confitebant, vt e synagoga
non ejicerentur. Dilexerunt
enĩ gloriã hominum magis
quam gloriã dei. Jesus aũt
clamauit et dixit: Qui cre-
dit in me, non credit in me,
sed in eũ q̃ misit me: Et qui
videt me, videt eũ q̃ misit
me. Ego lux in mundũ ve-
ni, vt oĩs q̃ credit in me, in
tenebris nõ maneat. Et si
q̃s audierit verba mea & nõ
custodierit, ego non iudico
eũ, nõ enĩ veni vt iudicẽ mũ
dũ, sed vt saluificẽ mundũ.
Qui spernit me, & nõ acci-
pit r̃ba mea, habet q̃ iudicet
eũ, sermo quẽ locutus sum,
ille iudicabit eũ in nouissi-
mo die, quia ego ex meipso
non sum locutus, sed q̃ mi-
sit me pater, ipse mihi man-
datum dedit quid dicam et
q̃d loquar, & scio quia man-
datum eius vita eterna est:
Que ergo ego loquor, sicut
dixit mihi pater sic loquor.

Ca. 7.

Tertia lect. sc̃m Matthẽu

IN illo tẽpore. Assum-
psit Jesus Petrum et
Jacobũ, & Joañẽ fratrẽ ei⁹,
& duxit illos in mõtẽ excel-
sum seorsum, & trãsfigura-
tus est ãt eos. Et reliqua.

Homilia sancti Leonis pape

EVangelica lectio dile-
ctissimi, que per aures
corporis interiorẽ mentiũ
nostrarũ pulsauit auditũ,
ad magni sacramẽti nos in
telligẽtiã vocat. Quã mspi
rãte gratia dei facilius asse
quemur, si cõsiderationẽ no
strã ad ea q̃ paulo superius
sunt narrata referamus.
Saluator enĩ humani gene
ris deus Christus, cõdens
eã fidẽ q̃ impios ad iustitiã,
& mortuos reuocat ad vitã,
ad hoc discipulos suos do-

ctrine monitis, ꝫ operū mi-
raculis imbuebat, vt idē et
vnigenitus dei, et filiꝰ hoīs
crederet. Mā vnū hoz sine
alio nō ꝓderat ad salutē: et
equalis erat periculi, dñm
nostrū Jesum Chzistū, aut
deū tm̄modo sine hoīe, aut
sine deo solū hominē credi-
disse, cū vtrūq; esset patiē
cōfitēdū. Quia sicut deo ve
ra humanitas, ita hoī erat
ꝛa diuinitas. Ad cōfirman-
dā ergo huiꝰ fidei salubzita
tē interrogauerat discipulos
suos dñs inter diuersas ali
ozū opiniones d̄ ipſi de eo
crederēt, d̄ue sentirēt. Ubi
ap̄s Petrus ꝓ reuelationē
cunctis patris, cozꝛexa supe
rās ꝫ humana trāscēdēs vi
dit oculis mētis filiū dei vi
ui, ꝫ cōfessus est gloziā dcita
tis, d̄a nō ad solam respexit
substantiā carnis ꝫ sangui-
nis: Tantūq; in hac fidei
sublimitate cōplacuit, vt ꝛe
atitudinis felicitate dotatꝰ
sacrā inuiolabilis petre acci
pet firmitatē, supza quā fū
data ecclesia poztis inferꝝ
ꝫ moztis legibus ꝓualeret.
Nec in soluēdis aut ligādis
quozūcūq; causis, aliud ra-
tū esset in celo, quam qđ Pe
tri sedisset arbitrio. Oratio

POpulū tuū quesumꝰ
dñe propitius respice,
atq; ab eo flagella tue iracū

die clementer auerte. Per.

C Dominica secūda quadra-
gesime ex Geneli. Lectio. i.

HIs itaq; trāsactis dix-
tus est sermo dñi ad
Abzā per visionē dicēs: No
li timere Abzā ego ꝓtector
tuus sum, ꝫ merces tua mul-
gna nimis. Dixitq; Abram
Dñe deus qđ dabis mihi,
ego vadā absq; liberis, ꝫ fi-
lius ꝓcuratozis domꝰ mei,
iste Damasctus Eliezer. Ad-
diditq; Abzā. Mihi aūt nō
dedisti semē, ꝫ ecce vnaꝛ-
ius meus, heres meꝰ erit.
Statimq; sermo dñi factus
est ad eū dicēs: Nō erit hic
heres tuus, sed q̄ egredietur
vtero tuo ipsum habebis he
redē. Eduxit q; eū foꝛas, et
ait illi: Suspice celū, et nume
ra stellas si potes, ꝫ dixit ei:
Sic erit semē tuū. Credidit
Abzā deo, ꝫ reputatū est illi
ad iustitiā. Dixitq; ad eū:
Ego Dñs q̄ eduxi te de Ur
Chaldeozū, vt darē tibi terꝝ
rā istam et possideres eā. At
ille ait, Dñe deus, vnde sci-
repossum qđ possessurꝰ sum
eā? Et respondēs dñs: Su-
me inquit mihi vaccā trien
nem, ꝫ capzā triēnā, ꝫ arietē
annozum triū, turturē q;
ꝫ columbā. Qui tollēs vni
uersa hec diuisit ea per me-
dium et vtras q; partes cō
tra se altrinseꝛus posuit,

aues autem nō diuisit. Descenderuntq; volucres super cadauera & abigebat eas Abram. Cumq; sol occumberet, sopor irruit sup Abrā & horror magnus & tenebrosus inuasit eum. Dictumq; est ad eum: Scito prenoscens quod peregrinū futurum sit semē tuum in terra non sua, & subijcient eos seruituti, et affligent quadringentis annis. Verumtamē gentē cui seruituri sunt, ego iudicabo, et post hec egredientur cum magna substantia. Tu aūt ibis ad patres tuos in pace, sepultus in senectute bona. Generatione autem quarta reuertentur huc necdum enim cōplete sunt iniquitates Amorrheorū vsq; ad presens tēpus. Cum ergo occubuisset sol, facta est caligo tenebrosa, et apparuit clibanus fumās, & lampas ignis transiens inter diuisiones illas. In illo die pepigit dominus fedus cum Abram, dicens, Semini tuo dabo terrā hāc, a fluuio Egypti vsq; ad fluuiū magnū Euphraten, Cineos, & Cenezeos Cedemoneos, & Cetheos, & Pherezeos, Raphaim quoq; & Amorrheos, et Chananeos, et Gergeseos, et Jebuseos.

℣ Secundum Joannem.

Lectio secunda.

Ante diem festum pasche, sciens Jesus ḋa venit hora eius vt trāseat ex hoc mūdo ad patrē, cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finē dilexit eos. Et cena facta, cū diabolus iā misisset in cor vt traderet eum Judas Simonis Iscariotes, sciēs quia oīa dedit ei pater in manus, & ḋa a deo exiuit & ad deū vadit, surgit a cena, et ponit vestimenta sua, & cū accepisset linteū, p̄cinxit se. Deinde misit aquā in peluim, & cepit lauare pedes discipulorū, & extergere linteo quo erat p̄cinctus. Venit ergo ad Simonē Petrum. Et dicit ei Petrus: Dñe tu mihi lauas pedes? Respōdit Jesus, & dixit ei: Mō ego facio, tu nescis modo, scies aūt postea. Dicit ei Petrus: Nō lauabis mihi pedes in eternum. Respondit ei Jesus: Si nō lauero te, nō habebis partē mecū. Dicit ei Simō Petr⁹: Domine nō tm̄ pedes meos, sed et manus & caput. Dicit ei Jesus: Qui lot⁹ est, nō indiget nisi vt pedes lauet, sed est mūdus tot⁹. Et vos mūdi estis, sed non oēs: Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum, p̄pterea dixit: Non estis mundi oēs.

Postꝙ ergo lauit pedes eorũ, & accepit vestimenta sua, cũ recubuisset iterum, dixit eis: Scitis ꝺ̃ fecerim vobis? Vos vocatis me magister & dñe, & bñ dicitis, sum etenim. Si ergo ego laui pedes vestros, dñs & magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes: Exemplũ enim dedi vobis, vt quemadmodũ ego feci vobis, ita & vos faciatis. Amen amẽ dico vobis, nõ est seruꝰ maior dño suo, neq; apostolꝰ maior eo qui misit illũ. Si hec scitis beati eritis si feceritis ea. Non de oĩbus vobis dico, ego scio ꝙs elegerim. Sed vt impleat scriptura: Qui mãducat mecum panem, leuabit contra me calcaneũ suum. Amẽ dico vobis, priusq; fiat, vt cum factum fuerit credatis quia ego sum. Amẽ amen dico vobis, qui accipit si quẽ misero, me accipit, qui autem me accipit, accipit eum qui me misit.

¶ Tertia lectio secundum Matthеum.

Ca. 13. In illo tẽpore: Assumpsit Jesus Petrum & Jacobũ et Joannẽ fratrem eius, & duxit illos in montẽ excelsum seorsum, & transfiguratus est ante eos. Et reli.

¶ Homilia sancti Ambrosij Episcopi.

Deo autẽ vobis, dilecti sunt alicꝰ hic stantes ꝙ nõ gustabũt mortẽ, donec videant regnũ dei. Semper dñs sicut ad premia erigit futura virtutũ atq; utilem seculariũ rerũ docet esse cõtemptũ, ita etiã infirmitatẽ mentis humane pzelentis remuneratiõe sustẽtat. Ait enim quippe est cruce tollere et aiam periculis ac morti corpus offerre negare quod sis, cũ velis esse ꝺ̃ non fias. Rarocꝝ quãuis excellus futuris cõmutat pzelentis. Difficile quippe videtur hoĩbus vt spem pertentis emant, ꝺ̃nocꝝ pzelentium, future locũ mercent etatis. Ergo bonus & mozalis magister ne ꝺ̃s deperatiõe fugãt aut tedio, qñ vite dulcedo illecebra cõstantẽ quoq; mulcet affectũ, cõtinuos vẽdi successus fidelibus pollicetur. Frigent enim solatia sub metu mozis, magnaq; amoz vite pzelentis ut tegre blãditias spei, cum appetite salutis terroze cõpescat. Nõ habes igitur quod queras, & nõ habes ꝺ̃ erudites. Arbiter omniũ, dedit et virtutũ pzemiũ, & infirmitatis remediũ, vt pzelentibus sustineatur infirmitas, futuris futuris. Si fortis es, cõtẽne mortẽ, si imbecillis

es fuge.Sed nemo ptesse fu
gere mortē nisi vitā sequat
Vita tua Christus est, ipse
est vita ā mozi nescit. Oro:
Deus ā conspectis om
ni nos virtute desti
stodi, interius exteriusq; cu
uersitatibus munniamur in
coppoze, et a pzauis cogita
tionibus mūdemur in men
te, Per dominū nostrū. ꝛc.

¶ Feria.ij. et Genesi.xv.

Sarai vxoz Abzā,
nō genuerat sibi libe
ros, sed habēs ancillā Egy
ptiā nomine Agar, dixit ma
rito suo: Ecce conclusit me
dñs ne parerē, ingredere ad
ancillā meā, si forte saltem
ex illa suscipiā filios. Cūq;
tulit Agar Egyptiā ancil
lam suā post annos decē quā
habitare ceperant in terra
Chanaan, dedit eam vito
suo vxozē. Qui ingressꝰ est
ad eā. At illa cōcepisse se vi
dens, despexit dominā suā.
Dixitq; Sarai ad Abzam.
Iniq agis cōtra me, ego de
di ancillā meā in sinū tuū,
que videns ād conceperit, de
spectui me habet, iudicet do
minus inter me ꝛ te, Cui re
spondēs Abzā: Ecce ait an
cilla tua in manu tua est, v
tere ea vt libet. Affligēte igi
tur eā Sarai, fugam iniit.

Cumq; inuenisset eā ange
lus dñi iuxta fontem aque
in solitudine que est in via
Sur in deserto, dixit ad il
lā Agar ancilla Sarai vnde
venis? ꝛ quo vadis? Que re
spondit: A facie Sarai do
mine mee ego fugio. Dixit
q; ei angelus dñi. Reuertere
re ad dominā tuā, ꝛ humi
liare sub manu illi⁹. Et rur
sum: Multiplicans multi
plicabo semē tuum, ꝛ
nō numerabit pze multitu
dine. Ac deinceps. Ecce ait
cōcepisti ꝛ paries filiū voca
bis q; nomē eius Ismahel,
eo ād audierit dñs afflictio
nē tuam. Hic erit ferus ho
mo, manus eius cōtra oēs,
ꝛ manus oim contra eū, ꝛ e
regione vniuersoꝝ frattū
suoꝝ figet tabernacula. Vo
cauit aūt Agar nomen dñi
qui loquebatur ad eā. Tu
deus qui vidisti me. Dixit
enim: Pzofecto hic vidi poste
rioza videntis me. Pzopte
ea appellauit pateum il
lum. Puteum viuentis et
videtis me ipse est inter Ca
des et Barad. Peperitque
Agar Abze filium, qui voca
uit nomen eius Ismahel.
Octoginta et sex annoꝝ
erat Abzam quando pepe
rit ei Agar Ismahelem.

¶ Secundum Joannem.

Lectio secunda.

Cum hec dixisset Jesus, turbatus est spū, & p̄testat⁹ est, & dixit: Āmē amen dico vobis, q̄a vnus ex vobis tradet me. Aspicie bāt ergo ad inuicē discipuli, hesitātes de q̄ diceret. Erat ergo recumbēs vn⁹ ex discipulis eius in sinu Jesu quē diligebat Jesus. Innuit ergo huic Simon Petrus, et dixit ei: Quis est de q̄ dicit? Itaq; cū recubuisset ille supra pectⁿ Jesu, dixit ei: Dñe quis est? Rñdit Jesus: Ille est, cui ego intinctum panē porrexero. Et cū intinxisset panem dedit Jude Simonis Iscariote. Et post buccellam, introiuit in eum satanas. Et dicit ei Jesus. Mō facis fac citi⁹. Hoc aūt nemo scivit discumbentiū, ad q̄d dixerit ei. Quidā enī putabāt, q̄a loculos habebat Judas, q̄d dixisset ei Jesus Eme ea que opus sunt nobis ad diē festū, aut egenis vt aliquid daret. Cū ergo accepisset ille bucellā, exiuit cōtinuo. Erat aūt nox. Cū ergo exisset dixit Jesus: Nūc clarificat⁹ est filius hominis, & deus clarificat⁹ est in eo. Si de⁹ clarificatus est in eo, & deus clarificabit eū in semetipso, & continuo clarificabit eū: Filioli adhuc modicū vobiscū sum. Quaretis me, & sicut dixi Judeis Quo ego vado vos nō potestis venire, et vobis dico modo. Mādatū nouū do vobis, vt diligatis inuicē. Sicut dilexi vos & vos diligatis inuicem. In hoc cognoscēt oēs q̄a discipuli mei estis si dilectionē habueritis adinuicē. Dicit ei Simon Petrus: Dñe q̄ vadis? Rñdit Jesus: Quo ego vado non potes me modo sequi, sequeris aūt postea. Dicit ei Petr⁹: Quare nō possum te sequi modo? animā meā pro te ponā. Respondit ei Jesus: Animā tuā pro me pones? Amen amen dico tibi, non cantabit gallus, donec ter me neges. Et ait discipulis suis: Non turbetur cor vestrū. Creditis in deū & in me credite. In domo patris mei mansiones multe sunt. Si q̄ minⁿ, dixissem vobis: q̄a vado parare vobis locū? Et si abiero & preparauero vobis locū iterū venio & recipiam vos ad meipsum, vt vbi sum ego & vos sitis. Et q̄ ego vado scitis, & viā scitis. Dicit ei Thomas: Dñe nescimⁿ q̄ vadis & quo pergis, quomodo possumus viā scire? Dicit ei Jesus: Ego sum viā, & vita & vita, Nemo venit ad patrē nisi p me. Si cognouisseris me patrē meū vtiq; cognos-

uisletis, & amodo cognoscitis
& vidistis eum.

¶ Lectio .iii. scdm Joannē.

IN illo tempore: Dixit
Jesus turbis Judeor
Ego vado & queritis me, &
in peccato vestro moriemi-
ni: Et reliqua. ¶ Homilia
sancti Augustini episcopi.

DEutus est dñs Jude
is dicēs: Ego vado et
queritis me, nō dixit, sed
odio. Mā illū postea ꝯ ab-
scessit ab oculis hominū, in
dāt, illi plequēdo, illi hatere
tupidō. In psalmis ait ip-
se dñs per prophetā: Perijt
fuga a me, & nō est q̄ requat
niam meā. Et alio in psal-
mo: Cōfundāt & reuerean-
tur requirentes aiam meā.
Culpauit q̄ nō requirēt dam
nauit q̄ requirēt. Malū est
est nō querere aiaz Chzisti,
sed qūo eā quesierūt disci-
puli. Et malū est querere
aiaz Chzisti, sed qūo eā qsie
rūt Judei: Illi est vt habe-
ret, ille vt perderet. Deniq̄
istis qui sic querebant moze
malo, cozde peruerso quod
sequitur adiūxit. Queritis
me, & ne putetis quia bene
me queritis, in peccato ve-
stro moziemini. Hoc est
Chzistum male querere, in
peccato suo mozi. Hoc est
illū odisse, per quem posset
saluus esse. Cum enī hoīes
quozū spes in deo est, nō de
beant mala reddere pro ma
lis, reddebāt illi mala p bo
nis. Denuntiauit ergo il-
lis deus dixitq̄ sententiam
prescius, qđ in peccato suo
morerentur. Deinde adiun
git: Quo ego vado vos nō
potestis venire. Oratio.

QUesta quesumus De-
us, vt familia tua que
se affligendo carnem ab ali-
mentis abstinet. sectando
iustitiam a culpa ieiunet: p.

¶ Feria tertia ex Genesi.

Lectio prima.

POstquam vero nona-
ginta et nouem anno- Ca.17
rum esse ceperat, apparuit
ei dominus, dixitq̄ ad eum:
Ego deus omnipotens, am
bula cozā me, & esto perfect9
Ponāq̄ fedus meū inter
me & te, & multiplicabo te ve
hemēter nimis. Cecidit A-
brā prono in faciē. Dixit-
q̄ ei Deus: Ego sum & pa-
ctū meū tecū, eris q̄ pater
multarū gentiū. Nec vltra
vocabit nomē tuū Abram,
sed appellaberis Abrahā, qa
patrem multarū gentiū con
stitui te. Faciāq̄ te crescere
vehementissime, et ponā te
in gentibus: reges q̄ ex te
egredientur: Et statuam
pactum meum inter me et
te, et inter semen tuum post

te in generationibus suis
fedære sempiterno, vt sim
Deus tuus et seminis tui
post te. Daboq; tibi ⁊ semi-
ni tuo post te terrā peregri
nationis tue, omnē terram
Chanaan in possessionē eter
nā, eroq; deus eorū. Dixit
iterum deus Ad Abraham:
Et tu ergo custodies pactū
meū, et semen tuum post te
in generatiōibus suis. Hoc
est pactum meū quod obser
uabitis inter me et vos et
semen tuum post te. Circū-
cidetur ex vobis omne ma-
sculinum, et circumcidetis
carnem ꝓputij vestri, vt
sit in signum fœderis inter
me et vos: Infans octo die
rum circūcidetur in vobis,
omne masculinum in gene-
rationibus vestris, tam ver
naculus quā emptitius cir
cumcidet, ⁊ quicunq; nō fue
rit de stirpe vestra eritq; pa
ctū meū in carne vestra in
fœdus eternū. Masculus cu
ius ꝓputij caro circumcisa
nō fuerit, delebit̄ anima il-
la de populo suo, quia pactū
meum irritum fecit.

¶ Secundū Joannē. Le.ij

Dicit ei Philippus: Domine ostende nobis patrē, et sufficit nobis. Dicit ei Jesus: Tanto tē-
pore vobiscum sum, ⁊ non cognouisti me? Philippe q̄

videt me, videt et patrem.
Mūo tu dicis Ostende no-
bis patrem? Non credis q̄
ego in patre, et pater in me
est? Verba q̄ ego loquor vo
bis, a meipso nō loquor: pa-
ter autē in me manēs, ipse
facit opera. Nō creditis q̄
ego in patre et pater in me
est? Alioquin propter opera
ipsa credite. Amen amen di
co vobis, qui credit in me,
opera que ego facio ⁊ ipse fa
ciet, ⁊ maiora horum faciet,
q̄ ego ad patrem vado. Et
quodcūq; petieritis patrem
in nomine meo hoc faciam,
vt glorificet̄ pater in filio.
Si quid petieritis me in no
mine meo hoc faciā. Si di-
ligitis me mādata mea ser-
uate. Et ego rogabo patrē,
⁊ alīū paracletū dabit vo-
bis, vt maneat vobiscū in e-
ternū, spiritū veritatis, quē
mūdus nō potest accipere,
q̄ nō videt eū, nec scit eū,
vos aūt cognoscetis eū, q̄
apd vos manebit, ⁊ in vobis
erit: Nō relinquā vos orphā
nos, veniā ad vos. Adhuc
modicū ⁊ mūdus me iā nō vi
det. Vos aūt videtis me, q̄
ego viuo ⁊ vos viuetis. In
illo die vos cognoscetis q̄
ego sū in patre meo, ⁊ vos
in me, ⁊ ego in vobis. Qui
habet mādata mea ⁊ seruat
ea, ille est q̄ diligit me, q̄ aūt

diligit me,diliget ur a patre meo ⁊ ego diligā eū, ⁊ manifestabo ei meipsum. Dicit ei Judas,non ille Iscariotes: Dñe quid factū est quia manifestaturus es nobis teipsum, ⁊ non mundo: Respndit Jesus, ⁊ dixit ei: Si ąs diligit me sermonē meū seruabit, ⁊ pater meus diliget eū, ⁊ ad eū veniemus ⁊ mansionē apud eū faciemus: qui nō diligit me sermōes meos nō seruat. Et sermonē quē audistis nō est meus, sed ei⁹ qui misit me, patris. Hec locutus sum vobis, apud vos manēs. Paracletus aūt spūs sanctus, quem mittet pater in noīe meo, ille vos docebit oīa, ⁊ suggeret vobis oīa quecūq; dixero vobis. Pacē relinquo vobis, pacē meā do vobis, nō quō mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor vestrum neq; formidet. Audistis ḋa ego dixi vobis: Vado ⁊ venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtiq; ḋa vado ad patrē, quia pater maior me est. Et nunc dixi vobis priusquam fiat, vt cū factū fuerit credatis. Jā nō multa loquar vobiscū: venit enim princeps mundi huius, ⁊ in me non habet quicquam. Sed vt cognoscat mundus quia diligo patrem, ⁊ sicut mandatū dedit mihi pater sic facio. Surgite eam⁹ hinc

¶ Tertia lectio lcōm Matt.

In illo tpe: Locut⁹ est Jesus ad turbas, ⁊ ad discipulos suos dicens: Super cathedrā Moysi sederūt scribe ⁊ pharisei. Et reliqua Ca. 23

Homilia sancti Hieronymi prelbyteri.

Quid mansuetius, ḋ benignius dño. Tentatur a phariseis, cōtringū ⁊ insidie eozum, ⁊ lcōm psalmi stā: Sagitte paruulox facte sunt plage eozū. Et nihilominus pzopter sacerdotium ⁊ nominis dignitatē hoztatur populos, vt lubjciātur eis. non opera sed doctrinā considerātes. Quod aūt ait super cathedrā Moysi sederunt scribe ⁊ pharisei. Per cathedzā, doctrinā legis ostē dit. Ergo ⁊ illud qō dicitur in psalmo. In cathedra pestilētie nō sedit, ⁊ cathedzas vendentiū colūbas euertit: etiā per cathedzā doctrinā debemus accipere. Alligant aūt onera grauia ⁊ impozta bilia, ⁊ imponunt ea in humeros hoim, digito aūt suo nolunt ea mouere. Hoc gña liter a duerl⁹ oēs magistros dictū est, qui grandia iubēt ⁊ minoza nō facīū: no tādū aūt q̄ humeri ⁊ digiti ⁊ one ra ⁊ vincula quibus alligāt

onera, spiritualiter intelligē
da sunt. Dia vero tua opa
faciunt: vt videantur ab ho
minibus. Quicunq; igitur
ita facit quodlibet vt videa
tur ab hominibus: scriba est
et phariseus. Oratio.

Propitiare dñe supplī
cationibus nostris, et
animarū nostrarū medere
languoribus, vt remissione
percepta in tua semper bene
dictione letemur: Per.

¶ Feria. iij. ex Genesi. L. i.

Dixit quoq; Deus ad
Abrahā: Sarai vxo-
rē tuā non vocabis Saraī,
sed Saram. Et benedicā ei,
et ex illa dabo tibi filium, cui
benedicturus sum et erit in
nationes, et reges populoꝝ
oriētur ex eo. Cecidit Abra
hā in faciē suā, et risit in cor
de suo dicēs: Putasne cētē
nario nascetur filius: et Sa
ra nonagenaria pariet? Dixitq; ad deū: Utinā Ismahel viuat coram te. Et ait dñs ad Abrahā: Sara vxor tua pariet tibi filium, vocabis q; nomen eius Isaac, et constituā pactū meū illi in fedus sempiternū, et semini eius post eū. Super Ismahel quoque exaudiui te: ecce benedicā ei et augebo et multiplicabo eū valde: duodecim duces gñabit, et faciā illū in gentē magnam. Pactū vero meū stabo tuā ad Isaac quē pariet tibi Sara tēpore isto in anno alt
tero. Cūq; finitus esset sermo loquētis cū eo, ascendit deus ad Abrahā, Tulit aūt Abrahā Ismahel filiū suum et oēs vernaculos domus suę, et oēs vernaculos quos emerat: omnes mares ex oibus viris domus suę: et circūcidit carnē preputij eoꝝ statim in ipsa die, sicut preceperat ei deus. Abrahā nonaginta q nouem annoꝝ quando circūcidit carnē preputij sui. Et Ismael filius suus tredecim annos impleuerat quando preputium carnis suę circūcisionis sue. Eadē die circumcisus est Abrahā et Ismahel filius eius. Et oēs viri domus illius, tam vernaculi quā empticij, et alienigene pariter circuncisi sunt.

¶ Secundū Joannē. L. xv.

Ego sum vitis vera: et
pater meus agricola est.
Omnē palmitē in me nō fe
rentē fructū, tollet eū: et om
nē qui fert fructū, purgabit
eū: vt fructus plus afferat.
Jam vos mūdi estis propter
sermonē quem locutus sum
vobis. Manete in me: et ego
in vobis. Sicut palmes nō
potest ferre fructū a semetip
so nisi manserit in vite: sic
nec vos nisi in me manseritis. Ego sum vitis: vos pal
mites, q manet in me et ego

in eo: hic fert fructū multū petieritis patrem in nomine
ḡa sine me nihil potestis face meo det vobis.
re. Si quis in me nō man-
net: mittet foras sicut pal-
mes, ⁊ arescet: ⁊ colligēt eū, ¶ Tertia lectio secundum
⁊ in ignē mittēt ⁊ ardet. Si Mattheum.
manseritis in me, ⁊ verba IN illo tpe: Ascendens Ca. 20.
mea in vobis manserint: qđ Jesus Hierosolymam
cunq̃ volueritis petetis et assumpsit duodecim discipu
fiet vobis. In hoc clarifica- los secreto: ⁊ ait illis. Ecce
tus est pater meus: vt fructū ascendimus Hierosolymā: ⁊
plurimū afferatis, ⁊ efficia- filius hois tradet pncipib⁹
mini mei discipuli. Sicut di sacerdotū ⁊ scribis: ⁊ cōdem
lexit me pater, ⁊ ego dilexi nabūt eū morte. Et reliqua
vos. Manete in dilectione ¶ Homelia sancti Ambrosij.
mea. Si pcepta mea serua Episcopi.
ueritis, manebitis in dile- QUōsiderādum est, que
ctione mea: sicut ⁊ ego pcepta mater filiozū Zebedei
patris mei seruavi, ⁊ maneo cum filijs ⁊ pro filijs petat,
in eius dilectione. Hec locu- Mater est vtique cui pro fi
tus sum vobis: vt gaudium liozum honoze sollicite im-
meū in vobis sit, ⁊ gaudiū moderatioz quidem, sed tan
vestrum impleatur. Hoc est tum ignoscenda mēsura vo
pceptū meum vt diligatis tozum est. Itq̃ mater etate
inuicē sicut dilexi vos. Ma- longeua, studio religiosa so-
iozē hac dilectionē nemo ha latio destituta: que tunc tē-
bet: quā vt animā suā po- pozibus: quando vel iuuan
nat ꝙs pro amicis suis. Vos da: vel alenda fozet valde
amici mei estis, si feceritis q̃ pzolis auxilio, abesse sibi li-
ego pcipio vobis. Jā non beros patiebatur, ⁊ volun-
dicā vos seruos, quia seruꝰ tati sue mercedem sequētiū
nescit quid faciat dñs eius. Chzistum pzetulerat filiozū
Vos aūt dixi amicos: quia (vt legimus) relictis retib⁹
oia que audiui a patre ⁊ patre secuti sunt eum. Hec
meo, nota feci vobis. Non igitur studio materne sedu-
vos me elegistis, sed ego ele- litatis indulgētioz: obsecrat
gi vos: ⁊ posui vos vt eatis saluatozem dicens. Dic vt
⁊ fructū afferatis ⁊ fructus sedeant hi duo filij mei vn⁹
vester maneat, vt quodcūq̃ ad dexteram tuam, ⁊ alius
ad sinistram in regno tuo.

Et si error pietatis tñ error est. Nescīt enī viscera materna patientiā. Et si voti auara, tñ venerabilis cupiditas, q̄ non pecunie est auida, sed gratie. Nec inuerecū da petitio, q̄ non sibi sed liberis cōsulebāt. Matrē cōsyderate, matrē cogitate. Sed nihil mirū si vilis vobis vester circa filios affectus parē tū qui etiā oīpotētis patris vilē putatis esse circa vnigenitū filiū charitatē Dñs celi atq; terrarū verecundabatur: vt sēm assumptionem carnis & virtutis aīe loquar verecundabar inquā et (vt ipsius verbo vtar) cōfundebatur matri pro filijs postulanti et sue sedis consortiū denegare. Oratio.

POpulū tuū q̄s domine propitius respice: & ās ab escis carnalibus precipis abstinere: a noxijs quoq; vitijs cessare concede. Per.

¶ Feria.v. ex Genesi. Lec. i.

Ca. 18 APparuit aut̄ ei dñs in conualle Mambre sedenti in ostio tabernaculi sui in ipso feruore diei. Cumque eleuasset oculos apparuerunt ei tres viri stantes prope eū, quos cum vidisset cucurrit in occursum eorū de ostio tabernaculi sui, & adorauit in terra. Et dixit: Dñe, si inueni gratiā in oculis tuis, ne trāseas seruum tuū, sed afferam paululum aque, & lauētur pedes vestri & requiescite sub arbore. Ponā q̄ buccellā panis, & cōfortetur cor vestrū, postea transibitis, idcirco enim declinastis ad seruū vestrum. Qui dixerunt, Fac vt loquutus es. Festinauit Abrahā in tabernaculū ad Sarā, dixitq; ei, Accelera, tria sata similā cōmisce, & fac subcinericios panes. Ipse vero ad armentū cucurrit, & tulit inde vitulū tenerrimū & optimum dedit q̄ puero, qui festinauit & coxit illū. Tulit quoq; butyrū, & lac, & vitulū quē coxerat, & posuit coram eis, ipse vero stabat iuxta eos sub arbore. Cumque comedissent dixerūt ad eū. Vbi est Sara vxor tua? Ille rñdit, Ecce in tabernaculo est. Cui dixit, Reuertēs veniā ad te tpe isto vita comite, & habebit filium Sara vxor tua. Quo audito Sara risit post ostiū tabernaculi. Erāt aūt ambo senes pueriq; etatis & desierant Sare fieri mulierēs. Post q̄ consenuit, & dñs meus vetul⁹ est, voluptati opā dabo. Dixit aūt dñs ad Abrahā. Quare risit Sara dicens, Nū vere partitura sum anus? Numquid deo

quisquā est difficilis? Juxta
conditū reuertar ad te hoc
tempore vita comite. & ha
bebit Sara filiū. Negauit
perterrita Dñs aūt, Nō ri-
sisti: timore
inquit, ita: sed risisti.

¶ Secundū Joannē Le. ij.

Et mando vobis, vt
diligatis inuicem. Si
mundus vos odit: scitote qa
me priorem vobis odio ha-
buit. Si de mundo fuissetis
mundus qđ suū erat, dilige
ret: quia vero de mundo nō
estis, sed ego elegi vos de mū
do propterea odit vos mun
dus. Memento te sermonis
mei, quē ego dixi vobis. Nō
est seruus maior domino suo.
Si me persecuti sunt: & vos
persequent. Si sermonē meū
seruauerunt: & vestrū seruа
bunt. Sed hec oīa facient vo
bis propter nomen meū, qa
nesciūt eū qui misit me. Si
nō venissem & locutus fuis-
sem eis: peccatū nō haberēt
nunc aūt excusationē nō ha
bēt de peccato suo. Qui me
odit: & patrē meū odit. Si
opera nō fecissem in eis que
nemo alius fecit, peccatū nō
haberēt, nūc autē & viderūt
& oderūt & me & patrē meū.
Sed vt adimpleatur sermo
qui in lege eorū scriptus est,
Quia odio habuerunt me
gratis. Cū aūt venerit pa-
racletus (quē ego mittā vo-
bis a patre) spūs veritatis
qui a patre procedit: ille te-
stimoniū perhibebit de me,
& vos testimoniū perhibebi
tis, qa ab initio mecū estis.

¶ Hec locutus sum vobis, Ca. 16
vt nō scandalizemini. Ab-
q; synagogis faciēt vos, sed ve
nit hora, vt oīs qui interfi-
cit vos, arbitrē obsequium
se prestare deo, & hec facient
vobis: qa non nouerunt pa
trē, neq; me. Sed hec locut⁹
sum vobis, vt cū venerit ho
ra, eorū reminiscamini quia
ego dixi vobis. Hec aūt vo-
bis ab initio non dixi: quia
vobiscū erā. Et nunc vado
ad eū qui misit me: & nemo
ex vobis interrogat me, Quo
vadis? Sed quia hec locut⁹
sū vobis, tristitia impleuit
cor vestrū, Sed ego verita-
tem dico vobis, expedit vo-
bis vt ego vadā, si enī non
abiero, paraclet⁹ nō veniet
ad vos: si aūt abiero, mittā
eū ad vos. Et cū venerit, il-
le arguet mundū de peccato
& de iustitia et de iudicio: de
peccato quidē quia nō credi
derunt in me, de iustitia ve-
ro, quia ad patrē vado, & iā
non videbitis me, de iudicio
autem, quia princeps huius
mundi iam iudicatus est.

¶ Tertia lectio secundum
Lucam.

Ca. 16 In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Homo quidã erat dives, & induebatur purpura & bysso & epulabatur quotidie splẽdide. Et reliqua. ¶ Homelia sancti Gregorii pape.

Verbis sacrẽ eloquij fratres charissimi: pzius seruãda est veritas historie, & post modũ requirẽda spiritualis intelligẽtia allegorie. Cũ nãq; allegorie fructus suauiter carpitur: cũ pzius per historiã veritatis radice solidatur. Sed quia nõ nunquã allegoria fidẽ edificat: & historia mozalitatẽ: nos q̃ auctoze deo tã fidelibus loquimur nõ ab re credimus: si ipsum loquẽdi ozdinẽ postponamus, Quatenus & fidẽ tã firmã tenetis: pzius de allegoria aliq̃d bzeuiter audire debeatis: & qđ vobis de mozalitate historie valde est necessariũ: hoc in expositionis nostre ozdine seruẽt extremũ: da ea plerũq; melius solent recoli: que postmodũ cõtingit audire. Sensus ergo allegoricos sub bzeuitate trãscurrimus: vt ad mozalitatis latitudinem citius venire valeamus. Homo q̃dã erat dives: & induebat purpura & bysso: & epulabat q̃tidie splendide. Quẽ fratres charissimi: quẽ dives iste q̃ induebatur purpureas byssos & epulabatur quotidie splẽdide: nisi iudaicũ populũ significat: qui cultũ vite exercius habuit, quia accepte legis delitijs, ad mitozẽ vitus est gloziẽ nõ ad vtilitatem. Quem vero Lazarus vlcerosus plenus: nisi gentilẽ populũ figuraliter expzimit: qui dũ cõuersus ad deũ peccata sua cõfiteri nõ erubuit: huic vulnus in cute fuit, Jam cutis quippe vlcere virus a visceribus trahitur, & foras erũpit. Quid ergo est pati ruptio: quia pati virus latet in cõfessione: vlcus aperitur in cõfessione: qđ pestifere latebat in mẽte.

Oratio.

Presta nobis quesumus dñe auxiliũ gratie tue: vt ieiunijs & ozationibus cõuenienter intenti: liberemur ab hostibus mẽtis & corporis. Per dominum. &c.

¶ Feria sexta ex Genesi.

Lectio prima.

Cum ergo surrexissent viri: direxerũt oculos contra Sodomã: & Abraham simul gradiebatur deducẽs eos. Dixit q̃ dominus: Num celare potero Abrahã que gesturus sum, cũ futurus sit in gentẽ magnam ac robustissimã, & benedicende sint in illo oẽs nationes ter

ve? Scio esse qđ ꝓcepturus
sit filijs suis, et domui sue
post se, vt custodiāt viā do-
mini, ꝫ faciāt iudiciū ꝫ iusti
tiā: vt adducat dñs ꝑpter
Abrahā oia que locutus est
ad eū. Dixit itaq; dñs, Cla-
mor Sodomozū ꝫ Gomoz
peccatū eozū aggrauatū est
nimis. Descendā ꝫ videbo,
vtrū clamozē q̄ venit ad me
opere cōpleuerint, an nō est
sic inde, vt sciā. Cōuerteruntq;
se inde, ꝫ abierūt Sodomā:
Abrahā vero adhuc stabat
coram dño. Et appꝛopinquās
ait, Numquid perdes iustū
cū impio? Si fuerint quin-
quaginta iusti in ciuitate pe
ro illi ꝑpter quinquagita
iustos, si fuerit in ea? Absit
a te vt rē hanc facias ꝫ occi-
das iustū cū impio, fiatq; iu
stus sicut impius, nō est hoc
tuū, qui iudicas oēm terrā:
nequaq; facias iudiciū hoc.
Dixitq; dñs ad eū, Si inue
nero Sodomis quinquagi
ta iustos in medio ciuitatis
dimittā omni loco ꝑpter
eos. Rñdensq; Abrahā ait,
Quia semel cepi, loquar ad
dñm meū cū sim puluis ꝫ ci
nis. Quid si minus quin-
quaginta iustis quinq; fue-
rint? delebis ꝑpter quadra
ginta quinq; vnius? Dꝛ

nē? Et ait, Nō delebo: si in-
uenero ibi quadꝛaginta? q;
Rursumq; locut⁹ est ad eū,
Sin aūt quadꝛaginta ibi in
uēti fuerint, qđ facies? Ait:
non percutiam ꝑpter qua
dꝛaginta. Ne ꝯlo inq̄t, indi
gneris dñe, si loquar. Quid
si ibi inuēti fuerint triginta
Rñdit, Non faciā, si inuene
ro ibi triginta. Quia semel
ait, cepi, loquar ad dñm meū
Quid si ibi inuenti fuerint
viginti? Ait, Nō interficiā
ꝑpter viginti. Obsecro, in-
quit: ne irascaris dñe, si lo-
quar adhuc semel. Quid si
inuenti ibi fuerint decē? Et
dixit, Non delebo ꝑpter de
cē. Abijtq; dñs postq̄m cessa-
uit loqui ad Abrahā: ꝫ ille
reuersus est in locum suum.

¶ Secundū Joannē. Le. ij.

ADhuc multa habeo
vobis dicere: sed non
potestis pꝛortare modo. Cū
aūt venerit ille spiritus ve-
ritatis, docebit vos omnem
veritatē, nō enim loquetur
a semetipso: sed quecunque
audiet loquetur, ꝫ que ven-
tura sunt, annunciabit vo-
bis. Ille me clarificabit, qꝛ
de meo accipiet, ꝫ annuncia
bit vobis. Oīa quecunq; ha-
bet pr̄: mea sunt. Pꝛopterea
dixi. Quia de meo accipiet
ꝫ annūtiabit vobis. Modi-
cum ꝫ iā non vidēbitis me,

& iterū modicū & videbitis me,quia vado ad patrē. Dixerunt ergo ex discipulis eius ad inuicē, Quid est hoc qđ dicit nobis, Modicū & non videbitis me,& iterū modicū & videbitis me,& quia vado ad patrē? Dicebant ergo Quid est hoc qđ dicit, Modicū?nescimus quid loquit. Cognouit aūt Jesus ḡa volebāt eū interrogare:& dixit eis. De hoc ḡritis inter vos quia dixi, Modicū & non videbitis me, & iterū modicū & videbitis me. Amen,amen dico vobis quia plozabitis & flebitis vos,mundus aūt gaudebit:vos aūt contristabimini, sed tristitia vēa vertetur in gaudiū. Mulier cū parit,tristitiā habet, ḡa venit hoza eius:cum aūt pepererit puerū, iā non meminit pzessure,propter gaudiū, ḡa natus est homo in mundū. Et vos igitur,nūc quidem tristitiā habetis, iterū autē videbo vos,& gaudebit coz vestrū:& gaudiū vestrū nemo tollet a vobis. Et in illo die me non rogabitis quicquā. Amen amē dico vobis, si qđ petieritis patrē in noīe meo dabit vobis. Usq; modo nō petistis quicquā in nomine meo. Petite & accipietis:vt gaudiū vestrum sit plenum. Hec in pzouerbijs locutus sum vobis. Venit hoza cū iā nō in pzouerbijs loquar vobis,sed palā de patre annunciabo vobis, in illo die in nomine meo petetis,& non dico vobis quia ego rogabo patrem de vobis,ipe enim pater amat vos quia vos me amastis,& credidistis quia a Deo exiui. Exiui a patre & veni in mundū, iterū relinquo mundum,& vado ad patrē. Dicunt ei discipuli eius Ecce nunc palā loqueris,& pzouerbiū nullū dicis. Nunc scimus quia scis oīa,& non opus est tibi,vt q̄s te interroget,in hoc credimus quia a deo existi. Rñdit eis Jesus, Modo creditis? Ecce venit hoza:& iā venit, vt dispergāmini vnusquisq; in pzia,& me solū relinquatis,& tamē nō sum solus quia pater mecū est. Hec locutus sum vobis, vt in me pacē habeatis. In mundo pzessurā habebitis, sed confidite, ego vici mundum.

¶ Tertia lectio sēm̄ Joan.

In illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis & turbis iudeozū parabolā hanc. Homo erat paterfamilias:q̄ plātauit vineā & sepe circūdedit eam. Et reliqua.

¶ Homilia sci ambrosij epi

Plerisq; varias significationes de vinea apellat

rise deriuāt. Sed euidēter Esaias, vineā dñi sabaoth domū Israel esse cōmemorat. Hāc vineā ḳs alius nisi deus condidit? Hic est ergo ḳ locault eam: ḳ peregre profectus est. Nō quia ex loco ad locum semper pgrediens est: sed ḳa vigilantior est diligentibꝰ negligētibus abest. Multis aūt tēporibus abfuit ne pera videretur exactio. Nā quo indulgētior liberalitas eo ingratiabilior perfidia. Vnde dñs ifrōm Mattheum habes, dā ḳ sepe circundedit eam: hoc est diuine custodie munitione vallauit ne facile pateret incursibꝰ bestiarū. Et fodit ei torcular. Quō intelligimus qđ sit torcular nisi ḳa forte psalmi de torcu lariibus inscribunt: eo ꝙ in his mysteria dñice passiōis modo multi sāctō feruēte spū ritu ꝓphetarū ardētius fer buerūt. Denicꝙ ebrū putabat. Ergo ḳ hic fodit torcular, in quo vue rationalis fructus interior spūali infusione defluereț. Edificat turrim vertice scilicet legis attollēs: at ꝙ ita hāc vineā munitā, instructā, ornatā, locauit Judeis. Et tpe fructuū seruos suos misit. Vñ tempus fructuū posuit non

ꝓuentuū. Nullus em̄ fructus extitit Iudeorū, nullus vinee huius ꝓuētus. Oro.

OMnipotens sempiterne deus: vt sacro nos purificāte ieiunio: lynceris mētibus ad sancta ventura facias peruenire. Per dñm.

Hodie dicitur matutinum defunctorum.

¶ Sabbato ex Geneſi. Le. i.

UEnerunt ꝙ duo angēli Sodomā vespere, sedente Lot in foribus ciuitatis. Qui cū vidisset eos, surrexit, ḳ iuit obuiā eis, adorauit ꝙ ꝓn⁹ in terrā, ḳ dixit, Obsecro dñi mei declinate in domū pueri vestri, ḳ manete ibi, lauate pedes vr̄os ḳ manete ꝓficiscemini in viā vestrā. Qui dixerunt: Nimme, sed in platea manebimus. Cōpulit illos oppido vt diuerterēt ad eum, ingressusꝙ domū illius, fecit cōuiuiū ḳ coxit azyma, ḳ comederūt. Ꝑrius aūt quā irent cubitū, viri ciuitatis vallauerunt domū illius: a puero vsꝙ ad senem, oīs populus simul. Vocauerūtꝙ Lot, ḳ dixerūt ei. Vbi sunt viri qui introierūt ad te nocte? educ illos huc, vt cognoscam⁹ eos. Egressus ad eos Lot, post tergum occludens ostiū, ait, Nolite quęso fratres mei, nolite malum hoc Ca. 19

facere. Habeo duas filias, q̃ nondū cognouerūt virum, educā eas ad vos & abutimini eis sicut vobis placuerit, dūmodo viris istis nihil mali facialis, quia ingressi sunt sub vmbra culminis mei. At illi dixerūt. Recede illuc. Et rursus, Ingressus es, inquiūt, vt aduena, nunquid vt iudices? te ergo ipsum magis quā hos affligemus. Vimq̃ faciebant Lot vehementissime: iamq̃ ppe erat vt effringerēt fores. Et ecce miserūt manū viri, & introduxerunt ad se Lot, clauserunt q̃ ostiū, & eos qui foris erant, percusserunt cecitate a minimo vsq̃ ad maximū. ita vt ostiū inuenire nō possent. Dixerunt autē ad Lot, Habes hic quempiam tuozū generū, aut filios aut filias? oēs qui tui sunt, educ de vrbe hac. Delebimus enim locū istū, eo q̃ increuerit clamoz eozū cozā dño, q̃ misit nos vt perdamus illos.

¶ Secundū Joannē. Le.ū

Ca. 17 Hec locutus est Jesus & sublevatis oculis in celū, dixit. Pater venit hoza clarifica filiū tuū, vt filius tuus clarificet te. sicut dedisti ei potestatē omnis carnis vt oē quod dedisti ei. det eis vitā eternam. Hec est autē vita eterna. Vt cognoscant te solum deū verū, & quē misisti Jesum Christū. Ego te clarificaui super terrā. opus consummaui. quod dedisti mihi vt faciā & nunc clarifica me tu pater apud temetipm claritate quam habui priusquam mundus fieret, apud te. Manifestaui nomē tuū hominibus, quos dedisti mihi de mundo, tui erant, & mihi eos dedisti, & sermonē tuū seruauerunt. Nunc cognouerunt quia oīa que dedisti mihi, abs te sunt, quia verba que dedisti mihi: dedi eis, & ipsi acceperūt, & cognouerūt vere quia a te exiui, & crediderūt quia tu me misisti. Ego pro eis rogo. Non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi: quia tui sunt. Et mea oīa, tua sunt, & tua, mea sunt, & clarificatus sum in eis. Et iam non sum in mūdo: & hi in mūdo sunt, & ego ad te venio. Pater sancte serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi, vt sint vnum sicut & nos. Cū essem cum eis, ego seruabā eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi, ego custodiui, & nemo ex eis perijt, nisi filius perditionis, vt scriptura impleat. Nunc aūt ad te venio: & hec loquor in mundo, vt habeāt gaudiū meū implet in semetipsis. Ego dedi eis ser-

mónem tuũ, & mundus eos
dério habuit, quia non sunt
de mundo, sicut & ego nõ sũ
de mundo. Non rogo vt tol
las eos de mundo, sed vt ser
ues eos a malo. De mundo
nõ sunt sicut & ego non sum
de mũdo. Sanctifica eos in
ritate. Sermo tuus veri
tas est. Sicut tu me misisti
in mundũ, ita & ego misi eos
in mũdũ. Et pro eis ego san
ctifico meipsum vt sint & ipsi
sanctificati in veritate. Non
& pro eis autẽ rogo tantũ, sed
per verbũ eorũ in me, vt om
nes vnũ sint: sicut tu pater
in me & ego in te, vt & ipsi in
nobis vnum sint: vt credat
mundus quia tu me misisti.
Et ego claritatẽ quã tu de
disti mihi: dedi eis, vt sint
vnũ sicut & nos vnũ sum9.
Ego in eis & tu in me, vt sint
cõsummati in vnũ & cognos
cat mundus qa tu me misi-
disti & dilexisti eos sicut & me
dilexisti Pater quos dedisti
mihi, volo vt vbi sum ego &
illi sint mecũ, vt videãt cla-
ritatẽ meã quã dedisti mihi
quia dilexisti me ante cõsti-
tutionẽ mundi. Pater iuste
mũdus te nõ cognouit, ego
aũt te cognoui, & hi cogno-
uerunt qa tu me misisti. Et
notũ feci eis nomẽ tuũ: &
notũ faciã, vt dilectio qua di
xeris me: in ipsis sit & ego
in ipsis.

℣ Tertia lectio lectõ Lucã.

IN illo tpe, Dixit Jesꝰ Ca. 15
discipulis suis parabo
lam hanc. Homo quidã ha
buit duos filios & dixit ado
lescentior ex illis patri. Pa
ter, da mihi portionẽ substã
tie q̃ me cõtingit Et reliqua

Homelia sci Ambrosij epi.

IDes q̃ diuinũ patri
monũ petẽtibus dat
Nec putes culpã patris, qõ
adolescentiori dedit. Nulla
dei regno infirma etas, nec
fides grauatur annis. Ipse
certe se iudicauit idoneũ &
poposcit, atq; vtinã non re-
cessisset a patre impedimen-
tũ nescisset etatis. Sed po-
steaquã peregre pfectꝰ est
dissipauit substantiã suam
viuẽdo luxuriose. Merito
ergo pdegit patrimoniũ,
& recessit ab ecclesia. Postea
quã domũ (inquit) patriã q̃
derelinquẽs, peregre pfectꝰ
est in regionẽ longinquam.
Quid est longinquius ire, q̃
a se recedere? nec regionibꝰ
sed moribꝰ separari: studijs
discretum esse non terris, &
quasi interfuso luxurie secu
laris estu diuortia habere
sanctorum? Etenim qui se a
Christo separat: exul est pa-
trie, ciuis est mundi. Sed
nos non sumus aduene

ãt ꝙ peregrini, sed ſumus ci
ues ſanctorū ⁊ domeſtici dei
Mui eſſe eramus longe, facti
ſumus ꝓpe in ſanguine
Chriſti. Nō inuideamus de
lōginqua regione redeūtib⁹
qa ⁊ nos ſumus in regione
longinqua ſicut Eſaias do-
cet. Dic eſſe habes. Mui le-
deb ant. Oratio.

OAqueſumus dñe no
ſtris effectū ieiunijs
ſalutarem: vt caſtigatis car
nis aſſumpta, ad noſtrarum
vegetationem tranſeat ani
marum. Per dominum.

¶ Dominica tertia quadra-
geſime ex Geneſi. Le. ꝑma.

EGreſſus itaq; Lot, lo-
cutus eſt ad generos
ſuos qui acceꝑturi erant fi-
lias eius, ⁊ dixit: Surgite,
⁊ egredimini de loco iſto, qa
delebit dñs ciuitatē hanc.
Et viſus eſt eis quaſi ludēs
loqui. Cumq; eſſet mane, co
gebāt eum angeli, dicentes:
Surge, tolle vxorem tuā ⁊
duas filias quas habes: ne
⁊ tu pariter pereas in ſcele-
re ciuitatis. Diſſimulāte il-
lo, apprehenderūt manū ei⁹
⁊ manū vxoris, ac duarū fi-
liarū eius, eo qō parceret do
minus illi: eduxerūt q; eum
⁊ poſuerunt extra ciuitatē.
Ibiq; locuti ſunt ad eū, di-
centes: Salua animā tuam
nolite reſpicere poſt tergum
nec ſtes in omni circā regio-
ne: ſed in monte ſaluū te fac
ne, ſed in monte ſaluū te fac
ne ⁊ tu ſimul pereas. Dixit
que Lot ad eos: Quaſo do-
mine mi qa inuenit ſeruus
tuus gratiā coram te, ⁊ ma-
gnificaſti gloriā, ⁊ miſericor
diā tuā quā feciſti mecū, vt
ſaluares animā meā, nec po
ſum in mōte ſaluari, ne ꝑ
te apprehendat me malum ⁊
moriar: Eſt ciuitas hec in-
ta, ad quam poſſum fugere,
parua ⁊ ſaluabor in ea: nun
quid nō modica eſt, ⁊ viuet
anima mea? Dixitq; ad eū:
Ecce etiā in hoc ſuſcepi ꝓ-
ces tuas, vt non ſubuertam
vrbem ꝓ qua locutus es.
Feſtina, ⁊ ſaluare ibi: qa nō
potero facere quicquā donec
ingrediatis illuc. Ideoq; vo-
catū eſt nomen vrbis illius
Segor. Sol egreſſus eſt ſu
per terrā, ⁊ Lot ingreſſus
eſt Segor. Igitur dñs pluit
ſuper Sodomā ⁊ Gomor-
rham ſulphur, ⁊ ignē a dño
de celo: ⁊ ſubuertit ciuitates
has, ⁊ oēm circa regionem,
vniuerſos habitatores ur-
bium, ⁊ cuncta terre virētia.
Reſpiciensq; vxor eius poſt
ſe, verſa eſt in ſtatuā ſalis.

¶ Epiſtola beati Iohannis
apoſtoli ꝓzima. Le. ij.

QUod fuit ab initio,
qđ audiuimus, quod
vidimus oculis noſtris, qđ

preſperim⁹, ⁊ manus nr̃e cō
trectauerunt de verbo vite,
⁊ vita manifestata est ⁊ vi-
dimus, ⁊ testamur, ⁊ annun
tiamus vobis vitā eternā
que erat apud patrē, ⁊ appa-
uit nobis. Quod vidimus
⁊ audiuimus annūtiamus
vobis, vt ⁊ vos societatē ha
beatis nobiscum, ⁊ societas
nostra sit cū patre, ⁊ cū filio
eius Jesu Christo. Et hec
scribimus vobis, vt gaudea
tis, ⁊ gaudiū vestrum sit ple
num. Et hec est annūtiatio
quā audiuimus ab eo, ⁊ an-
nūtiamus vobis: Dm̃ deus
lux est: ⁊ tenebre in eo non
sunt vlle. Si dixerimus qm̃
societatē habemus cū eo, et
in tenebris ambulam⁹: mē-
timur, ⁊ veritatē nō facim⁹.
Si aūt in luce ambulamus
sicut ⁊ ipse est in luce: socie-
tatē habemus ad inuicem, ⁊
sanguis Jesu Christi filij ei⁹
emundat nos ab omni pcō.
Si dixerimus qm̃ peccatū
non habemus: ipsi nos sedu
cim⁹, ⁊ veritas in nobis nō
est. Si confiteamur peccata
nostra fidelis est ⁊ iustus, vt
remittat nobis peccata nr̃a
⁊ emundet nos ab omni in
iquitate. Si dixerimus qm̃ nō
peccauim⁹: mēdacē facim⁹ eū
⁊ verbū ei⁹ non est in nobis

¶ Tertia Lectio secundum Lucam.

In illo tpe: Erat Jesus Ca. xi.
ejiciens demoniū, ⁊ il-
lud erat mutū. Et reliqua.

Homelia sancti Hieronymi
presbyteri.

Tunc oblatus est Jesu
demoniacus: existens
cecus ⁊ mutus: ⁊ curauit eū
ita vt loqueretur ⁊ videret.
Tria signa simul in vno ho
mine perpetrata sunt: cecus
videt, mutus loquitur: pos-
sessus a demone liberatur.
Nō tūc carnaliter factū est:
sic quotidie impletur spūali
ter in cōuersione credentiū.
Ut expulso demone pr̃imū
fidei lumē aspiciāt: deinde in
laudes dei tacētia pr̃ius ora
laxent. Jesus aūt sciens co
gitationes eorum dixit eis.
Omne regnū diuisum con-
tra se desolabit̃. Turbe stu-
pebant ⁊ cōfitebant̃ eū (da
tanta signa faciebat) filium
Dauid. Phariſei vero opa
Dei pr̃incipi demoniorū de-
putabant. Quibus dñs nō
ad dicta sed ad cogitata rñ-
det: vt vel sic cōpellentur cre
dere potētie eius qui cordis
videbat occulta. Si sathanas
sathanā ejecit aduersus se di
uisus est. Quō ergo stabit
regnū eius? Nō potest ciui-
tas ⁊ regnū cōtra se diuisū
stare. Sed quō cōcordia par
ue res crescunt: sic discordia
maxime collabunt̃. Si ergo

satanas pugnat contra se: & demon inimicus est demoni debet iã mundi venire consummatio: nec haberent in eo locum aduersarie potestates: quaꝝ inter se bellũ pax hoim est. Sĩ aũt putatis o scribe & pharisei: ea recessio demõis obedictia sit in principẽ suũ vt hoies ignorãtes fraudulẽta simulatiõe deludat: quid potestis dicere de corporũ sanitatibus: quas dñs perpetrauit? Aliud est si membrorũ quoꝝ debilitates & spiritualiũ virtutum insignia demonibus assignetis.

Oratio.

Oremus omnipotens Deus vota humiliũ respice: atq; ad defensionem nostrã dexteram tue maiestatis extende. Per dominũ

¶ Feria secunda ex Genesi.

Lectio prima.

Habraã aũt cõsurgẽs manebat vbi steterat prio cũ dño, intuitus est Sodomã & Gomorrhã, & vniuersam terrã regionis illius: viditq; ascendentẽ fauillam de terra quasi fornacis fumũ. Cũ ergo subuerteret dominus ciuitates regionis illius, recordatus est Abrahe: & liberauit Lot de subuersione vrbiũ, in quibus habitauerat. Ascenditq; Lot de Segor, & mansit in monte, due quoq; filie eius cum eo (timuerat enim manere in Segor) & mansit in spelunca ipse, & due filie eius cũ eo. Dixitq; maior ad minorẽ: Pater noster senex est, & nullus virorũ remansit in terra qui possit ingredi ad nos iuxta morẽ vniuerse terre. Veni, inebriemus eum vino, dormiamusq; cũ eo: vt seruare possimus ex patre nostro semen. Dederunt itaq; patri suo bibere vinum nocte illa. Et ingressa est maior dormiuitq; cũ patre: at ille non sensit, nec qñ accubuit filia, nec quando surrexit. Altera quoq; die dixit maior ad minorẽ: Ecce dormiui heri cũ patre meo, demus ei bibere vinũ etiam hac nocte, & dormies cũ eo, vt saluemus semen de patre nostro. Dederunt & illa nocte patri suo bibere vinũ, ingressaq; minor filia, dormiuit cum eo: & nec tunc quidẽ sensit quãdo cubuerit, vel qñ illa surrexit. Conceperunt ergo due filie Lot de patre suo. Peperitq; maior filiũ, & vocauit nomen eius Moab: ipse est pater Moabitarũ vsq; in presentẽ diẽ. Minor quoq; peperit filiũ, & vocauit nomen eius Ammon, id est filius populi mei: ipse est pater Ammonitarum vsq; hodie.

Epistola prima Joannis.

Lectio secunda.

cēs: Quēcūq; osculatus fue
ro, ipse est, tenete eū ⁊ duci-
te caute. Et cū venisset, sta-
tim accedēs ad eū, ait: Rab
bi, ⁊ osculatus est eū. At illi,
manus iniecerūt in Iesum,
⁊ tenuerūt eū. Unus aūt q̄
dā de circūstātibus, educēs
gladiū percussit seruū summi
sacerdotis: ⁊ amputauit illi
auriculā. Et respondēs Je
sus, ait illis: Tanquam ad
latronē existis cū gladijs et
lignis cōprehendere me? quo
tidie eram apud vos ī tem
plo docens, ⁊ non me tenui
stis. Sed vt impleant̄ scri-
pture. Tūc discipuli eius re
linquētes eū, oēs fugerūt.
Adolescēs aūt q̄dā leque-
batur eū amictus sindōe su
per nudo, ⁊ tenuerūt eū. At
ille relicta sindone, nudus p
fugit ab eis. ¶ Et adduxe-
rūt Iesum ad summum sa-
cerdotem: ⁊ conuenerūt om
nes sacerdotes ⁊ scribe ⁊ se-
niores. Petrus aūt a lōge
secutus est eum vsq; intro

in atriū summi sacerdotis,
⁊ sedebat cum ministris ad
ignē, ⁊ calefaciebat se. Sum
mi vero sacerdotes ⁊ oē nō
cilū querebāt aduersus Je
sum testimoniū, vt eū mor-
ti traderēt, nec inuenie-
bāt. Multi aūt testimoniū fal-
sum dicebāt aduersus eum:
cōueniētia testimonia non
erāt. Et q̄dam surgētes, fal
sum testimoniū ferebāt ad-
uersus eum dicentes: Quo
nos audiuimus eum dicē-
tē. Ego dissoluā tēplū hoc ma-
nufactū, ⁊ post triduū aliud
nō manufactum edificabo.
Et nō erat cōueniēs testi-
monium illoꝝ. Et exurgēs
summus sacerdos ī medīū, in-
terrogauit Iesum, dicens:
Nō respondes q̄cq̄ ad ea q̄
tibi obijciunt ab his? Ille
autē tacebat: ⁊ nihil rēdit.
Rursum summus sacerdos
interrogabat eū et dixit ei,
Tu es Christus filius Dei
benedicti? Jesus aūt dixit illi,
Ego sum: et videbitis filiū
hois sedentē a dextris vir-
tutis dei, ⁊ venientē cū nu-
bibus celi. Summus aūt sa
cerdos scidēs vestimēta sua
ait, Quid adhuc ēquirimus
testes? Audistis blasphemiā
cōdēna uerunt eū esse reum
mortis. Et ceperunt q̄dā cō
spuere eū, ⁊ velare faciē ei,

ꝑ colaphis eū cedere, ꝑ dicere Prophetizā, ꝑ ministri a-
lapis eum cedebant.

C Lectio lecūm Joan.

In illo tēpore: Dicebat Jesus ad eos q̄ crediderunt ei Judeos. Si vos manseritis in sermōe meo vere discipuli mei eritis, ꝛc.

Homilia sancti Augustī. epi.

Cum rex iustitie sederit in throno, sicut scriptura loquit, quis gloziabit cue castū se habere coz? Aut quis gloziabit mūdū se esse a pēō? Multū nos terruit o fratres mei dicēdo. Seruus nō manet in domo in eternū. Idiungit aūt ꝑ dicit: Filius manet in eternū. Ergo solus in domo sua erit Christus. Nullus ne et populus coherebit? Cui erit caput, si nō erit cozpus? Aut cozpi. Nō est sine causa tacuit, ꝑ spem dedit. Terruit dit, ne peccati solutione diffideremus. Dis (inquit) qui facit peccatū, seruus est peccati. Seruus aūt nō manet in domo in eternū. Que ergo nobis spes est: qui nō suus sine peccato? Judi spē tuā. Filius manet in domo in eternum. Si ergo filius vos liberauerit, tūc vere liberi eritis. Hec spes nīa fratres est, vt a libero liberemur. Et liberādo nos seruos facit. Serui est eram cupiditatis, liberati serui efficimur charitatis. Hoc et apostolus dicit. Vos aūt fratres i libertatē vocati estis, tm̄ ne libertatem in occasionē carnis detis: sed p charitatē seruite inuicē. Nō ergo dicat Christianus liber sum, in libertate vocatus sum: seruus erā. sed ipsa redēptione liber effectus sum: faciā quod volo.

Oratio.

Proficiat quesumus dne plebs tibi dicata pie deuotionis affectu, vt sacris actibꝫ erudita, quāto maiestati tue fit gratioz, tāto donis ptioribꝫ augeat: p

C Dominica palmarū. Matutinū. Ps̄a. Confozta ti sunt, q̄ plequuti sunt me inimici mei imustc, q̄ nō rapui, tunc exoluebam.

C Ex Ysaia. Lectio prima.

Hec dicit Dns. Quis est hic liber repudij matris vēe quo dimisi eā? Aut ds est creditoz meus, cui vendidi vos? Ecce em in iniquitatibus vestris venditi estis, ꝑ in sceleribus vestris demisi matrē vestrā. ds veni, ꝑ nō erat vir: vocaui, ꝑ nō erat q̄ audiret. Nūquid abbreuiata et paruula facta est manus mea, vt

nō pſſum redimere? aut nō
eſt in me virtus ad liberan-
dum? Ecce, in increpatione
mea deſertū facīā mare, po-
nā flumīna in ſiccū. Cōpu-
trescent pisces ſine aqua, et
morient in ſiti. Induā ce-
los tenebris, ⁊ ſaccū ponam
operimentū eoꝝ. Dñs de-
dit mihi linguā erudītā, vt
ſciam ſuſtentare eū q̄ laſſus
eſt, verbo. Erigit mane, mane
erigit mihi aurē, vt audiam
quaſi magiſtrū. Dñs deus
aperuit mihi aurē, ego autē
nō cōtradico, retrorſum nō
abiī. Corpus meū dedi per-
cutientib⁹, ⁊ genas meas vel
lentibus. Faciē meam non
auerti ab increpantibus, et
conſpuentibus. Dñs deus
auxiliator meus, ideo non
ſum confuſus, ideo poſui fa
ciem meā vt petrā duriſſi-
mā, ⁊ ſcio qm̄ nō cōfundar.
Iuxta eſt qui iuſtificat me,
q̄s cōtradicet mihi? ſtemus
ſimul, quis eſt aduerſarius
meus? accedat ad me. Ecce
Dñs Deus, auxiliator me-
us, q̄s eſt qui condēnet me?
Ecce omnes quaſi veſtimē
tū cōterent, tinea comedet
eos. Quis ex vobis timēs
Dñm, audiens vocem ſeru
ſui, qui ambulauit in tene-
bris, et non eſt lumē ei? ſpe-
ret in nomine domini, ⁊ in-
nitat̄ ſuper Deum ſuum.
Ecce vos oēs accendentes
ignē accincti flāmis: ambu-
late in lumine ignis veſtri,
⁊ i flāmis quas ſuccēdiſtis,
de manu mea factū eſt hoc
vobis, i dolozib⁹ dormietis.

℣ Secūm Marcum. Lect. ix.

ET cū eſſet Petrus in
atrio deozſum, venit
vna ex ancillis ſummi ſacer-
dotis, ⁊ cum vidiſſet Petrū
calefacientē ſe, aſpiciēs illū,
ait, Et tu cū Ieſu Nazare-
no eras? At ille negauit di-
cēs: Neq; ſcio, neq; noui q̄d
dicas. Et exiit foras añ atri
um, ⁊ gall⁹ cātauit. Rurſus
añt cū vidiſſet illū ancilla,
cepit dicere circunſtātibus.
Quia hic ex illis eſt. At ille
iterū negauit. Et poſt pauli
lū rurſus q̄ aſtabāt, dixerūt
Petro: Vere ex illis es, nām
Galileus es. Ille añt cepit
anathematizare et iurare,
Quia neſcio hoīem iſtū quē
dicitis. Et ſtatī gallus ter-
tiō cātauit. Et recordat⁹ eſt pe
tr⁹ verbi q̄d dixerat ei Ieſus,
Priusq̄ gall⁹ cātet bis, ter
me negabis. Et cepit flere.
℣ Et cōfeſtim, mane cōſilium
facientes ſummi ſacerdotes
cū ſenioribus ⁊ ſcribis ⁊ to-
to cōcilio, vinientes
Ieſū, duxerūt ⁊ tradiderūt
Pilato. Et interrogauit eū
Pilatus: Tu es rex Iudeo
rū? At ille rndēs, ait illi: Tu

pleis. Et accusabāt eū cūmi
sacerdotes in multis. Pila-
tus aūt rursum interroga-
uit eū, dicens: Non rūdes
quicquā: vide in quantis te
accusant. Jesus aūt āplius
nihil rūdit, ita vt miraretur
Pilatus. Per diē aūt festū
solebat dimittere illis vnū
ex vinctis quemcunq; petis
sent. Erat autē qui dicebat
Barabbas, qui cū seditiosis
erat vinctus, qui in seditiōe
fecerat homicidiū. Et cū as
cendisset turba, cepit rogare
sicut semp faciebat illis. Pi
latus aūt rūdit eis, & dixit,
Vultis dimittā vobis regē
Judeozū? Sciebat em quod
per inuidiā tradidissent eū
summi sacerdotes. Pōtifi-
ces aūt conciauerūt turbā
vt magis Barabbam dimit
teret eis. Pilatus aūt iterū
rūdens ait illis: Quid ergo
vultis faciā regi Judeozū?
At illi iterum clamauerūt,
Crucifige eū. Pilatus vero
dicebat illis: Quid em mali
fecit? At illi magis clamabāt
Crucifige eū. Pilatus autē
volēs populo satis facere, di
misit illis Barabbā, & tradi
dit Jesum flagellis cesum vt
crucifigeret. ¶ Milites aūt
duxerūt eū in atriū pretozii
& conuocāt totā cohoztē, et
induunt eū purpura, & imp
nāt ei plectētes spineā cozo-
nā. Et ceperūt salutare eū.
Aue rex Judeozū. Et percu
tiebāt caput eius arundine
& cōspuebant eū, & ponētes
genua adozabāt eū. Et post
quā illuserūt ei, exuerunt il
lū purpura, & induerūt eum
vestimētis suis: & educunt
illum vt crucifigerent eum.
¶ Et angariauerunt prete-
reuntē quempiā Simonem
Cyreneū venientē de villa,
patrē Alexandri & Rufi: vt
tolleret crucē eius. Et per-
ducunt illū in Golgotha lo
cū: ād est iterpretatū, Calua
rie locus. Et dabāt ei bibere
myzrhatū vinū, & nō accepit
¶ Tertia lectio sēm Matt

Ca. 21

IN illo tpe, cum appro
pinquasset Jesus Je-
rosolymis, & venisset Bet-
phage ad mōtē Oliueti, tūc
misit duos exdiscipulis suis
dicēs eis: Ite in castellū qō
contra vos est. Et reliqua.

Homelia sti Ambrosij epi.

PUlchre aūt relictis Ju
deis habitaturus in af
fectibus gentiū: templū dñs
ascendit. Hoc em templū est
verum: in quo nō in litera:
sed in spū dñs adozat. Hoc
Dei tēplū est, qō fidei series
nō lapidū structura fūdauit
Deserunt ergo qui adozāt:
eligūtur q amaturi erāt. Et
ideo ad montē venit Oliue
ti, vt nouellas oliuas in sub

simi virtutū plātaret: quax
mater est illa que sursum est
Jerusalē. In hoc monte est
ille celestis agricola: vt plan
tati oēs in domo dñi, possint
in veritate dicere Ego sicut
oliva fructificaui in domo
dñi. Et forte talle ipse mōs est
Christus Quis enim alius
tales fructus ferret olearū
nō conuescentium vbertate
baccarū: sed spiritus pleni-
tudine gentium fecundarū?
Ipse est per quē ascēdimus
& ad quē ascendimus: ipe est
tanua, ipse est via, qui aperi
tur & qui aperit, qui pulsat
ab ingredientibus et ab e-
gredientibus adozatur.
Ergo in castello erat & liga-
tus erat pullus cū asina nō
poterat solui nisi tuste dñi.
Soluit eū manus apostoli-
ca, talis actus, talis vita: ta-
lis gratia. Esto talis vt pos
sis ligatos soluere. Nūc cō
fideremus qui fuerunt illi q
errore detecto de paradiso
electi in castello sint religati.
Et videbimus quēadmodū
quos mozs expulerat, vita
reuocauerit. Et ideo scōm
Matthēū & asinā & pullū le
gim⁹: vt ḡa in duob⁹ hoīb⁹
vterq; fuerat sex⁹ expulsus,
duob⁹ aialib⁹ vterq; reuoceꝛ

℣ Ad laudes Antiphona.

Pueri hebzeozū tollentes
ramos olyuarū obuiauerūt

dño clamantes, & dicentes,
Hosanna in excelsis. Hosanna

Omnipotēs sempiterne
deꝰ, q̄ humano generi
ad imitādū humilitatis exē
plū saluatoꝛē nostrū carnē
sumere, & crucē subire fecisti
concede ppitius: vt & patiē-
tie ipius habere documēta
& resurrectionis cōsoꝛtia me-
reamur. Per eundem.

℣ Ad vesperas Antiphona.

Exue a framea deꝰ aiam
meā & de manu canis vnicā
meā. ℣ Feria.ij. ad mat. In
Extraneus factus sum fra
tribus meis & peregrinus fi
lijs matris mee.

℣ Ex Zacharia. Lectio.i.

Aperi Libane portas
tuas, & comedat ignis cedꝛos
cedꝛos tuas. Ululā abies,
quia cecidit cedꝛus: q̄m ma-
gnifici vastati sunt vlulate
quercus Basan q̄m lucidus
est saltus munit⁹. Vox ulu-
latus pastoꝛū, q̄a vastata est
magnificētia eoꝝ, vox rugi
tus leonū q̄m vastata est su
perbia Jozdanis. Hec dicit
dñs Deus meus. Pasce pe
coza occisionis, que q̄ posse-
derant, occidebāt, & non do-
lebant: & vendebāt ea, dicen
tes: Bñdictus dñs diuites
facti sumus, & pastoꝛes eoꝝ
nō parcebāt eis. Et ego nō
parcā vltra sup habitantes
terrā, dicit dñs: ecce ego tra

dā hoīes,vnumquēq; in ma
nu pximi sui,& in manu re-
gis sui,& cōcidēt terrā,& nō
erūt de manu eozū. Et pal-
ā pecus occisiōis ꝓpter hoc
o pauperes gregis:& allūpsi
mihi duas virgas,vnā vo-
cauī Decozē,& alterā vocaui
Funiculū,& pauī gregē. Et
cidi tres pastozes in men
se vno,& cōtracta est aīa mea
in eis,& quidē & aīa eoz va
riauit in me. Et dixi,nō pas
cā vos,qđ mozit,moziatur:
& qđ succidit,succidat,& reli
qui deuozēt vnusq;q; carnē
pximi sui. Et tuli virgam
meā,& vocauī Decus,& ab
scidi eā:vt irritū facerē fed-
meū qđ pcussi cū oībus po-
pulis. Et irritū deductū
est in die illa:& cognouerūt
sic pauperes gregis & custo-
dīūt mihi,qa verbū dñi est.
Et dixi ad eos:Si bonū est
in oculis vēis,afferte mercē
dē meā,& si nō,quiescite. Et
appenderūt mercedē meam
triginta argēteos. Et dixit
dñs ad me: Pzoīce illud ad
statuariū decozum pretium
quo appretiatus sum ab eis
Et tuli triginta argēteos,&
proieci illos in domo domini
ad statuarium.

¶ Secundū Marcū. Le ſi.

ET crucifigentes eū di
uiserūt vestimēta ei⁹
mittentes soztem super eis

quis ād tolleret. Erat autē
hoza tertia,& crucifixerunt
eum. Et erat titulus cause
eius inscriptus,Rex Judeo
rum. Et cum eo crucifigūt
duos latrōes,vnū a dextris
& alium a sinistris eius. Et
impleta est scriptura q̄ dicit
Et cū iniquis reputat⁹ est.
Et pzetereūtes blasphema-
bant eū,mouētes capita sua
& dicētes,Vah qui destruis
templū Dei,& in tribus die-
bus reedificas,saluū fac te-
metipsum descendēs de cru
ce:vt videamus & credam⁹.
Et qui cū eo crucifixi erant
cōuitiabāt ei Et facta hoza
sexta,tēbze facte sūt ꝑ totā
terrā vsq; in hozā nonā. Et
hoza nona exclamauit Jes⁹
voce magna dicēs:Eloi,eloi
lāmasabbachthani?qđ est in
terpzetatū,Deus meus de⁹
meus,vt qđ dereliquisti me?
Et quidam de circunstanti-
bus audiētes dicebāt:Ecce
Eliam vocat. Currens aūt
vnus,& implens spongiam
aceto,circumponensq; cala-
mo,potum dabat ei,dicens:
Sinite,videamus si veniat
Elias ad deponendum eū.

Jesus aūt emissa voce magna, expirauit. Et velū templi scissum est in duo, a sūmo vsq; deorsum. Videns aūt Centurio qui ex aduerso stabat, qa sic clamās expirasset, ait: Vere hic homo, filiꝰ dei erat. Erant aūt ⁊ mulieres de lōge aspicientes, inter quas erat Maria Magdalene, et Maria Jacobi minoris et Joseph mater, ⁊ Salome, ⁊ cū esset in Galilea sequebāt eū, ⁊ ministrabant ei, ⁊ alie multe que simul cū eo ascenderāt Jerosolymā. ¶ Et cū iā sero esset factū (quia erat parasceue qđ est ante sabbatū) venit Joseph ab Arimathea nobilis decurio, q̄ ⁊ ipe erat expectās regnum Dei. Et audacter introiuit ad Pilatū, ⁊ petijt corpus Jesu. Pilatus aūt mirabāt si iā obijsset. Et accersito Centurione, interrogauit eū si iā mortuus esset. Et cū cognouisset a Centurione: donauit corpus Joseph. Joseph aūt mercatus sindonem, ⁊ deponens eū inuoluit sindone. ⁊ posuit eū in monumēto qđ erat excisum de petra, ⁊ advoluit lapidē ad ostium monumenti. Maria Magdalene ⁊ Maria Joseph aspiciebant vbi poneretur.

¶ Tertia lectio secundum Joannem.

IN illo tēpore, Ante sex dies pasche venit Jesus Bethaniā, vbi fuerat Lazarus mortuus: quem suscitauit Jesus. Et reliqua.

Homelia sci Augustini epi.

NE putarent homines fantasma esse factum: quia mortuus resurrexit, lazarus vnus erat ex recūbentibus. Videbat, loquebatur epulabatur veritas ostendebatur: infidelitas Judeoꝝ cōfundebat. Discūbebat ergo dñs cū Lazaro ⁊ ceteris, ministrabat Martha vna ex sororibus Lazari, Maria altera sororꝝ Lazari accepit libram vnguenti nardi pistici preciosi: ⁊ vnxit pedes Jesu ⁊ extersit capillis suis pedes eius, ⁊ dom⁹ impleta est de odore vnguenti. Factū audiuimus, requiramus mysterium. Quecūq; anima fideles vis esse cū Maria, vnge pedes dñi pciosō vnguēto. Unguentum illud iustitia fuit: ideo libra fuit. Erat autem vnguentū nardi pistici pciosi. Quod ait pistici cū aliquē credere debemus vnde hoc erat vnguentū pciosum. Nec tamen hoc vacat, ⁊ sacramēto optime conuenit. Pistis grece, latine dicitur fides. Querebas opera iustitiā, iustus aūt ex fide viuit. Unge pedes Jesu

Feria.iij. Hebdomade sancte.

bent vituendo, dñica lectare
destigia Capillis terge: ſi ha
bes ſuperflua da pauperib⁹,
s dñi pedes terſiſti. Capilli
em ſuperflua cozpzis videt
esse. Habes qđ agas de lup
fluis tuis: tibi ſupflua ſunt
t, dñi pedib⁹ neceſſaria ſũt.

Ad laudes Antiphona.

Saluã me ex oze leonis, ⁊ a
cornibus vnicozniũ humili
tatem meam.

Dñs.

Dñs oſpotes Deus:
vt quid in tot aduerſis
ex noſtra infirmitate deſici
mus: interedẽte vnigeniti
ſili tui paſſiõe reſpirem⁹. ꝓ.

Ad veſperas Antiphona.

A peruenũt ſup me os ſuũ
ſicut leo rapiens, ⁊ rugiens.

Feria.iiij. ad matutinũ. Añã.

Diuiſerunt manus meas,
et pedes meos dinumeraue
runt omnia oſſa mea.

Lect. Zacharie. Lectio.i.

In die illa, erit fons pa
tens domui Dauid et
habitãtibus Ieruſalẽ, in
ablutionẽ pctoꝛis ⁊ mẽſtrua
te. Erit in die illa, dicit dñs
exercituum, Diſperdã noia
idoloꝝ de terra, ⁊ non me
mozabuntur vltra, ⁊ pſeudo
pzophetas, ⁊ ſpiritũ immun
dñ auferã de terra. Et erit:
cũ pzophetauerit quiſpiã vl
tra, dicẽt ei pater eius ⁊ ma
ter eius qui genuerunt eũ.
Non vines: quia mendaciũ

locutus es in noſe dñi, ⁊ cõ
figent eũ pater eius ⁊ mater
eius genitozes eius cũ pzo
phetauerit. Et erit: in die il
la cõfundent pzophete vnuſ
quiſq; ex viſione ſua cũ pzo
phetauerint, nec operientur
pallio ſaccino, vt mentiãtur
ſed dicet: Non ſum ꝓpheta
homo agricola ego ſum: qm
Adã exẽplũ meũ ab adoleſ
centia mea. Et dicetur ei.
Quid ſunt plage iſte in me
dio manuũ tuarũ? Et dicet:
His plagatus ſum in domo
eozũ q̃ diligebãt me. Pha
mea ſuſcitate ſuper paſtozẽ
meũ, ⁊ ſuper virũ coherentẽ
mihi, dicit dñs exercituum:
Percute paſtozẽ, ⁊ diſpergẽ
tur oues: ⁊ conuertã manũ
meã ad paruulos. Et erunt
in oi terra, dicit dñs, partes
due in ea diſpergentur ⁊ de
ficient, ⁊ tertia pars relinq̃t
in ea. Et ducã tertiã partẽ
per ignẽ, ⁊ vzã eos ſicut vzi
tur argentũ, ⁊ pzobabo eos
ſicut pzobatur aurum. Ipſe
vocabit nomen meũ, ⁊ ego
exaudiã eũ. Dicã, populus
meus es, ⁊ ipſe dicet, Domi
nus Deus meus.

Secundũ Lucã. Lectio.ii.

Appropinquabat aũt
dies feſtus azymoꝝ, Ca.22
qui dicitur paſcha, ⁊ quere
bant pzincipes ſacerdotũ et
ſcribe qõ eũ interficerent,

timebāt vero plebē. Intrauit aūt sathanas in Judā q̄ cognominabat Iscariotes, vnū de duodecim, & abijt: et locutus est cū principibus sacerdotū & magistratibus quemadmodū illū traderet eis. Et gauisi sunt, & pacti sunt pecuniam illi dare. Et spopōdit. Et querebat opor tunitatē, vt traderet illum sine turbis. ¶ Venit autem dies azymor, in qua necesse erat occidi pascha. Et misit Petrum & Joannē, dicens: Eūtes parate nobis pascha vt māducemus. At illi dixerunt, Vbi vis paremus? Et dixit ad eos: Ecce introeūtibus vobis in ciuitatem occurret vobis homo amphoram aque portās: sequimini eū in domū in quā intrat, & dicetis patrifamilias dom⁹. Dicit tibi magister, Vbi est diuersoriū vbi pascha cū discipulis meis manducē? Et ipse ostēdet vobis cenaculū magnū stratū, & ibi parate. Eūtes aūt inuenerūt sicut dixit illis: & parauerūt pascha. ¶ Et cū facta esset hora, discubuit, & duodecim apostoli cū eo, & ait illis: Desyderio desyderaui hoc pascha manducare vobiscū: anteqū patiar. Dico enī vobis quia ex hoc non māducabo illud donec impleat in regno dei. Et accepto calice gratias egit & dixit: Accipite & diuidite inter vos, dico enī vobis qđ non bibā de generatiōe vitis, donec regnū Dei veniat. Et accepto pane gratias egit & fregit, & dedit eis, dicēs: Hoc est corpus meū, qđ pro vobis datur, hoc facite in meā cōmemorationē. Similiter & calicē postquā cenauit, dicēs: Hic est calix nouū testamētū in sanguine meo qui pro vobis fundetur. Verumtamē ecce manus tradentis me mecū est in mēsa. Et quidem filius hois sēm qđ definitū est, vadit, verumtamen ve homini illi per quem tradet. Et ipsi ceperūt quercere inter se q̄s esset ex eis q̄ hoc facturus esset. ¶ Facta est aūt & cōtentio inter eos, quis eor videret esse maior. Dixit aūt eis, Reges gētiū dominātur eorū: & qui potestatē habēt super eos benefici vocant. Vos aūt nō sic, sed q̄ maior est, in vobis fiat sicut iunior, & qui p̄cessor. Nam quis maior est qui recumbit an qui ministrat? nonne qui recūbit? Ego aūt in medio vestrū sum sicut qui ministrat, vos aūt estis qui permansistis mecū in tētationibus meis. Et ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater

meus regnū. vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo, & sedeatis super thronos iudicantes duodecim tribus Israel. Ait autē dñs Simoni: Simon, ecce sathanas expetiit vos vt cribraret sicut triticū. ego aūt rogauj pro te, vt nō deficiat fides tua, & tu aliquādo conuersus confirma fratres tuos. Qui dixit ei, Dñe tecū paratus sum & in carcerem & in mortē ire. Et ille dixit: Dico tibi Petre, non cantabit hodie gallus donec ter abneges nosse me. Et dixit eis: Dū misi vos sine sacculo et pera & calceamentis, numquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt, Nihil. Dixit ergo eis: Sed nūc qui habet sacculū, tollat similiter & perā, & qui non habet vendat tunicā suā, & emat gladiū. Dico enim vobis, quoniā adhuc hoc quod scriptū est oportet implerj in me. Et cū iniquis deputatus est. Etenim ea quæ sunt de me finē habēt. At illi dixerūt. Dñe ecce duo gladij hic. At ille dixit eis: Satis est. ¶ Et ingressus ibat secundū cōsuetudinē in mōtē Oliuarū. Secuti sunt autē illū & discipuli. Et cū peruenisset ad locū, dixit illis: Orate, ne intretis in tentationem. Et ipse auulsus est ab eis quantū iactus est lapidis, & positis genibus orabat, dicēs: pater, si vis trāsfer calicē istum a me. Verūtamē nō mea voluntas, sed tua fiat. Apparuit aūt illi angelus de celo cōfortās eum. Et factus in agonia, plixius orabat. Et factus est sudor eius, sicut gutte sanguinis decurrentis in terrā. Et cū surrexisset ab oratione, & venisset ad discipulos suos, inuenit eos dormiētes pre tristitia. Et ait illis, Quid dormitis? surgite, orate ne intretis in tentationem.

¶ Tertia lectio. sermo sancti Augustini epi̇scopi.

DEus & saluator noster fratres dilectissimi ante multa tpa prophetatū est. Ascendit sicut virgultum, & sicut radix de terra sitienti. Quare vt radix? Iuxta nō est spes illi: nec honor. Passus est, humiliatus est cōsputus est, non habebat spēm, nō apparebat cū esset Deus. Sed quomodo radix non est pulchra, sed intus habet vim pulchritudinis sue. Attendite fratres mei, videte misericordiam Dei, attendens arborē pulchram, amenam, colijs virentem, fructibus opulentam, laudas, delectat aliqđ de fructu eius carpere, sub

vmbza eius sedere: & requi-
escere ab estu. Laudas totā
illā pulchzitudinē. Si radix
ostendat tibi nulla pulchzi-
tudo in ea est. Noli contem
nere qđ abiectū est, inde pzo
cessit qđ miraris, vt radix
sit in terra sitienti. Attēdite
modo claritatē arboris, cre
uit ecclesia, crediderunt gen
tes, dicti sūt tēre pzincipes
sub noīe Chzisti vt essent vi
ctozes in ozbe terrarū. Po-
stēt est collū tuū iugo Chzi
sti. Perlequebant aīas Chzi
stianos, ppter idola, plequū
tur idola pzopter Chzistū.
Dēs confugiunt ad auxiliū
ecclesie in omni pzessura in
oi tribulatione sua. Creuit
illud granum synapis, factū
est maius luper oīa olera.

¶ Ad laudes Antiphona.

Insurrexerūt in me testes
iniqui & mentita est iniqui-
tas sibi.

Oratio.

OMnipotēs sempiterne
deus da nobis ita dñi-
ce passionis sacramēta per-
agere, vt indulgentiā perci-
pere mereamur: Per eundē.

¶ Ad vesperas Antiphona.

Coptabunt in animam iu
sti, et sanguinem innocentē
condemnabunt.

¶ Feria.iiij. ad matutinū. Ana

Pzopzio filio suo nō peper
cit Deus, sed pro nobis om
nibus tradidit illum.

¶ Ex Isaia lectio prima.

QVis credidit auditui
nostro: & brachiū dñi
cui revelatū est? Et ascēdet
sicut virgultū coram eo, & si-
cut radix de terra sitienti. Non
est radix de terra sitienti. Non
est species ei, neq; decor. Et
vidimus eū, & non erat aspe
ctus, & desideravimus eum
despectū, & novissimū virō
rū, virū dolozū & sciētē in
firmitatē. Et quasi abscon-
ditus vultus eius & despec
tus: vnde nec reputavimus eū.
Verē languozes nostros ip
se tulit, & dolozes nostros ip
se portauit. Et nos reputa-
vimus eū quasi leprosum,
& percussum a Deo & humi
liatū. Ipse autē vulneratus
est propter iniquitates no
stras, attritus est propter sce
lera nostra. Disciplina pacis
nostre sup eū, & livoze eius
sanati sumus. Omnes nos
quasi oues errauimus, vnus
quisq; in viā suā declinauit,
& posuit dñs in eo iniquita
tē oīm nostrū. Oblatus est
quia ipse voluit, & non ape
ruit os suū. Sicut ouis ad
occisionem ducetur, & quasi
agnus coram tondente se, ob-
mutescet & non aperiet os
suum. De angustia & de iudi
cio sublatus est generationem
eius quis enarrabit? quia ab-
scissus est de terra viuentiū
propter scelus populi mei &

uisti eū. Et dabit impios p
sepultura, & diuitē p morte
sua, eo q iniquitatē nō fece
rit, neq; dolus fuerit in ore
eius: & dñs voluit cōterere
eū in infirmitate. Si posue-
rit pro peccato animā suam
videbit semē longeuū, & vo
luntas dñi in manu eius di-
riget. Pro eo qō laborauit
anīe eius, videbit & saturabit
In sciētia sua iustificabit ip
se iustus seruos meos mul-
tos, & iniquitates eorū ipse
portabit. Ideo dispertiet ei
plurimos, & fortium diuidet
spolia, pro eo q tradidit in
mortē anīmā suā & cū sce-
leratis reputatus est, & ipe pcā
multorum tulit & pro trās-
gressoribus rogauit.

Secundū Lucā. Lect.ij.

IN illo tpe loquēte, ecce
turba, & qui vocabat
Judas, vnus de duodecim,
antecedebat eos, & appropin
quauit Jesu, vt oscularetur
eū. Jesus aūt dixit illi, Juda,
osculo filiū hois tradis? Vi
dentes aūt hi qui circa ipsū
erāt quod futurū erat, dixe
runt ei: Dñe, si percutimus
in gladio? Et percussit vnus
ex illis seruū principis sacer
dotū, & amputauit auricu-
lā eius dexterā. Respōdens
autē Jesus ait, Sinite vsq;
huc. Et cū tetigisset auricu
lā eius, sanauit eū: dixit aūt
Jesus ad eos qui venerant
ad se, principes sacerdotū, et
magistratus templi & seniores
Quasi ad latronē existis cū
gladijs & fustibus? Cū quo
tidie vobiscū fuerim in tem
plo, non extendistis manus
in me sed hec est hora vestra
& potestas tenebrarum.

¶ Cōprehendētes aūt eum,
duxerūt ad domū principis
sacerdotū. Petrus vero se-
quebatur eū a longe. Accen
so aūt igne in medio atrij, &
circunsedentibus illis, erat
Petr⁹ in medio eorū. Quē
cū vidisset ancilla quedā se-
dentē ad lumen, & eū fuisset
intuita, dixit: Et hic cū illo
erat. At ille negauit eū dicēs
Mulier, non noui illum. Et
post pusillū alius videns eū,
dixit: Et tu de illis es. Pe-
trus vero ait. O homo, non
sum. Et interuallo facto, q̄si
hore vnius, alius quidā af-
firmabat, dicens: Vere & hic
cū illo erat, nam & Galileus
est. Et ait Petrus, Homo,
nescio quid dicis. Et conti-
nuo adhuc illo loquēte can-
tauit gallus. Et conuersus
dñs, respexit Petrū. Et re-
cordatus est Petrus verbi
dñi sicut dixerat, Quia pri-
quā gallus cātet, ter me ne-
gabis. Et egressus foras Pe
trus, fleuit amare. Et viri
qui tenebāt illū, illudebāt ei

cedentes. Et velauerũt eũ, & percutiebãt facie eius, & interrogabant eum dicentes: Prophetiza, quis est qui te percussit? Et alia multa blasphemantes, dicebãt in eum.

¶ Et vt factus est dies, conuenerunt seniores plebis et principes sacerdotũ & scribe & duxerũt illũ in concilium suũ, dicẽtes: Si tu es Christus, dic nobis. Et ait illis: Si vobis dixero, nõ credetis mihi: si aũt & interrogauero, nõ respõdebitis mihi, neq; dimittetis: ex hoc aũtẽ erit filius hois sedens a dextris virtutis Dei. Dixerũt aũt oẽs, Tu ergo es filius Dei? Qui ait, Vos dicitis, quia ego sum. At illi dixerunt: Quid adhuc desideramus testimonium? ipsi enim audiuimus de ore eius.

Ca.23 ¶ Et surgẽs oĩs multitudo eorũ duxerũt illũ ad Pilatũ. Ceperũt aũtẽ illũ accusare, dicẽtes: Hũc inuenimus subuertentẽ gentẽ nãm, & prohibentẽ tributa dare Cesari, & dicentẽ se Christũ regẽ esse. Pilatus aũtẽ interrogauit eũ dicẽs: tu es rex Judeorũ? At ille respondẽs, ait: Tu dicis. Ait aũt Pilatus ad principes sacerdotum & turbas. Nihil inuenio cause in hoc hoie. At illi inualescebãt, dicẽtes: Cõmouit populũ docens per vniuersam Judeã, incipiẽs a Galilea vsq; huc.

¶ Pilatus aũt audiẽs Galileã, interrogauit si hõ Galileus esset. Et vt cognouit quia de Herodis potestate esset, remisit eũ ad Herodẽ q̃ & ipse Jerosolymis erat illis diebus. Herodes aũtẽ vsq; Jesu, gauisus est valde, erat enim ex multo tpe videre eũ, eo q̃ audiret multa de eo, et sperabat signũ aliqđ videre ab eo fieri. Interrogabat aũtẽ eũ multis sermonibus. At ipse nihil illi rẽdebat. Stabãt aũt principes sacerdotũ & scribe cõstãter accusãtes eũ. Spreuit aũt illũ Herodes cũ exercitu suo: & illusit indutum veste alba, & remisit ad Pilatũ. Et facti sunt amici Pilatus & Herodes in ipsa die, nam antea inimici erant adinuicem.

¶ Tertia lectio, sermo sancti Ambrosij Episcopi.

Legimus da Christus peccãta nãa portat, & pro nobis dolet. Doles ergo domine nõ tua, sed nãa vulnera nõ tua mortẽ, sed nostra infirmitatẽ, & nos existimauim⁹ te esse in doloribus cũ tu nõ pro te, sed pro me doleres. Infirmatus es: sed propter peccãta nãa. Nõ da tibi illa infirmitas erat ex patre assũpta, sed pro me suscepta:

ga nihil ꝓderat vt etuditio
paciis nẽe esset in te, nisi liuo
re tuo vulnera nẽa sanares.
Sed dñs mitꝰ ſ ꝓ oibus do
luit, ꝙ ꝓ vno fleuit? Quid
meruit ſ mozitueus ꝓ oibus
redeat, ꝙ lazarꝰ reluſcitatu
eus illachrymat? Sed ꝙ ibi
pie lozoris lachrymis cõmo
uet, ꝺa mentẽ humanã tan
gebat; hic alto appetit affe
ctu, vt ꝺa in carne sua pecca
tanẽa perimebat mozte ãq
aie nẽe, sue aie meroz abole
ret. Et foztasse ideo tristis
est, ꝺa post Ide laplꝰ tali trã
situ nobis erat de hoc scio re
ꝺẽdꝰ vt mozi esset necesse
Deꝰ essꝰ mozte nõ fecit, nec
letatur in ꝑditõe viuoꝝ: ꝙ
ideo fabdit qõ ipse nõ fecit
Denicq; ait: Tesalfer a me ca
lice istꝰ quasi ꝺs mozte recu
sans quasi deus sententiam
suam reseruans. Opozter
enim nos mozi seculo, vt re
gnemus Deo.

Ad laudes. Antiphona.

Dẽs vidẽtes me derisserunt
me, loquuti sũt labijs, ꝙ mo
uerunt caput.

Oratio.

Deꝛta ãs omnipotens
deus: vt qui nostris ex
cessibus incessanter afflige-
mur, per vnigeniti filij tui
passionẽ liberemur: qui te.

Ad vesperas. Antiphona.

Si perseuerauerit ꝺño, eripiat eũ
saluũ faciat eũ, qm̃ vult eũ.

℣ Notandum ꝙ ſ in aliquo
ex his tribus diebus sequẽ-
tibꝰ incideret aliquod festũ
simplex, non debet fieri offi-
ciũ, nec cõmemoratio de eo,
ſ autẽ fuerit duplex transfe
rendũ est post octauã paschę
℣ Feria quinta in cena ꝺñi.
℣ Notandũ ꝙ hodie dicitur
Pater nẽ. Aue maria dicẽ
tur in principio oim hozaꝝ
sicut antea, sed oibꝰ aliis ꝺ-
missis, absolute incipit ma
tutinũ ab aña inscripta. Ad
Zelus domus tue comedit
me, ꝙ opprobria exprobran-
tiã tibi ceciderũt super me.
Deinde dẽ psal. ꝙ terminãt
absolute sine ℣ Glia pat. ꝙ ſ
terminãt etiã in oibꝰ aliis
hozis Post psalmos repetit
ãña, ꝙ stati dicit. Pater no-
ſ. Deinde dicũt tres seque
tes lectiones sine benedictio
nibus ꝙ sine ℣ Tu autem.

Lectio prima. Lamentatio Jeremie prophete. Aleph.

Quomodo sedet so-
la ciuitas plena popu
lo, facta est quasi vidua domi
na gentiũ. Principes prouin
ciarũ facta est sub tributo.
Beth. Plozans plozauit no
ctẽ: ꝙ lachrymę eius in maxil
lis eius. Non est qui conso
letur eam ex omnibus cha-
ris eius. Omnes amici eius
spreuerunt eam, et facti sunt
ei inimici.

Gimel. Migrauit Judas p
pter afflictionē, & multitudi
nē seruit utis. Habitauit in
ter gētes, nec inuenit requ
Oēs p̄secutores eius appre
hēderūt eā inter angustias.
Daleth. Uie Sion lugent,
eo qō nō sūt qui veniāt ad
solennitatē, Omnes portę
eius destructę, sacerdotes ei⁹
gemētes. Uirgines ei⁹ squa
lide, & ipsa oppressa amaritu
He. Facti sunt hostes (dine.
eius in capite, inimici ei⁹ lo-
cupletati sunt: qa dns locu
tus est super eā p̄pter mul
titudinē iniquitatū ei⁹ Par
uuli eius ducti sunt in capti
uitatē ante faciē tribulātis
Uau. Et egressus est a filia
Sion oīs decor eius. Facti
sunt p̄rincipes eius velut
arietes non inuiēnētes pas-
cua, & abierūt absq; fortitu
dine ante faciē subsequētis
Zain Recordata est Jerusa
lē dierū afflictiōis sue: & p̄te
uaricationis, oīm desidera-
bilū suorū que habuerat a
diebus antiquis cū caderet
populus eius in manu hosti
li & nō esset auxiliator. Uide
runt eam hostes, & derisērūt
sabbata eius.
Heth. Peccatū peccauit Je
rusalē, p̄propterea instabilis
facta est. Omnes qui glorifi
cabant eā, spreuerūt illā, qa
viderunt ignominiā eius.
Ipsa autem gemens, & con
uersa est retrorsum.
Teth. Sordes eius in pedi
bus eius nec recordata est fi
nis sui. Deposita est vehe-
menter, nō habēs cōsolatorē.
Uide dne afflictionem meā:
qm erectus est inimicus.
Jod. Manū suam misit ho
stis ad oīa desyderabilia ei⁹
& vidit gētes ingressas sanc
tuariū suū, de quibus p̄ce-
ceperas ne intrarent in eccle
siam tuam.
Caph. Oēs populus ei⁹ ge-
mens, & querēs panē. Dede
rūt p̄ciosa quęq; p̄ cibo,
ad refocillandū aiam. Vide
dne & conspyce, quoniam fa
cta sum vilis.
Lameth O vos oēs q̄ trā
sitis per viā, attendite, & vi
dete si est dolor sicut dolor
meus. Oēs vindemiauit me
vt locutus est dns in die fu
rorōis sui. Jerusalem, Je
rusalem cōuertere ad dom
num Deum tuum.

Secundū Lucā. Lectio.

Pilatus aūt cōuocatis
principibus sacerdotū
& magistratibus et plebe,
dixit ad illos: Obtulistis
mihi hūc hoīem, quasi quer
tentē populū, & ecce, ego co
rā vobis interrogās, nullā
causam inuenio in homine
isto, ex his in quibus eū ac-
cusatis. Sed neq; Herodes,

nã remisi vos ad illũ ꝛ ecce, nihil dignũ mozte actum est ei. Emendatũ ergo illum dimittã. Necelle aũt habebat dimittere eis per diẽ festum vniuersa turba, dicẽs: Tolle hunc ꝛ dimitte nobis Barabbã. Qui erat pzopter seditionẽ quandã factã in ciuitate ꝛ homicidiũ, missus in carcerẽ. Iterũ aũt Pilatus loquutus est ad eos, volens dimittere Iesum. At illi succlamabãt, dicẽtes: Crucifige, crucifige eũ. Ille autẽ tertio dixit ad illos: Quid enim mali fecit iste? nullã causam mozt is inuenio in eo. Coꝛripiã ergo illũ, ꝛ dimittã. At illi instabãt vocib⁹ magnis postulantes vt crucifigeretur ꝛ inualescebãt voces eoꝛũ. Et Pilatus adiudicauit fieri petitionẽ eoꝛum. Dimisit aũt illis eũ qui pzopter homicidiũ ꝛ seditionẽ missus fuerat in carcerẽ, quem petebant. Iesum vero tradidit voluntati eoꝛũ. Et cũ ducerent eũ, appzehenderũt Simonẽ quẽdã Cyrenẽ sed venientẽ de villa, ꝛ imposuerũt illi crucẽ poꝛtare post Iesũ. Sequebat aũt illum multa turba ppuli ꝛ mulierũ: quę plangebãt ꝛ lamentabãtur eũ. Conuersus aũt ad illas Iesus dixit: Filię Ierusalẽ nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, ꝛ super filios vẽos, qm ecce venient dies in quibus dicẽt: Beate steriles, ꝛ vẽtres quę nõ genuerũt, ꝛ vbera quę non lactauerunt. Tũc incipient dicere montibus, Cadite super nos, ꝛ collib⁹: Operite nos. Quia si in viridi ligno hec faciũt: in aredo q̃d fiet? Ducebanꝫ aũt ꝛ alij duo nequã cum eo, vt interficerentur.

¶Et postq̃ venerũt in locũ qui vocatur Caluarie, vbi crucifixerunt eũ, ꝛ latrones vnũ a dextris ꝛ alterũ a sinistris. Iesus autem dicebat, Pater, dimitte illis, non enim sciunt quid faciũt. Diuidentes vero vestimẽta eius, miserunt soꝛtes. Et stabat populus expectãs, ꝛ deridebãt eũ pzincipes cũ eis, dicẽtes: Alios saluos fecit, se saluũ faciat, si hic est Chzistus dei electus. Illudebãt aũt ei et milites accedẽtes ꝛ acetum offerentes ei, ꝛ dicentes: Si tu es rex Judeoꝛũ saluũ te fac. Erat autẽ ꝛ superscriptio scripta sup eum literis Grecis ꝛ Latinis ꝛ Hebraicis: Hic est rex Judeoꝛum. Unus autẽ de his qui pendebat latronibus, blasphemabat eum dicẽs: Si tu es Chzistus, saluũ fac teipsum ꝛ nos. Respondens autem

alter, increpabat eū, dicens: Neq; tu times Deū, qui in eadē dānatione es? Et nos quidē iuste, nā digna factis recipimus, hic vero nihil mali gessit. Et dicebat ad Jesū Dñe memento mei cū veneris in regnū tuū. Et dixit illi Jesus, Amē dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Erat aūt fere hora sexta, et tenebre facte sunt in vniuersam terrā vsq; in horam nonā. Et obscuratus est sol et velū templi scissum est mediū. Et clamās voce magna Jesus, ait: Pater in manus tuas cōmendo spīm meum. Et hec dicēs expirauit. Videns aūt Centurio quod factum fuerat glorificauit Deū, dicens: Vere, hic homo iustus erat. Et omis turba eorū qui simul aderant ad spectaculū istud & videbāt que fiebant percutientes pectora sua reuertebant. Stabāt aūt oēs noti eius a lōge: & mulieres que secute eū erāt a Galilea hec videntes. ¶ Et ecce, vir noīe Joseph q̄ erat decurio, vir bonus & iustus hic non consenserat cōsilio & actibus eorū, ab Arimathea ciuitate Judee, q̄ expectabat & ipse regnū Dei: hic accessit ad Pilatū, & petijt corpus Jesu & depositū inuolvit sindone, & posuit illū in monumēto ex cisō, in quo nondū quisquā positus fuerat. ¶ Et dies erat parasceues & sabbatū illucebat. Subsecute aūt mulieres que cum eo venerant de Galilea, viderūt monumentum, & quēadmodū positū erat corpus eius. Et reuertētes parauerūt aromata & vnguenta: & sabbato quidē siluerunt secundū mandatū.

¶ Tertia lectio ex Epistola prima Pauli ad Corinthios.

QVicūq; enīm manducauerit panē hunc vel biberit calicē dñi indigne, reus erit corporis & sanguinis dñi. Probet aūt seipsum homo, & sic de pane illo edat & de calice bibat. Qui enīm manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus dñi. Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Quod si nosmetipsos dijudicaremus, non vtiq; iudicaremur. Dum iudicamur aūt, a dño corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur. Itaq; fratres mei, cum conuenitis ad manducandū, inuicē expectate. Si quis esurit, domi manducet, vt non in iudicium conueniatis. Cetera autem cum venero disponam. Nūq̄d domos non habetis ad manducandū & bibendū? Aut ecclesiā Dei cōtemnitis & cōfunditis eos qui nō habent? Quid dicam vobis? Laudo vos? in hoc nō laudo. Ego enīm accepi a dño quod & tradidi vobis: quōniam dñs Jesus in qua nocte tradebatur accepit panē: & gratias agēs fregit & dixit: Accipite & manducate, hoc est corpus meū quod pro vobis tradetur: hoc facite in meā cōmemorationē. Similiter & calicē postq̄ cenauit dicēs: Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine. Hoc facite quotiescunq; que bibetis in meā cōmemorationē. Quotiescunq; enīm

manducabitis panē hunc et
calicē biberis: mortē dñi an
nuntiabitis donec veniat.
Itaq; quicūq; manducaue
rit panē, vel biberit calicem
dñi indigne, reus erit corpo
ris & sanguinis dñi. Probet
autē seipsum homo, & sic de
pane illo edat: & de calice bi
bat. Qui enim manducat &
bibit indigne: iudicium sibi
manducat & bibit nō dijudi
cās corpus dñi. Ideo inter
vos multi infirmi & imbecil
li, & dormiūt multi. Quod
si nosmetipsos dijudicare-
mus: nō vtiq; iudicaremur.
℣ Fratres lectionū non dē
te demū nec Miserere, sed
statim ad laudes dicit Iñs.
Tradidit autē dedit eis si-
gnum dicens: Quē oscula-
tus fuero, ipse est: tenete eū
Deinde dicunt psalmicum
cantico. Benedictus quo fi-
nito repetitur añs: & statim
dicitur ℟ Christus factus est
pro nobis obediens vsq; ad
mortem, mortē autē crucis
Respon. Propter quod &
Deus exaltauit illū, & dedit
illi nomen, quod est sup oē
nomen. Deinde dicitis geni-
bus dicitur Pater noster cū
ℛ. Psalmꝰ Miserere mei
Fol. vt sup. & finito imedia
te sine Oremus dicit Oro
Respice quesumus do-
mine super hanc fami

liā tuā pro qua dominꝰ nō
Jesus Christus non dubi-
tauit manibus tradi noces
tium, & crucis subire torme
tum. Deinde dicitur sub si-
lentio. Qui tecum viuit. &
Et non dicitur Benedicā-
mus. nec Fidelium anime.
Predicto modo dicitur ver-
sus. Christus factus &c. vt
que ad finē oratonis. Requi
pies in omnibus horis vsq;
ad vesperas sabbati sancti
exclusiue.
℣ Ad primam, tertiam, sex-
tam, & nonam: Ceteris om-
nibus omissis absolute di-
cuntur psalmi, quibus finī
tis, in qualibet dictarum ho
rarū dicitur statim versus.
Christus factꝰ, &c. vt supra.
℣ Ad vesperas absolute di-
citur Iñs. Cenantibus il-
lis accepit Jesus panem, be
nedixit, ac fregit, dedit q; dis
cipulis suis. Deinde dicitur
psalmus cū cantico Magni
ficat. quo finito repetitur
Iñs. & statim dicitur Chri
stus factus. &c. vt supra.
℣ Ad cōpletoriū absolute di
cunt psal. cū cantico. Nūc
dimittis. quo finito statim di
citur Christus fa. &c. vt supra.
℣ Notandum q; sicut in hac
feria quinta, ita etiam dicen
dū est officiū in duobus die
bus sequentib⁹, mutādo añs
& lectiones, vt in eis videbis.

¶ Feria.vi.in parasceue ad matutinum.

Iñ. Astiterunt reges terre, ⁊ pzincipes conuenerunt in vnum aduersus dominum ⁊ aduersus Chzistum eius.

¶ Ex lamentatione Ieremie.

Lectio pzima Nun.

SCrutemur vias nras ⁊ queramus, ⁊ reuertamur ad dominum.

Nun Leuemus cozda nra, cũ manib⁹ ad dñm in celos.

Nun. Nos inique egimus ⁊ ad iracundiã puocauimus: ideirco tu inexozabilis es.

Samech Operuisti furoze, ⁊ percussisti nos: occidisti, nec pepercisti.

Samech. Oppolisti nubẽ tibi, ne tranſeat ozatio.

Samech. Eradicationem ⁊ abiectionẽ pposuisti me in medio populozum.

Phe Aperuerunt sup nos os suum oẽs inimici nostri.

Phe Fozmido ⁊ laques⁹ facta est nobis vaticinatio ⁊ con

Phe Diuisiones (tritio. aquarũ deduxit oculus me⁹ in cõtritiõe filie populi mei.

Ain. Oculus meus afflict⁹ est nec tacuit eo quod nõ esset requies.

Ain Donec respiceret ⁊ videret dominus de celis.

Ain. Oculus meus depzedatus est animam meam in cũctis filiabus vzbis mee.

Sad. Renatiõe repetiſt me ⁊ſi aue in inimici mei gratis.

Sade Lapsa est in lacũ vita mea. et poluerunt lapidem super me.

Sade Inundauerunt aque super caput meũ, dixi: Perij

Coph. Inuocaui nomẽ tuũ domine de loco nouissimo.

Coph. Vocẽ meam audisti. ne auertas aurem tuã a singultu meo ⁊ clamozibus.

Coph. Appzopinquasti in die quando inuocaui te, dixisti: Ne timeas.

Res. Judicasti dñe causam aĩe mee, redẽptoz vite mee.

Res. Vidisti domine nociam tatẽ illozum aduersum me: iudica iudicium meum.

Res. Vidisti omnem furozem, vniuersas cogitatiões eozum aduersum me.

Sin. Audisti oppzobria eoz domine omnes cogitatiões eozum aduersum me.

Sin Labia insurgentium mihi, ⁊ meditatiões eozum aduersum me tota die.

Sin Sessionẽ eozum, ⁊ resurrectionẽ eozum vide, ego sum psalmus eozum.

Thau Reddes eis vicẽ domine iuxta opera manuum tuarum.

Thau. Dabis eis scutum cozdis labozem tuum.

Thau. Persequeris in furoze tuo ⁊ conteres eos sub

exijs dñe Jerusalē Jerusalē
quærere ad dñm deū tuū.

Secūm Joannē. Lectio. ij

HEc cū dixisset Jesus, egressus est cū discipu
lis suis trās torrentē Ce
dron vbi erat ortus, in quem
introiuit ipe & discipuli ei⁹.
Sciebat aūt & Judas ꝺ tra
debat eū, locū: quia frequē
ter Jesus conuenerat illuc
cū discipulis suis. Judas er
go cū accepisset cohortē, et a
pontificibus & pharisęis mi
nistros, venit illuc cū later
nis & fanib⁹ & armis. Jesus
erāt sup eū, pzocessit & dixit
eis: Quē queritis? Respon
derūt ei, Jesum Nazarenū
Dicit eis Jesus: Ego sum.
Stabat aūt & Judas ꝺ tra
debat eū, cū ipsis. Ut ergo
dixit eis: Ego sum, abierūt
retrorsum, & ceciderūt in ter
rā. Iterū ergo interrogauit
eos: Quē queritis? Illi aūt
dixerūt: Jesum Nazarenū
Respōdit Jesus. Dixi vo
bis ꝙa ego sum, si ergo me
queritis, sinite hos abire.
Ut impleret sermo quē di
xit: Quia quos dedisti mi
hi nō pōidi ex eis quēquā.
Simō ergo Petrus habēs
gladiū eduxit eum, & percus
sit pōtificis seruū, & abscidit
auriculā eius dexterā. Erat
aūt nomē seruo Malchus.

Dixit ergo Petro: Mitte
gladiū tuum in vaginā. Ca
licē quē dedit mihi pater, nō
bibam illū? Cohors aūt
& tribunus & ministri Jude
orū cōprehenderūt Jesum:
& ligauerūt eum: & adduxe
rūt eū ad Annā primū erat
enim socer Caiphe, ꝺ erat pon
tifex anni illius, erat aūt
Caiphas ꝺ cōsilium dederat
Judeis: Quia expedit vnū
hominē mori p ppulo. Se
quebatur aūt Jesum Si
mō Petrus, & alius discipu
lus. Discipulus aūt ille e
rat notus pontifici, & introi
uit cū Jesu in atriū pontifi
cis: Petrus aūt stabat ad
ostiū foris. Exiuit ergo di
scipulus alius ꝺ erat notus
pontifici: & dixit ostiarie: & in
troduxit Petrum. Dicit er
go Petro ancilla ostiaria.
Nūqd & tu ex discipulis es
hoīs istius? Dicit ille: Non
sum. Stabant aūt serui et
ministri ad pzunas, ꝺa fri
gus erat, & calefaciebant se:
erat aūt cum eis & Petrus:
stans, & calefaciēs se. Ponti
fex ergo interrogauit Je
sum de discipulis suis, et de
doctrina eius. Respondit ei
Jesus: Ego palam locutus
sum mundo, ego semp docui
in synagoga et in tēplo quo
oēs Judei cōueniunt: & in
occulto locutus sum nihil.

Quid me interrogas? Interroga eos q̄ audierūt q̄d locutus sū ipis. ecce,hi sciūt q̄ dixerim ego. Hec aūt cum dixisset: vnus assistēs ministroꝝ, dedit alapā Jesu,dicēs: Sic rñdens pontifici? Rñdit ei Jesus. Si male locutus sum,testimoniū perhibe de malo si aūt bene, q̄d me cedis? ¶ Et misit eū Annas ligatū ad Caiphā pōtificē. Erat aūt Simō Petr⁹ stās & calefaciens se dixerūt ergo ei: Nūq̄d & tu ex discipulis ei⁹ es? Negauit ille,et dixit: Nō sum: Dicit ei vn⁹ ex seruis pōtificis, cognat⁹ eius cuius abscidit Petrus auriculā: Nōne ego te vidi in orto cū illo? Iterū ergo negauit Petrus: & statī gallus cātauit. ¶ Adducūt ergo Jesum a Caipha in ptorium. Erat aūt mane: & ipsi nō introierūt in ptoriū, vt nō cōtammarēt, sed vt mā ducarēt pascha. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit: Quā accusationē affertis aduersꝰ hoiez hūc? Rñderunt & dixerūt ei: Si nō esset hic malefactor: nō tibi tradidissemus eū. Dixit ergo eis Pilatus: Accipite eū vos, & scōm legē vestrā iudicate eū: Dixerūt ergo ei Judei: Nobis nō licet interficere quēq̄. Ut sermo ielu ipleret quē dixit significās qua morte esset moriturus. Introiuit ergo iterū in ptoriū Pilatus: & vocauit Jesum, & dixit ei: Tu es rex Judeorū? Rñdit Jesus. A temetipso hoc dicis, an alij tibi dixerūt de me? Rñdit Pilat⁹. Nunq̄d ego Judeus sum? Gens tua & pontifices tradiderūt te mihi. Quid fecisti? Rñdit Jesus: Regnum meū nō est de hoc mūdo: si ex hoc mundo esset regnum meū, ministri mei vtiq̄ decertarēt vt nō traderer Judeis: nunc aūt regnū meū nō est hic. Dixit itaq̄ ei Pilatus: Ergo rex es tu? Rñdit Jesus: Tu dicis q̄ rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mūdū: vt testimoniū phibeā veritati, oīs q̄ est ex veritate,audit vocē meā. Dicit ei Pilatus: Quid est veritas? Et cū hoc dixisset, iterū exiuit ad Judeos, & dicit eis: Ego nullā inuenio in eo causam. Est aūt cōsuetudo vobis vt vnū dimittā vobis i pascha vultis ergo dimittā vobis regē Judeoꝝ? Clamauerūt rursū oēs dicētes. Nō hūc, sed Barabbā. Erat aūt Barabbas latro. ¶ Tertio lect. ex tractatu sci Augusti. epi.

Roteristi me Deus a cōuentu malignantiū,

a multitudine operātiū ini
quitatē. Jā ipsum caput no
strū ituemur. Multi mar
tyres talia passi sunt: sed ni
hil sic elucet qño caput mar
tyrū. Ibi melius intuemur
qō illi experti sunt: protect⁹
est a multitudine malignan
tiū protegēte se Deo. Pro
tegente carnem suam in ip
so filio q hoīe quē gerebat:
quia filius hominis est, q fi
lius Dei est. Filius dei, pro
pter formā dei: filius hoīs:
propter formam serui: ha
bēs potestatem ponere ani
mā suā q recipere eā. Quid
ei potuerunt facere inimici?
occiderūt corpus aīam aūt
nō occiderunt. Intēdite: pa
rum ergo erat dīm hortari
martyres xpō: nisi firma
ret exēplo. Nostis q cōuen
deorū: q multitudo operā
tiū iniquitatē. Quā iniqta
te? Quia voluerūt occide
re dīm Jesum Christum.
Tāta opera bona inquit ostē
di vobis, propter qō horum
opus vultis me occidere, q
Pertulit oēs infirmos eor
curauit oēs laguidos eor:
predicauit regnū celor: non
tacuit vitia eorū vt ipsa po
tius eis displicerēt: nō me
dicus a q sanabant. His oī
bus curatorib⁹ eius ingra
ti tanq̄ multa febri frenetici insanientes: in medicū qui
venerat curare eos excogita
uerunt consilium perdendi
eum tanquam ibi volentes
probare vtrum vere homo
sit qui mori possit: an aliqd
super homines sit, q mori le
non permittat: Verbum
ipsorum agnoscamus in sa
pientia Salomōis. Morte
turpissima inquit cōdemne⁹
eū. Erit em respect⁹ i sermo
nibus ipsius. Si em vere fi
lius dei est: liberet eum.

℣ Ad laudes. Antiphona.

Diuiserunt sibi vestimen
ta mea, et super vestem meā
miserunt sortem.

℣ Ad vesperas. Antiphona.

Dederūt in escā meā fel, q i
sitī mea potauerūt me aceto

℣ Sabbato ad matu. Anti.

Posuerunt me in lacu in
feriori in tenebrosis, et in
umbra mortis.

℣ Ex lamentatione Jeremie. Lectio prima. Jin.

Cum adhuc subsisteremus defecerunt oculi
nri ad auxiliū nēm vanū cū
respicerem⁹ attēti ad gētē q
saluare nos nov poterat.
Zade Lubricauerunt vesti
gia nostra in itinere platea
rum nostrarum, appropin
quauit finis noster, comple
ti sunt dies nostri, quia ve
nit finis noster.
Loph Velociores fuerunt

ꝓsequutores nostri aquilis celi: super montes persecuti sunt nos, in deserto insidiati sunt nobis.

Reꝯ Spiritꝰ oris nr̄i Christus dñs captus est in peccatis nostris, cui dixim⁹: In umbra tua viuem⁹ i gētib⁹.

Sin. Gaude et letare filia Edom q̄ habitas in terra Hus: ad te q̄q̄ pueniet calix, inebriaberis atque nudaberis.

Thau. Cōpleta est iniq̄tas tua filia Sion, nō addet vltra vt transmigret te. Visitauit iniquitatē tuam filia Edō, discooperuit pcā tua

Oratio Jeremie.

Recordare dñe q̄d acciderit nobis: intuere ⁊ respice opꝓbrium nostrum. Hereditas nostra versa est ad alienos: domus nostre ad extraneos. Pupilli facti sumus absq̄ patre: matres nostre quasi vidue. Aquā nostram pecunia bibimus, ligna nostra pretio comparauimus. Cervicibus nostris minabamur, lassis nō dabat requies. Egypto dedimus manū, ⁊ Assyrijs, vt saturaremur pane. Patres nr̄i peccauerūt, ⁊ non sunt: ⁊ nos iniquitates eorū portauimus. Serui dñati sunt nostri: nō fuit q̄ redimeret de manu eorū. In animabus nostris afferebamus panem nobis, a facie gladij in deserto. Pellis nostra, quasi clibanus, exusta est a facie tēpestatū famis. Jerusalem Jerusalem Conuertere ad Dominum Deum tuum.

℣ Secōm Joannem. Lect. ij.

Cap. xix

Tunc ergo apprehendit Pilatus Jesum, ⁊ flagellauit. Et milites plectentes coronā de spinis, imposuerunt capiti eius, ⁊ veste purpurea circumdederūt eum. Et veniebant ad eū, ⁊ dicebant: Aue rex Judeorum. Et dabant ei alaphas. Exiuit iterum Pilatus ⁊ dicit eis: Ecce adduco vobis eū foras, vt cognoscatis quia in eo nullam inuenio causam. Exiuit ergo Jesus portās coronā spineā, ⁊ purpureū vestimentū. Et dicit eis: Ecce homo. Cū ergo vidissent eū pōtifices ⁊ ministri clamabāt dicētes: Crucifige, crucifige eū. Dicit eis Pilatus: Accipite eū vos, ⁊ crucifigite: ego enī nō inuenio in eo causam. Responderūt ei Judei. Nos legem habemus: ⁊ secūdū legē debet mori, quia filiū dei se fecit. Cum ergo audisset Pilatus hūc sermonē, magis timuit. Et ingressus est prętoriū iterū, ⁊ dicit ad Jesū: Unde es tu? Jesus aūt re-

sponsum nō dedit ei. Dicit
ergo ei Pilatus: Mihi non
loqueris: nescis ḋa ptesta-
tē habeo crucifigere te, & po
testatē habeo dimittere te?
Respōdit Jesus. Nō habe
res potestatē aduersum me
hīam: nisi tibi datū esset de
super. Propterea ꝙ me tra-
didit tibi, maius peccatum
habet. Et exinde querebat
Pilatus dimittere eū. Ju-
dei aūt clamabant, dicētes:
Si hūc dimittis, nō es ami
cus Cesaris: oīs enī qui se
regē facit, cōtradicit Cesari.
Pilatus autem cū audisset
hos sermones, adduxit fo-
ras Jesum: & sedit pro tri-
bunali, in loco qui dicit Li-
thostrotos, Hebraice autem
Gabbatha. Erat aūt para-
ta, et dicit Judeis: Ecce rex
vester. Illi aūt clamabant.
Tolle tolle, crucifige eum.
Dicit eis Pilatus: Regē ve-
strum crucifigā? Respōde
runt pontifices. Non habe-
mus regem, nisi Cesarem.
Tūc ergo tradidit eis illū,
ut crucifigeret. Susceperē
runt aūt Jesum, & eduxerūt
eū. Et bajulās sibi crucem,
exiuit in eū ꝙ dicit Calua-
rie locū, Hebraice aūt Gol-
gotha: vbi crucifixerūt eū,
& cū eo alios duos hinc & hinc,
medium aūt Jesum. Scripsit

aūt & titulū Pilatus, & po-
suit sup crucē. Erat aūt scri
ptū: Jesus Nazarenus Rex
Judeorū. Hunc ergo titu-
lū multi Judeorū legerunt,
ḋa ppe ciuitatē erat locus
vbi crucifixus est Jesus. Et
erat scriptū Hebraice, Gre-
ce, & Latine. Dicebāt ergo
Pilato pontifices Judeorū:
Noli scribere, rex Judeorū:
sed quia ipse dixit: Rex sum
Judeorū. Respōdit Pila-
tus: Quod scripsi, scripsi.

¶ Milites ergo cū crucifi-
xissent eū, acceperūt vestimē
ta eius (& fecerunt quatuor
partes, vnicuiq; militi par-
tē) & tunicā. Erat aūt tuni-
ca inconsutilis: desup cōtex
ta per totū. Dixerunt ergo
ad inuicē. Non scindamus
eā, sed sortiamur de illa cuī
us sit. Ut scriptura impleret,
dicēs: Partiti sunt vestimē
ta mea sibi, & in vestē meam
miserunt sortē. Et milites
quidē hec fecerūt. Stabāt
aūt iuxta crucē Jesu mater
eius, et soror matris eius
Maria Cleophe, et Maria
Magdalene. Cū vidisset er
go Jesus matrē & discipulū
stantē quem diligebat, dicit
matri sue: Mulier, ecce fili
us tuus. Deinde dicit discipu-
lo. Ecce mater tua. Et ex il-
la hora accepit eam discipu-
lus in sua. Postea sciēs Je

lus da oīa cōsummata sūt, vt cōsummaret scriptura, dicit: Sitio. Vas autē erat positū aceto plenū. Illi aūt spongiā plenā aceto: hyssopo circūponētes, obtulerūt ori eius. Cū ergo accepisset Jesus acetū, dixit: Cōsummatum est. Et inclinato capite, tradidit spiritum.

¶ Judei ergo (qm̄ parasceue erat) vt non remanerent in cruce corpora sabbato (erat enī magnus, dies ille sabbati) rogauerunt Pilatum, vt frangerentur eorum crura, & tollerentur. Venerunt ergo milites, et primi quidem fregerunt crura, & alterius qui crucifixus est cū eo. Ad Jesum autem cum venissent, vt viderunt eum iam mortuum, nō fregerūt eius crura, sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis et aqua. Et q̄ vidit, testimoniū perhibuit: & verum est testimonium eius. Et ille scit quia vera dicit, vt & vos credatis. Facta sunt enim hec, vt scriptura impleret. Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia scriptura dicit: Videbūt in quē trāsfixerūt.

¶ Post hec autem rogauit Pilatū Joseph ab Aramathea (eo qđ esset discipulus Jesu, occultus aūt propter metum Judeorum) vt tolleret corpus Jesu. Et permisit Pilatus. Venit ergo & tulit corpus Jesu. Venit aūt & Nicodemus, qui venerat ad Jesum nocte primum, ferēs mixturam myrrhe, & aloes quasi libras centum. Acceperunt autem corpus Jesu, & ligauerūt illud linteis, cum aromatibus, sicut mos est Judeis sepelire. Erat autem in loco vbi crucifixus est, ortus, & in orto monumētum nouum, in quo nōdum quisq̄ positus erat. Ibi ergo propter parasceuen Judeorum: quia iuxta erat monumentum, posuerunt Jesum.

Tertia lectio ex tractatu sancti Augustini sup̄ psalmos

Credet homo ad cor altū: & exaltabit Deus. Illi dixerūt: Quis nos videbit? Defecerunt scrutātes scrutinio consilia malia. Accessit homo ad ipsa consilia: passus est se teneri homo. Non enim teneret, nisi homo: aut videretur, nisi homo: aut cederet, nisi homo: aut crucifigeret & moreret, nisi homo. Accessit ergo hō, ad oēs illas passiōes que in illo nihil valerēt nisi esset homo. Sed si ille nō ellet homo, nō liberaret homo. Accessit homo ad cor altum, id

et, roz secretū: odūciēs aspe-
ctibus humanis hoiem: ser-
uās mtus deū: celās fozmā
Dei: in qua equalis est patri
& offerēs fozmam serui qua
minoz est patre. Ipse enī di-
xit vtrūq: sed aliud ex foz-
ma Dei, aliud ex fozma ser-
uī: dfxit ex fozma dei: ego et
pater vnū sumus. Dixit ex
forma serui, qm pater maioz
me est. Unde ex fozma dei?
ego & pat vnū sum⁹. Quia
nā arbitraⁿ ē esse se equalē
deo. Uñ ex fozma serui? qm
pater maioz me est: ḡa semet
ipsum exinaniuit: fozmam
serui accipiēs. Accessit ergo
ad foz altum: & exaltat⁹ est
tat⁹ dⁿs. Dō enī homo: & exal
ex infirmitate humana fuit.
Dō resurrexit & ascēdit ex
potestate diuina accedet ho
mo ad foz altū, foz secretū,
ubi abscōditū, non ostendēs
quid nosset, non ostendens
quid esset. **Ad laudes. Ant.**
Moꝛs ero moꝛs tua, moꝛ-
tus tuus ero inferne.
Ad vers. absolute dicit. Ant.
Alleluia, halleluia, halle-
luia. Vespere aūt sabbati, q̄
lucescit in prima sabbati, ve-
nit Maria Magdalene, & al-
tera Maria videre sepul-
chrum Halleluia. ℂ Deinde
psalmi de in psalterio & in q̄

patri & filio more solito, de-
bus finitis cū cātico. Ma-
gnificat repetit. Ant. Deus
de dicitur versus. Dñe ex-
audi ac. Oratio.

SPiritū nobis domine
tue charitatis infun-
de: vt quos sacramentis pa
schalibus saciasti: tua facias
pietate cōcordes: per. in uni
tate eiusdem ac. Uersus.
Benedicamus dño. Halle-
luia, halleluia. Resp. Deo gra
tias. Halleluia, halleluia. Fi
delium aīe p misericordiā ac.
Predicto modo dicit. Be-
nedicamus dño. Cum duplic.
Halleluia. in fine omnium
horarum per totam heb
domadam sequentem.
℣ Ad cōpletoriū. ℟. Con-
uerte nos Deus sa. ac. ℣ Deus
in adiutoriū me. ac. Halleluia.
& cetera oia vt supra aūt se-
ptuagesimā. Et in fine aīe.
Salua nos addit Alleluia.
vsq; ad Ascensionem.

ℂ DOMINICA RE-
surrectionis duplex
maius.

℣ Si hodie inciderit aliqd
festum simplex omittit om
nino. si aūt venerit ifra octa-
uā fiet commemo. de eo ſ-
nita prima aūa. Precioſa:
vt sup. dictum fuit. Si ve-
ro fuerit festū duplex, trās-
ferendum est post octa.

Ad matutinū. Inuitatoriū
Surrexit Dominus vere
Halleluya. Hymnus.

Aurora lucis rutilat,
celum laudibus in-
tonat: Mūdus ex-
ultans iubilat: Gemens in
fernus vlulat.

Cum rex ille.foztissimus.
Mozris confractis viribus,
Pede conculcans tartara.
Soluit a pena miseros.

Ille qui clausus lapide Cu
stoditur sub milite, Trium
phans pompa nobili, Ri-
doz surgit de funere.

Solutis iā gemitibus. Et
inferni dolozib9. Quia sur-
rexit Dominus. Resplen-
dens clamat angelus.

Gloria tibi domine, Qui
surrexisti a mozruis Cum
patre, & sancto spiritu. In
sempiterna secula. Amen.

℣ Notandū ē in fine oīm
hymnoꝝ tā festiuoꝝ q̄
ferialiū oibus hozis vsq;
ad ascensionē dicitur: ℣ Lo
ria tibi dñe, q̄ surrexisti. ℟.
Alleluia. Ego dozmiui, & somnū
repsi & exurrexi, qm̄ dñs su-
cepit me, halleluia, halleluia

℣ Ex Jona pzopheta. Le.i.

Et pzeparauit dñs pi-
sce grādē, vt deglutī-
ret Jonā: & erat Jonas in
vētre piscis tribus diebus
& tribus noctibus. Et oza-
uit Jonas ad dñm deū suū
de vtero piscis. Et dixit,
Clamaui de tribulatiōe mea
ad dñm, & exaudiuit me de
vētre inferi clamaui et exau
disti vocē meā. Et pzoiecisti
me in pfundū in corde ma-
ris, & flumē circūdedit me,
oēs gurgites tui et fluctus
tui sup me trāsierūt. Et ego
dixi, Abiectus sum a con-
spectu oculoꝝ tuoꝝ: verūtā
rursus videbo tēplū sanctū
tuū. Circūdederūt me aque
vsq; ad aiam: abyssus valla
uit me pelagus operuit ca-
put meū. Ad extrema mon-
tiū descēdi, terre vectes cō-
cluserunt me in eternum, &
sublevabis de coꝛruptione
vitā meā, dñe deus meus.
Cū angustiaret in me aīa
mea, dñi recozdatus sum, vt
veniat ad te oratio mea ad
tēplū sanctū tuū. Qui cu-
stodiunt vanitates frustra
miam suā dereliquēt. Ego
aūt in voce laudis immola
bo tibi, quecūq; vouī redda
pro salute domino. Et dixit
dominus pisci: et euomuit
Jonam in aridam.

℣ Scōm Matthēum. Le.i.

Expere aūt sabbati &
lucescit in prima sab-
bati, venit Maria Magda-
lene, & altera Maria videre
sepulchrū. Et ecce, terremo
tus factus est magnus, an-
gelus enim dñi descēdit de ce-

lo: ⁊ accedēs, reuoluit lapi-
dē, ⁊ sedebat super eū, erat
aūt aspectus eius: sicut
gut, ⁊ vestimētū eius sicut
niv. Pre timore aūt eius, ex
territi sūt custodes ⁊ facti sūt
velut mortui. Respōdēs autē
angelus, dixit mulieribꝰ. No
lite timere vos, scio enī qđ
Jesū ⁊ crucifixus est, nō est
hic: surrexit enim sic
ut dixit. venite, ⁊ videte lo-
cum, vbi positus erat dñs.
Et cito euntes, dicite discipu
lis eius quia surrexit: ⁊ ecce
precedet vos in Galileā, ibi
eū videbitis, ecce prędixi vo
bis. Et exierunt cito de mo
numēto cū timore ⁊ gaudio
magno, currētes nūtiare di
scipulis eius. Et ecce Jesus
occurrit illis, dicēs: Iuete.
Ille aūt accesserūt ⁊ tenue-
rūt pedes eius, ⁊ adorauerūt
eū. Tūc ait illis Jesus, No
lite timere ite, nūtiate fra
tribus meis vt eāt in Gali
leā, ibi me videbūt. Que cū
abissent, ecce q̄dā de custo-
dibus venerūt in ciuitatē, ⁊
nūtiauerūt pncipibꝰ sacerdo
tū oīa q̄ facta fuerāt. Et cō
gregati cū seniorībꝰ cōsilio
accepto: pecuniā copiosam
dederūt militibꝰ, dicētes, Di
cite. Quia discipuli eius no
cte venerūt ⁊ furati sunt eū
nobis dormiētibus ⁊ si hoc
auditum fuerit a pīde nos
suadebimꝰ ei, ⁊ securos vos
faciemꝰ. Illi aūt accepta pecu
nia fecerūt sicut erāt edocti.
Et diuulgatū est xp̄m istud
apd Judeos, vsq; in hodier
nū diē. ℭ Undecī aūt discī-
puli abierunt in Galileā, in
mōtē vbi cōstituerat illis ie
sus. Et vidētes eū adorauē
rūt, qdā aūt dubitauerūt.
Et accedēs Jesus locutꝰ est
eis dicēs, Data est mihi oīs
ptās in celo ⁊ in terra. euntes er
go docete oēs gētes: baptizā
tes eos in nōe patris ⁊ filij
⁊ spūs scī docētes eos ser-
uare oīa q̄cūq; mādaui vo
bis, ⁊ ecce ego vobiscū sum
oībus diebus, vsq; ad cōsū-
mationem seculi.

ℭ Tertia lectio sēm Mar.

In illo tpe. Maria Mag- Ca. 16.
dalene ⁊ maria Jacobi ⁊ Sa
lome abeuntes emerūt aro
mata vt veniētes vngerent
Jesum. Et reliqua.

ℭ Homilia beati Grego. pa.

Multis vobis lectioni
bus fratres charissi-
mi p dictatū loq̄ cōsueui, sed
da lacescente stomacho ea q̄
dictauerā, legere ipse nō pos-
sum, ⁊ qdā vestrū minus li-
bēter audictes intueoꝝ. Ut
nūc a memetipso exire cōtra
mo zemvolo: vt inter sacra
millax. solēnia lectionē san-
cti euāgelij, nō dictando: sed
colloquēdo edisserā, sicq; ex-

ciplaꝝ vt loqmur. Quia col
locutiõis vox coꝛda tozpen
tia: plus ỹ lectiõis sermo ex
citat, ⁊ quasi q̃dã manu soli
citudinis vt euigilẽt pulsat
Et q̃dẽ ad hoc opus me suf-
ficere posse nõ video: sed tñ
vires quas impitia denegat
charitas mistrat, Scio nãq;
q̃ dixit. Aperi os tuũ⁊ adim
plebo illud. Bonũ ergo opꝰ
nobis in volũtate sit: nã ex
diuino adiutozio erit in pse
ctiõe Dat loquẽdi ausũ etiã
resurrectiõis dñice tãta so-
lẽnitas, Quia idignũ valde
est vt eo die laudes debitas
taceat lingua carnis, q̃ videli
cet die caro resurrexit aucto
ris, Audistis trẽs charissimi
ỹ sctẽ mulieres q̃ dñm sue
rãt secute cũ aromatibꝰ ad
monumẽtum venerũt, ⁊ et
quẽ viuẽtẽ dilexerãt: etiam
moztuo studio humanita-
tis obsequũt. Sed res gesta
aliq̃d in sctã ecclia signt gerẽ
dũ. Sic ꝺppe necesse est vt
audiamꝰ q̃ sctã sũt, quatenꝰ
cogitamus etiã q̃ nobis sũt
ex eoꝝ imitatiõe faciẽda. Et
nos ergo i eũ q̃ est moztuꝰ
credẽtes si odoze Rtutũ refe
cti cũ opiniõe bonoꝝ operũ
dñm q̃rimus, ad monumen
tũ ꝓcedo illius cũ aromati
bus venim⁹. Post tertiã le
ctionẽ dicit. Te deũ lauda.
semper vsq; ad aduentum.

Ad laudes ah
urrexi, ⁊ adhuc tecũ sũ: hal
leluia. Posuisti sup me manũ tuã: hal
leluia. Scientia tua facta est mirabilis: hal
leluia, hallelui
a. Psalmus. Dixit dñs dño meo. Ad
repetitã aña mox soluitur
post aña dicit. Hec est dies
quã fecit dñs, exultemus et
letemur i ea Hallelui
a. Ad
fieri debet i diebꝰ hoꝝ p ro
tam octa. Uersus. Domine
exaudi. ⁊c.

Deus q̃ hodierna die
ỹ vnigenitũ tuũ rede
mptis nobis aditũ dedisti
moꝛte relerasti: vota nostra
q̃ pueniẽdo aspiras: etiã ad
iuuando ꝓsequere. ỹ tu.

Ad ptimam, tertiã, sextã
et nonam: Iñra. Hallelui
a, halleluia, hallelui
a. Ad vesperas. Hymnus.

Deus agm pzoridi.
Et stolis albis radi
di: Post trãsitũ maris ru-
bri Chzisto canamꝰ pzincipi.

Cuius coꝛpus sanctissi
mum, In ara cruꝛis coꝛpo-
dũ. Cruoꝛ eiꝰ roseo Cultã-
do viuimus deo.

Pzotecti pascbe vespe, I
devastãte angelo: Erepti de
durissimo Pharaõis ꝑsecu
tã pascha nostrũ Chzistꝰ
est. Qui immolatus agnus
est: Syncerita tis azima Ca
ro eius oblata est.

Quo vere digna hostia Per
quã fracta sunt tartara: Re
dẽpta plebs captiuata, Red
dita vite pzemia.

Cum surgit Christus tumulo, victor redit de barathro Tyrannū trudēs vinculo. Et reserās paradisum regnat, ac. Ańa. Halleluia: gaudii sunt discipuli visō dō nostro: halleluia.

¶ Notandū ꝙ inuitatoriū, hymni, & ańe huius diei dicūt tota octauā, & deinde dsca ad altertionē qđ fit officiū de dnica vel de feria.

¶ Itē notādū ꝙ in ańis de octauis: & in ańa cōplete vsq; ad alcēsionē, & in benedicto tpe omittūt ańe assertam, sextam, et nonam. dnp. ex Genesi. Lectio. i.

Hec ergo sunt ģnationes Isaac filij Abrahā. Abrahā genuit Isaac, qui cū quadraginta esset annorū: duxit vxorē Rebeccā filiam Bathuelis Syri de Mesopotamia, sororē Laban. De pyrecatusq; est Isaac dñm ꝓ vxore sua, eo ꝙ esset sterilis, & exaudiuit eū & dedit cōceptū Rebecce. Sed collidebātur in vtero eius paruuli, & ait, Si sic mihi futurū erat: dō necesse fuit me cōcipere? Perrexitq; Rebecca vt consuleret dñm. Qui rēdens, ait, Due gētes sunt in vtero tuo, & duo ppli ex vētre tuo dividentur, populusq; populū superabit, & maior seruiet minori. Iā tēpus pariēdi aduenerat, & ecce gemini in vtero eius repti sunt. Qui ꝓmus egressus est, rufus erat, & totus i morē pellis hispidus: vocat ūq; est nomē eius Esau. Ꝓtin⁹ alter egrediēs plā tā fratris tībat manu & idcirco appellauit eū Jacob. Sexagenarius erat Isaac qñ nati sūt ei paruuli. Qui bus adultis factus ē Esau vir gnarus venādi, & hō agricola, Jacob aūt vir simplex habitabat i tabernaculis. Isaac amabat Esau: eo qđ de venatiōibus illius vesceret: & Rebecca diligebat Jacob. Coxit autē Jacob pulmētū ad quē cū venisset Esau de agro lassus: ait Da mihi de coctiōe hac rufa, qa oppido lassus sū. Quā ob causā vocatū est nomē eius Edō: Cui dixit Jacob. Vē de mihi pzimogenita tua. Ille rndit. En morior, qđ mihi ꝓderunt pzīogenita? Ait Jacob. Jura ergo mihi. Jurauit ei Esau: & vēdidit pzimogenita. Et sic accepto pane & lētis edulio comedit, & bibit, & abijt, paruipēdēs qđ pzīogenita vēdidisset.

¶ Secundum Marcum. Lectio secunda.

ET cū trāſiſſet ſabba-
tū, Maria Magdalene &
Maria Iacobi & Salome e
Ca.16 merūt aromata vt venien-
tes vngerēt Jeſū. Et valde
mane vna ſabbatozū veni-
unt ad monumētū. Orto iā
ſole. Et dicebāt ad inuicem,
Quis reuoluet nobis lapi-
dē ab oſtio monumenti? Et
reſpicientes, viderūt reuolu-
tū lapidē, Erat quippe ma-
gn⁹ valde. ¶ Et introeun-
tes in monumētū, viderūt
iuuenem ſedentē in dextris,
cooptum ſtola cādida, & ob
ſtupuerunt. Qui dicit illis,
Nolite expaueſcere. Jeſū q̄
rritis nazarenū, crucifixū? ſur
rexit nō ē hic ecce loc⁹ vbi p
ſuerunt eū. Sed ite, dicite
diſcipulis eius & Petro: q̄ō
przecedet vos in Galilea, ibi
eū videbitis, ſicut dixit vo
bis, At ille exeūtes fugerūt
de monumēto: tuaſerat enī
eas tremoz & pauoz: & nemi
ni q̄cq̄ dixerūt, timebāt enī
Surgēs aūt Jeſ⁹ mane p̄-
ma ſabbati, apparuit przimo
Marie Magdalene: de qua
ciecerat ſeptē demonia. Il-
la vadēs, nūtiauit his q̄ cū
eo fuerāt, lugētibus & flen-
tibus, Et illi audientes q̄a
viueret & viſus eſſet ab ea,
nō crediderēt. ¶ Poſt hec aūt
duobus ex his ambulanti-
bus oſtenſus eſt in alia effi-
gie: eūtibus in villā, et illi
euntes nūtiauerūt ceteris:
nec illis crediderunt.
¶ Nouiſſime aūt recūben-
tibus illis vndecim appa-
ruit & exprobrauit incredu-
litatē eoz & durities cordis,
q̄a his q̄ viderāt eū reſur-
rexiſſe non crediderunt. Et
dixit eis, Euntes in mūdū
vniuerſū, p̄dicate euāgeliū
oī creature, q̄ crediderit et
baptizat⁹ fuerit, ſalu⁹ erit,
q̄ vero nō crediderit cōdēna
bit. Signa aūt eos q̄ credi-
derint hec loquent. In no-
mine meo demonia ēiicient,
linguis loquentur nouis,
Serpētes tollēt, Et ſi mor-
tiferum q̄d biberint nō eis
nocebit. Sup egros manus
imponēt: & bene hābebunt.
¶ Et dñs q̄dē Jeſus poſtq̄
locutus eſt eis, aſſumptus
eſt in celū, & ſedit a dextris
dei: Illi aūt pzofecti, predi-
cauerunt vbiq̄, dño cooper-
rante, & ſermonē confirmā-
te ſequentibus ſignis.

¶ Tertia lectio ſcōm Ma. cap. 14.

IN illo tempoze: Duo
ex diſcipulis Jeſu ibāt
ipa die in caſtellū q̄dē erat in
ſpacio ſtadioz ſexaginta ab
Jeruſalē noīe Emaꝰ. Et ce-

Homilia ſcti Gregozij pape.

IN quotidianis nobis
ſolēnitatē labozantib⁹
pauca loquenda ſunt & fo-

ſalle hec vtilius p̄oderunt
da ſepe et alimenta que mi-
nus ſufficiunt auidius ſu-
munt. Lectionis ergo euan
gelice ſummati ſenſum ſta-
tui non p̄ ſingula verba di-
ſcutere ne dilectionē veſtrā
valeat ſermo p̄lixior exp
ſitionis onerare. Ecce audi
bus fratres chriſti, q̄a duo-
in via nō q̄dem credētibus,
ſed tm̄ de ſe loquētibus dn̄s
apparuit, ſed eis ſp̄m quā
recte cognoſcerēt nō oſtdit.
Hoc ergo egit foris dn̄s in
oculis corp̄is, qđ apd̄ ipſos
agebat int⁹ in oculis cordis.
Ip̄i nāq; apd̄ ſemetip̄os: in
r⁹ n̄r̄ amabat n̄r̄ dubitabant.
Eſsaū dn̄s foris n̄r̄ p̄ns a-
derat n̄r̄ q̄s eſſet nō oſtdebat.
De ſe ergo loquētib⁹ p̄ntiā
exhibuit: ſed de ſe dubitan-
bus cognitiōis ſue ſp̄m oc
cultauit. Verba q̄dem cōtu
lit. duritiā intellectus incre
pauit. Scripture ſacre my-
ſteria q̄ de ipſo erāt aperuit,
ſe tm̄ q̄a adhuc in cor̄ cordi-
bus pegrinus erat a fide ire
ſe lōgius finxit. Fingere nā
q̄ cōponere dicimus. Unde
& compoſiti corpes lutti figulos
vocamus.

Oratio.

DEus q̄ ſolēnitate pa-
ſchali mūdo remedia
cōtulisti pp̄m tuū q̄s Dn̄e
celeſti dono p̄ſequere: vt et
p̄fectā libertatē cōſequi me
reat: n̄r̄ ad vitā p̄ficiat ſempi
ternā: p. ℂ Feria.iij. de octa
ua dnp. ex Geneſi. Lectio. i.

ORta aūt fame ſup ter ca.26
rā poſt eā ſterilitatē q̄
acciderat in diebus Abzahā
abiit Iſaac ad Abimelech re
gē Paleſtinoz̄ in Gerara.
Apparuit q̄ ei dn̄s, n̄r̄ ait, Ne
deſcendas in Egyptum, ſed
quieſce in terra quā dixero
tibi. Et peregrinare in ea
eroq; tecū, et benedicā tibi,
tibi enī et ſemini tuo dabo
vniuerſas regiones has, cō
plens iuramentū quod ſpo
pondi Abzaham, patri tuo.
Et multiplicabo ſemē tuū
ſicut ſtellas celi: daboq; po-
ſteris tuis vniuerſas regio
nes has: et benedicent in ſe
mine tuo oēs gētes terre, eo
quod obedierit Abzahā vo-
ci mee, et cuſtodierit p̄cece-
pta et mandata mea, n̄r̄ cere-
monias legeſq; ſeruauerit.
Manſit itaq; Iſaac in Ge-
rara. Qui cum interroga-
retur a viris loci illius ſu-
per vxore ſua n̄r̄ ſuā oſtdit. Soz̄or
mea eſt, timuerat enī confi-
teri qđ ſibi eſſet ſociata con
iugio: reputās ne forte in-
terficerent eum propter il-
lius pulchzitudinem. Cūq;
pertranſiſſent dies plurimi,
et ibidem morarentur, p̄ſ-
ſpiciens Abimelech rex pa-

leſtinozum per keneſtrã, vi- ꝙ crucifigt ꝙ die tertia reſur
dit eũ iocantẽ cũ Rebecca gere, Et recozdate ſunt ver
vxoze ſua , Et accerſito eo bozũ eius. Et regreſſe a mo
ait. Perſpicuũ eſt quod vx- numento, nuntiauerũt hec
oz tua ſit cur mentitus es, omnia illis vndecim ꝙ cete
eam ſozozẽ tuam eſſe? Re- ris oĩbus. Erat aũt Ma
ſpondit. Timui ne mozerer ria Magdalene ꝙ Joanna,
pzopter eam. Dixitq; Abi- ꝙ Maria Jacobi, et cetere
melech , Quare impoſuiſti que cum eis erant, que dice
nobis? potuit coire quiſpiã bant ad Apoſtolos hec. Et
de populo cum vxoze tua, ꝙ viſa ſunt ante illos ſicut de
induxeras ſuper nos gran- liramentũ verba iſta, ꝙ non
de peccatũ. Pzecepitq; om- crediderũt illis, Petrus au
ni populo dicens. Qui te- tem ſurgẽs cucurrit ad mo
tigerit hominis huius vx- numẽtũ, ꝙ pzocũbens vidit
ozem, mozte moziet ur. linteamina ſola poſita et a-

¶ Secundũ Lucã. Lect. ij. bĩt ſecũ mirans quod fa
Ca. 24. Una aũt ſabbati val ctum fuerat. ¶ Et ecce duo ex il
de diluculo venerunt lis ibant ipſa die in caſtellũ
ad monumentum pozta- qđ erat in ſpatio ſtadioꝝ ſex
tes que parauerant aroma aginta ab Jeruſalẽ, nomine
ta , et inuenerunt lapidem Emaus: ꝙ ipſi loquebantur
reuolutum a monumento. ad inuicẽ de his oĩbus que
Et ingreſſe non inuenerũt acciderãt. Et factũ eſt, dum
cozpus domini Jeſu, Et fa fabularentẽ ꝙ ſecũ quererẽt,
ctum eſt, dum mente conſter ꝙ ipſe Jeſus appzopinquãs
nate eſſent de iſto , ecce duo ibat cũ illis, oculi aũt illoꝝ
viri ſteterunt ſecus illas in tenebantẽ, ne eũ agnoſcerẽt.
in veſte fulgenti. Cum ti- Et ait ad illos, Qui ſunt hi
merent autem, ꝙ declinarẽt ſermones quos cõfertis ad
vultum in terram, dixerũt inuicem, ambulãtes, ꝙ eſtis
ad illas. Quid queritis vi triſtes? Et rñdẽs vnus cui
uentem cum mozt uis ? non nomẽ Cleophas, dixit ei, tu
eſt hic ſed ſurrexit, recozda- ſolus, peregrinus es in Je
mini qualiter locut⁹ eſt vo ruſalẽ, ꝙ nõ cognouiſti que
bis, cũ adhuc in Galilea el- facta ſunt in illa, his dieb⁹?
ſet, dicens, Quia opoztet fi Quib⁹ ille dixit, Que? Et
lium hominis tradi in ma- dixerũt, De Jeſu Nazare-
nus hominum peccatozum no ꝙ fuit vir ꝓpheta, potẽs

in pete ꝛ ſermone eozā deo
s di popūo. Et q̄o eū tra
diderūt ſūmi ſacerdotes, et
principes noſtri in dānatio
nē moztis, ꝛ crucifixerūt eū
nos aūt ſperabamus quia
ipſe eſſet redēpturus Iſrael
ꝛ nūc ſup hec omnia, tertia
dies eſt hodie quod hec facta
ſunt. Sed et mulieres q̄dā
ex noſtris, terruerūt nos q̄
ante lucem fuerūt ad monu
mentū: ꝛ nō inuēto cozpoze
eius venerūt dicētes ſe etiā
viſionē angelozū vidiſſe qui
dicūt eū viuere. Et abierūt
quidā ex noſtris ad monu
mentū: ꝛ ita inuenerunt ſi
cut mulieres dixerunt, ipſū
vero non inuenerūt. Et ipe
dixit ad eos. O ſtulti ꝛ tar
di cozde ad credendū in om
nibus que locuti ſunt pphe
te: nonne hec opoztuit pati
Chriſtū, ꝛ ita intrare in glo
riam ſuam?

¶ Tertia lectio. ſermo ſancti Auguſtini Epiſcopi.

PAſcha Chriſti fratres
chariſſimi ſi regnū eſt
celozū, ſalus mūdi, occaſus
inferni, gloria ſupnoz vita
credentiū, reſurrectio moz
tuoz, teſtimoniū miſeratio
nis diuine, preciū redēptio
nis humane, contritio moz
tis abolite. Que feſtiuitas
Dei ſacra miſteria ꝛ incō
gnita ſacramēta, virtutem
dominice reſurrectionis per
angelos indicat: ꝛ populos
manifeſtat. Hec ergo ē dies
dilectiſſimi quā fecit dñs vt
auditis, excelliozē cūctis, dul
ciozi vniuerſis i qua dñs re
ſurrexit, in qua nouam ſibi
plebē vt ipſi videtis genera
tionis ſpū conſtituit: in qua
ſingulozū mētes gaudio, et
exultatione pfudit: ſic ergo
dies reſurrectionis Chriſti
defunctis vita: pcōzibus ve
nia ſāctis eſt gloria. Si q̄dē
operatione virtutū eleuat
de imis, ſuſcitat ꝛ terrenis
collocat in excelſis, cōfirmat
iuſtos, firmat dubios, dam
nat incredulos. Ad hoc em
dñs reſurrexit vt imaginē
future reſurrectiōis oſtēde
ret, Et ideo hodie ad vitale
lauacrū reſurgēs dei pplus
inſtar reſurrectiōis eccleſiā
noſtrā ſplēdoze nueo illumi
nat. Gratias ḡo noſtro age
re debemus: q̄ dum ſancti
paſche ſolēnitatē colim⁹ fu
ture reſurrectionis ſpeciē iā
videmus: Reſurrecturū eſt
enim genus humanum in
ſeculi conſummatione poſt
moztē: nunc reſurgit in bap
tiſmo. Oratio.

DEus qui eccleſiā tuā
nouo ſemp fetu mul
tiplicās, cōcede famulis tuis
vt ſacramētū viuēdo teneāt
quod fide perceperunt: per.

¶ Feria quarta de octaua ex Geneſi. Lectio prima.

SEuit aũt Iſaac in terra illa ⁊ inuenit in ipo anno centuplũ, bñdixitq; ei dñs. Et locupletat⁹ eſt homo, et ibat proficiens atque ſucrescens, donec magnus vehemẽter effectus eſt, habuitq; poſſeſſiones ouiũ et armentozũ et familie plurimũ. Ob hoc inuidentes ei Paleſtini, oẽs puteos ꝙs foderãt ſerui patris illius Abzahã, illo tpe obſtruxerũt, implẽtes humo, in tm vt ipſe Abimelech diceret ad Iſaac, Recede a nobis, qm̃ potẽtioz nobis factus es valde. Et ille diſcedẽs vt veniret ad tozrẽtem Gerare habitaretq; ibi, rurſum fodit alios puteos, quos foderãt ſerui pẽis ſui Abzahã, ⁊ ꝙs illo moztuo oli obſtruxerãt Phĩliſtĩm: appellauitq; eos eiſdẽ noĩbus quibus ante pater vocauerat, Foderũtq; in tozrẽte, ⁊ repererũt aquã viuam. Sed ⁊ ibi iurgium fuit paſtozũ Gerare aduerſus paſtozes Iſaac dicẽtiũ: noſtra eſt aqua, quã ob rem nomẽ putei ex eo quod acciderat, vocauit Calũniam. Foderũt aũt ⁊ aliũ, ⁊ p illo quoq; rixati ſunt appellauitq; eũ Inimicitias. Pzo fectus inde fodit aliũ puteũ, pzo ꝙ nõ contẽderũt, itaq; vocauit nomẽ eius. Latitudo, dicens, Nunc dilatauit nos dominus, et fecit crescere ſuper terram.

¶ Secũm Lucam. Lectio ii.

IN illo tẽpore, cum incipiens a Moyſe, ⁊ oĩbus prophetis, interpzetabatur illis in oĩbus ſcripturis que de ipſo erant. Et appzopinquauerunt caſtello quo ibant: et ipſe ſe finxit longius ire. Et coegerunt illum, dicentes Mane nobiſcũ, qm̃ adueſpeꝛaſcit ⁊ inclinata eſt iã dies. Et intrauit cũ illis. Et factum eſt: dũ recũberet cum eis: accepit panẽ, ⁊ bñdixit ac fregit, et pozregebat illis. Et aperti ſunt oculi eozum ⁊ cognouerunt eũ ⁊ ipſe euanuit ex oculis eozũ. Et dixerũt adinuicẽ, Nonne cor nostrũ ardẽs erat in nobis, dũ loqueretur in vĩa, ⁊ aperiret nobis ſcripturas? Et ſurgentes eadem hozа regreſſi ſunt in Ieruſalem, ⁊ inuenerunt congregatos vndecim, ⁊ eos ꝙ cũ illis erãt, dicentes. Quod ſurrexit dñs vere, ⁊ apparuit Simoni. Et ipſi narrabãt ꝙ geſta erãt i vĩa, ⁊ qñ cognouerãt eũ in fractiõe panis. ¶ Dũ aũt hec loquunt̃, ſtetit Ieſus in medio eozũ, et dicit: Pax vobis, ego ſum, nolite

timete. Conturbati vero et cõterriti, existimabãt se spiritum videre. Et dixit eis, Quid turbati estis, & cogitationes ascendũt in corda vestra? Videte manus meas & pedes, quia ego ipse sum, palpate & videte: quia spũs, carnẽ & ossa non habet, sicut me videtis habere. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus & pedes. Adhuc autẽ illis nõ credẽtibus & mirãtibus præ gaudio dixit, habetis hic aliquid quod manducẽt? At illi obtulerunt ei partẽ piscis assi, & fauũ mellis. Et cum mãducasset coram eis, sumẽs reliquias dedit eis. Et dixit ad eos. Hæc sunt verba quæ locutus sum ad vos cum adhuc essem vobiscũ, quõm necesse est impleri oĩa quæ scripta sunt in lege Moysi & prophetis & psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerẽt scripturas, & dixit eis. Quia sic scriptũ est, & sic oportebat Christũ pati: et resurgere a mortuis tertia die: & prædicari in nomine eius pœnitentiã & remissionẽ peccatorũ in oẽs gentes incipiẽtibus ab Jerosolyma. Vos autẽ testes estis horum. Et ego mittã promissum patris mei in vos: vos autẽ sedete in ciuitate, q̃ ad vsq; induamini virtute ex alto. Eduxit autẽ eos foras in Bethaniã & eleuatis manibus suis benedixit eis. Et factũ est, dũ benediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in celum. Et ipsi adorantes regressi sunt in Jerusalẽ cũ gaudio magno: & erãt semp̃ in templo laudãtes & bñdicẽtes dñm. Amẽ.

¶ Tertia lectio dñm Joãnẽ

IN illo tẽpore. Manifestauit se iterum Jesus discipulis suis ad mare Tyberiadis, manifestauit aũt sic. Erãt simul Simõ Petr⁹ & Thomas q̃ dr̃ Didym⁹. et re

Ca. 21.

Homilia sti Gregorij pape.

LEctio sancti euãgelij q̃ modo in vestris auribus lecta est fratres charissimi questione animũ pulsat, sed pulsatione sua dim discretiõis incitat. Queri etenim potest, cur Petrus qui peccatoz ante conuersionem fuit, post cõuersionẽ ad piscationẽ redijt. Et cũ veritas dicat, nemo mittens manũ suã ad aratrũ, & aspiciẽs retro, aptus est regno dei, cur repetijt qõ reliquit? Sed si virtus discretionis inspicitẽ citius videtur quia nimirũ negociũ qõ ante cõuersionẽ sine peccato extitit, hoc etiã post conuersionem repetere culpa non fuit. Nã peccatorẽ Petrũ Matthæũ vero theolonearium scimus. Et post cõ

nerſtonē ſuā ad piſcationē
Petrus redijt. Mattheus
vero ad thelonei negociū nō
reſedit. Quia aliud eſt victū
per piſcationē querere aliud
thelonei lucris pecunias au
gere. Sunt eñ pleraq; nego
cia que ſine peccatis exhibe-
ri, aut vix, aut nullatenus
poſſunt. Que ergo ad pecca
tum implicāt, ad hec neceſſe
eſt vt poſt conuerſionē ani-
mus non recurrat. Queri
etiā poteſt, cur diſcipulis in
mari laboꝛantibus poſt re-
ſurrectionē ſuā dñs in litto
re ſtetit, quia ante reſurrec-
tionem ſuā coꝛā diſcipulis
ſuis in fluctibus maris am
bulauit? Cuius rei ratio ſe
ſtine cognoſcitur ſi ipſa que
tunc inerat cauſa penſetur.
Quid eñ mare niſi ſeculū deſignat quod ſe cau
ſarū tumultib⁹ & vndis vite
coꝛruptibilis illidit. Oratio

DEus qui nos reſurre
ctionis dñice annua
ſolennitate letificas, cōcede
pꝛopitius: vt per tēpoꝛalia
feſta que agim⁹ puenire ad
gaudia eterna mereamur. p

¶ Feria quinta de oct. ex Ge
neſi. lectio pꝛima.

ASCendit aūt Iſaac ex
illo loco in Berſabee,
vbi apparuit ei dñs in ipſa
nocte dicēs: Ego ſum deus
Abꝛahā patris tui, noli time
re, qꝛa ego tecū ſum, & benedi
cā tibi, & multiplicabo ſemē
tuū pꝛopter ſeruū meū Abꝛa
hā. Itaq; edificauit ibi ala
re, & inuocato noīe dñi, exte
dit tabernaculū, pꝛecepitq;
ſeruis ſuis vt foderent pu
teū. Ad quē locū eū venīſſet
de Geraris Abimelech, et
Ochoꝛath amicus illius, et
Phicol dux militū, locutus
eſt eis Iſaac: Quid venistis
ad me hominē quē odiſtis
et expulſiſtis a vobis? Qui
reſponderūt: Vidimus re
dximus: ſit iuramētū inter
nos, & ineamus fedus, vt nō
facias nobis quicq; mali, ſi-
cut & nos nihil tuoꝛū attigi
mus nec fecimus qđ te lede
ret ſed cum pace dimiſimus
auctū benedictione dominū.
Fecit ergo eis conuiuium, &
poſt cibum & potū ſurgētes
mane, iurauerunt ſibi mu-
tuo, dimiſitq; eos Iſaac pa
cifice in locū ſuū. Ecce aūt
venerunt in ipſo die ſerui
Iſaac, annūtiantes ei de pu
teo quē foderant atq; dicen
tes: Inuenim⁹ aquā. Vnde
appellauit eū Abundantiam
& nomen vꝛbi impoſitū eſt
Berſabee vſq; in pꝛeſentem
diē. Eſau vero quadꝛagena
rius duxit vꝛoꝛes. Iudith
filiam Beeri Hethei & Baſe
math filiā Elon eiuſdē loci,

que ambe offenderant animum Isaac ⁊ Rebecce.

Ca.20 ¶ Secundū Joannē Lect.ij

Una aūt sabbati Maria Magdalene venit mane cū adhuc tēbre essent ad monumentū, ⁊ vidit lapidem sublatū a monumēto. Cucurrit ergo et venit ad Simonē Petrū, ⁊ ad alium discipulū quē amabat Jesus, ⁊ dicit illis: Tulerunt dñm de monumento, ⁊ nescimus vbi posuerunt eū. Exijt ergo Petrus ⁊ ille alius discipulus ⁊ venerunt ad monumentū. Currebant autem duo simul, ⁊ ille alius discipulus precurrit citius Petro, ⁊ venit primus ad monumentū. Et cū se inclinasset, vidit posita linteamina, nō tñ introiuit. Venit ergo Simon Petrus sequēs eū ⁊ introiuit in monumentū, ⁊ vidit linteamina posita, et sudariū qđ fuerat super caput eius, nō cū linteaminibus positum, sed separatim involutū in vnū locū. Tūc ergo introiuit ⁊ ille discipulus qui venerat primus ad monumentū, ⁊ vidit ⁊ credidit: nondum enim sciebant scripturā, qa oportet eum a mortuis resurgere. Abierunt ergo iterū discipuli ad semetipsos. ¶ Maria aūt stabat ad monumētū, foris plorans. Dū ergo fleret, inclinauit se ⁊ prospexit in monumentū ⁊ vidit duos angelos in albis sedentes, vnū ad caput ⁊ vnū ad pedes, vbi positū fuerat corpus Jesu, dicunt ei illi. Mulier, quid plorās? Dicit eis: quia tulerunt dominū meū, ⁊ nescio vbi posuerunt eum. Hec cū dixisset, conuersa est retrorsum, et vidit Jesum stantē, et non sciebat quia Jesus est. Dicit ei Jesus: Mulier quid plorās? Quē queris? Illa existimans quia ortulanus esset, dicit ei: Dñe si tu sustulisti eū, dicito mihi vbi posuisti eum, et ego eū tollam. Dicit ei Jesus Maria: cōuersa illa dicit ei: Rabboni quod dicitur magister. Dicit ei Jesus: Noli me tāgere, nondum enim ascendi ad patrem meum: vade aūt ad fratres meos ⁊ dic eis: Ascendo ad patrem meum, ⁊ patrem vestrum, deū meū ⁊ Deū vestrū: venit Maria Magdalene annūtians discipulis, quia vidi dominum ⁊ hec dixit mihi.

¶ Tertia lectio scōm Joānē

Ca.20 In illo tpe Maria stabat ad monumentum foris plorans. Et reliqua.

Homilia scti Gregorij pape.

Maria Magdalene que fuerat in Ciuitate

peccatrix, amando veritatē
lauit lachrymis maculas cri
minis, & vox veritatis imple
tur q̄ dicitur. Dimissa sunt
ei peccata multa, q̄m dilexit
multū: que etiā frigida p̄ius
peccando remanserat, post-
modū amando foztiter arde
bat. Nā postq̄ venit ad mo
numentū, ibiq̄ corpus dñi
cū non inuenit sublatū cre-
didit, atq̄ discipulis nūtia-
uit. Qui venientes viderūt
atq̄ ita esse vt mulier dixe
rat crediderunt. Et de eis
p̄tinus scriptū est. Abierūt
ergo discipuli ad semetipsos
Ic deinde subiungitur: Ma
ria stabat ad monumentum
foris plozans: quā in re pen
sandum est huius mulieris
mentē, quanta vis amoris
accenderat q̄ a monumento
dñi etiā discipulis recedēti-
bus non recedebat. Exquire
bat quē nō inueniebat. Fle-
batinquirendo, & amoris sui
igne succensa, eius quē abla
tū credidit ardebat desiderio
Unde contingit, vt tunc cū
sola videret que remāsit, vt
q̄reret. Quia nimirū virt⁹
boni operis perseuerātis est
& voce veritatis dicit. Qui
autē perseuerauerit vsq̄ in
finē hic saluus erit. Oratio
Deus qui diuersitatē gen-
tium in cōfessione tui nois
adunasti, da vt renatis fon-
te baptismatis vna sit fides
mentiū, & pietas actionū: p.

C Fc. vi. de oct. ex Gen. 27.

Senuit aūt Isaac & ca-
ligauerūt oculi eius, &
videre nō poterat. vocauit q̄
Esau filiū suum maiozē, et
dixit ei: Fili mi: qui rūdit:
Adsum. Cui pater. Vides,
inquit, q̄ senuerim & ignoz
diē moztis mee. Sume ar-
ma tua, pharetrā & arcum, &
egredere foras. Cūq̄ vena-
tu aliquid apprehenderis fac
mihi inde pulmentum, sicut
velle me nosti, & affer vt co-
medā & bñdicat tibi anima
mea anteq̄ moziar. Quod
cum audisset Rebecca, stile
abq̄sset in agrū, vt iussum
patris impleret, dixit filio
suo Jacob. Audiui patrem
tuū loquentē cū Esau fratre
tuo, & dicentē ei: Affer mihi
de venatiōe tua, & fac cibos
vt comedā & benedicā tibi
coram dño antequā moziar.
Nunc ergo fili mi acquiesce
consiliis meis, & pergens ad
gregē, affer mihi duos hedos
optimos, vt faciā ex eis es-
cas patri tuo, quibus liben-
ter velcitur, quas cū intule-
ris & comederit, benedicat ti
bi p̄ziusq̄ moziatur. Cui si-
le respondit: Nosti q̄ Esau
frater meus homo pilosus
sit, & ego leuis: si attrectaue-
rit me pater meus & senserit

timeo ne putet me sibi vo-
luisse illudere, & inducat su-
per me maledictionē p̄o be-
nedictione. Id quē mater: in
me sit, ait, ista maledictio fili
mi, tantū audi vocē meam,
& pergens affer quę dixi.

Secundū Joannē. Le. ij.

CAm ergo sero esset die
illo vna sabbatorū, et
fores essent clause, vbi erāt
discipuli congregati p̄opter
metū Judeorū, venit Jes⁹,
& stetit in medio, & dixit eis:
Pax vobis. Et cū hoc dixis-
set, ostendit eis manus & la-
tus: Gauisi sunt ergo discipu-
li viso domino. Dixit er-
go eis iterū. Pax vobis: sic-
ut misit me p̄r, & ego mitto
vos. Hęc cū dixisset, insuffla-
uit, & dixit eis: Accipite spiri-
tū sanctū, quorū remiseritis
peccata remittūt eis, & quo
rū retinueritis, retēta sunt.
Thomas aūt vnus ex duo-
decim q̄ dicitur Didymus,
nō erat cū eis q̄n venit Je-
sus. Dixerūt ergo ei alij dis-
cipuli: Vidimus dīm. Ille
aūt dixit eis: Nisi videro
in manibus eius fixurā cla-
uorū, & mittā manū meā in
latus eius, nō credā. Et post
dies octo, iterū erāt discipu-
li eius intus, & Thomas cū
eis. Venit Jes⁹ ianuis clau
sis, & stetit in medio & dixit
eis: Pax vobis. Deinde di-
cit Thome. Inser digitum
tuū huc, & vide manus me-
as, & affer manū tuā, & mit-
te in latus meum, & noli esse
incredulus, sed fidelis. Rē-
dit Thomas & dixit ei: Do
minus meus & deus meus.
Dicit ei Jesus: quia vidisti
me Thoma credidisti: beati
q̄ non viderūt & crediderūt.

¶ Multa quidē & alia signa
fecit Jesus in conspectu dis-
cipulorū suorū, que nō sunt
scripta in libro hoc. Hec aūt
scripta sunt vt credatis q̄a
Jesus est Chris⁹ filius dei,
& vt credentes vitam habea
tis in nomine eius.

¶ Tertia lectio. Sermo sc̄ti
Ambrosij episcopi.

HAbuistis fratres cha-
rissimi, q̄ sancte mu-
lieres q̄ cū aromatibus ad
monumentū venerūt, ange
los viderunt, & Maria Ma
gdalene q̄ arctius Jesum di
ligebat apostolis ad domū de
qua cucurrerāt reuertētib⁹
q̄a erga sepulchrū perseuera
uit, dū p̄ma oīm cognouit:
Nos per hoc monemur, vt
cū aromatibus, id est cū odo
re bonorū operū & pleni vir
tutibus deū queram⁹. Sūt
qui videnē deū querere, sed
otiosi sunt, & a virtutib⁹ alie
ni, ideo illū videre non merē
tur. Quid querebāt ille san
cte mulieres in monumēto,

nisi cozpꝰ dñi Jesu? Et vos
quid queritis in ecclesia, nisi
Jesū, id est saluatozē? Sed
si cupitis illū inuenire, ozto
sole venite, id est non sint in
cozdibus vestris tenebze vi
tiozū. Carnalia vero deside
ria ⁊ opa mala tenebze sunt
In quozū cozdibus tales te
nebze sunt, nō vident lucē ⁊
non intelligūt Chzistū, quia
Chzistus lux est. Repellite
a vobis fratres tenebzas, id
est oēs delectationes, ⁊ om-
nia opera mala, ⁊ curate ha-
bere aromata, hoc est, ozatio
nem mundā, dicentes cum
psalmista: Dirigatur ozatio
mea sicut incensum in cōspe
ctu tuo, ecce Maria pleuerā
do ad monumentū quē que
rebat inuenit, quia qui per-
seuerauerit vsq; in finē sal-
uus erit. Ozatio.

Omnipotēs sempiterne
deus ꝙ paschale sacra-
mentum in recōciliationis
humane federe contulisti, da
mentibus nostris, vt quod
pzofessione celebzamus imi
temur affectu. Per.

¶ Sabbato ꝛ oct. ex Genesi

Lectio pzima.

Hūt ⁊ attulit, dedit q̄
matri, parauit illa ci-
bos sicut velle nouerat pa-
trē illius. Et vestib⁹ Esau
valde bonis, quas apud se
habebat domi, induit eum,

pelliculas q̄ hedozū circum-
dedit manibus, ⁊ colli nudꝫ
pzoterit. Dedit q̄ pulmentū
⁊ panes quos coxerat, tradi-
dit. Mutꝫ⁹ illatis dixit: Pa-
ter mi? At ille respondit. Ec-
ce ego sum primogeni-
tus tuus Esau, feci sicut
precepisti mihi, surge, sede, ⁊
comede de venatione mea,
vt benedicat mihi anima tua.
Rursumq̄ Isaac ad filium
suū. Mō inquit tā cito in-
uenire potuisti fili mi? Du-
rādit: Voluntas dei fuit vt
cito occurreret mihi qđ vo-
lebā. Dixit q̄ Isaac: Accede
huc vt tangā te fili mi, ⁊ pro
bem vtrū tu sis filius meus
Esau an non. Accessit ille ad
patrem, ⁊ palpato eo, dixit
Isaac: Vox quidē, vox Ja-
cob est, sed manus, manus
Esau sunt. Et nō cognouit
eū, quia pilose manus simi-
litudinē malozis exhibēat.
Benedicēs ergo illi ait: Tu
es filius meus Esau? Rā-
dit: Ego sum. At ille: Affer
mihi inquit cibos de vena-
tione tua fili mi, vt benedicat
tibi anima mea. Quos cum
oblatos comedisset, obtulit
ei etiam vinum, quo hausto
dixit ad eū. Accede ad me, et
da mihi osculū fili mi. Accel
da mihi osculū fili mi. Accel
sit, ⁊ osculatus est eū. Sta-
tim vt sensit vestimento

rum illius fragrantiã, dicẽs illi, ait: Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni cui benedixit dñs. Det tibi de9 de rore celi, & de pinguedine terre abundãtiã frumẽti et vini. Et seruiãt tibi populi & adorẽt te tribus, esto dñs fratrũ tuorũ, & incuruẽtur ante te filij matris tue, qui maledixerit tibi sit ille male dictus, & qui benedixerit tibi, benedictionibus repleat.

C Secundũ Joannẽ. Le. ij.

POstea manifestauit se iterum Jesus ad mare Tyberiadis. Manifestauit aũt sic. Erãt simul Simon Petrus & Thomas qui dr̃ didymus, & Nathanael qui erat a Cana Galilee: & filij Zebedei, & alij ex discipulis eius duo. Dicit eis Simon Petrus: Vado piscari. Dicũt ei, Venimus & nos tecum. Et exierũt & ascenderũt in nauim, & illa nocte nihil prehenderũt. Mane autẽ facto, stetit Jesus in littore, nõ tñ cognouerunt discipuli qa Jesus est. Dicit ergo eis Jesus: Pueri, nunqd pulmentariũ habetis? Rñderũt ei. Nõ. Dixit eis: Mittite in dexterã nauigij rete, & inuenietis. Miserunt ergo & tñ non valebant illud trahere pre multitudine piscium. Dicit ergo discipulus ille quẽ diligebat Jesus Petro. Dominus est. Simõ Petr9 cũ audisset quia dñs est, tunica succinxit se, erat enim nudus, & misit se in mare. Alij autẽ discipuli nauigio venerunt, non enim longe erãt a terra, sed quasi cubitis ducentis, trahẽtes rete piscium. Ut ergo descenderũt in terrã, viderũt prunas positas, & piscẽ superpositũ & panẽ. Dicit eis Jesus: Afferte de piscibus quos prendidistis nũc. Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terrã, plenum magnis piscibus, centũ & quinquaginta tribus. Et cũ tot essent, non est scissum rete. Dicit eis Jesus. Venite prãdete. Et nemo audebat discũbentiũ interrogare eum: Tu quis es? sciẽtes qa dominus est. Et venit Jesus, & accepit panẽ & dabat eis, & piscẽ similiter. Hoc iã tertio manifestatus est Jesus discipulis suis, cũ surrexisset a mortuis. C Cũ ergo prãdissent, dicit Simõi Petro Jesus: Simõ Jona, diligis me plus his? Dicit ei, Etiã dñe tu scis quia amo te. Dicit ei Pasce agnos meos. Dicit ei iterũ: Simon Jona, diligis me? Ait illi, Etiã dñe, tu scis qa amo te. Dicit ei iterũ Pasce agnos meos. Dicit ei tertio: Simõ Jona amas me.

Ca. 21

Cōtristatus est Petrus ꝙa dixit ei tertio, amas me, & dixit ei, Dñe tu oīa nosti, tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce oues meas. Imē amdico tibi, cū esses iunior cingebas te, & ambulabas vbi volebas: cū aūt senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quo tu nō vis. Hoc aūt dixit significās quā mozte clarificatus esset deū. Et cū hoc dixisset dicit ei: Sequere me. Cōuersus Petrus vidit illū discipulū quē diligebat Jesus, sequentē, q & recubuit in cena sup pectus eius & dixit: Dñe ds est q tradet te? Hunc ergo cū vidisset Petrus, dicit Jesu dñe, hic aūt quid? Dicit ei Jesus: Si eū volo manere donec veniā, quid ad te? tu me sequere. Exiuit ergo ser mo iste inter fratres, ꝙa discipulus ille nō mozitur. Et non dixit ei Jesus: nō mozitur, sed si eū volo manere donec veniā, quid ad te? Hic est discipulus ille qui testimoniū perhibet de his, & scripsit hec, & scimus quia verum est testimoniū eius. Sunt aūtē & alia multa que fecit Jesus, que si scribantur per singula, nec ipsum arbitroz mundū capere posse eos qui scribendi sunt libzos.

℣ Tertia lectio scōm Joan.

In illo tpe. Una sabbatoꝝ Maria Magdalene venit mane cū adhuc tenebre essent ad monumentum

Nome. fat Grego.

Hactus lōga molestia stomachi, diu me charitatī vestre delectiōis eius gelice loqui expositione prohibuit. Vox nāq; ipsa a claozis virtute sucumbit, & quia a multis audiri nō valeo: loqui, fateoz, inter multos erubesco. Sed hanc me verecundiā, & ipse reprehendo. Quid enim? Nūqd si multis pdesse nequeo nec paucis curabo: Et si ex mea se poztare manipulos multos nō possum, nunqd nam debeo ad areā vacuꝰ redire? Quāuis eīn quātos debeo ferre nō valeo, certe vel paucos certe vel duos, certe vel vnū ferā. Habet namq; ipsa infirmitas intentio mercedis sue certitudinē, ꝙa sugnus arbiter noster, & si pondus cōsideret in retributiōe tamē vires pēsat in pōdere. Lectio sancti euāgelij quam modo fratres auditis, valde in superficie hystoziꝰ est aperta, sed eius nobis sunt mysteria sub vberitate requirenda. Maria magdalene cū ad huc tenebre essent venit ad monumētū. Juxta hystoziā notāt hoza, iuxta intellectū

vero mysticū requirētis si-
gnāꝫ intelligentia . Maria
eēm auctorem oim, quē carne
viderat, moztuū querebat
in monumento, ⁊ quia hūc
minime inuenit, furatū cre-
didit. Idhuc ergo erant te-
nebze. cū venit ad monumē
tū. Cucurrit ergo citius, et
discipulis nuntiauit. Sed il
li pze ceteris cucurrerunt ꝺ
cet Petrus ⁊ Joānes.

Oncede quesimus oī-
potens deus vt ꝺ festa
paschalia venerando egim⁹,
per hec cōtingere ad gaudia
eterna mereamur: per.

¶ Dfica in albis octa. pasche
dup. mi. Ex Geneſi. Lec. 1.

In Isaac sermonem
simpleuerat, ⁊ egresso
Jacob fozas. venit Esau, co
ctosq; de venatione cibos. in
tulit patri, dicēs: Surge pa
ter mi, ⁊ comede de venatiōe
filij tui vt bñdicat mihi aīa
tua. Dixitq; illi Isaac: quis
es tu? Qui rñdit: Ego
sum filius tuus primogeni-
tus Esau. Expauit Isaac
stupoze vehementi, ⁊ vltra
quā credi potest admirans,
ait: Quis igitur ille est qui
dudū captā venationē attu
lit mihi, ⁊ comedi ex omnib⁹
priusquā tu venires? bene-
dixiq; ei, ⁊ erit benedictus.
Audiuis Esau sermonibus
patris, irrugit clamoze ma-
gno, ⁊ consternatus ait: Be
nedic etiā ⁊ mihi pater mi.
Qui ait: Venit germanus
tuus fraudulēter, ⁊ accepit
benedictionem tuam. At ille
subiunxit: Juste vocatū est
nomen eius Jacob, supplā-
tauit enim me en altera vice
primogenita mea ante tulit
⁊ nunc secundo surripuit be
nedictionē meā. Rursumq;
ad patrē: Nunquid non re-
seruasti ait ⁊ mihi bñdictio-
nem? Respondit Isaac: Do
minū tuū illum constitui, ⁊
omnes fratres eius seruitu
ti illius subiugaui, frumēto
et vino stabiliui eum ⁊ tibi
post hec fili mi vltra quid fa
ciā? Cui Esau: Num vnam
inquit, tantū benedictionē
habes pater mihi quoq; ob
secro vt benedicas. Cumq;
eiulatu magno fleret, mot⁹
Isaac dixit ad eum: In pin-
guedine terre, ⁊ in roze celi
desuper erit benedictio tua.
Vives in gladio, et fratri
tuo seruies, tēpus q; veniet
cum excutias ⁊ soluas iugū
eius de ceruicibus tuis.

¶ Epistola Pauli apostoli ad
Romanos. Lectio secunda. Cap. 1

Paulus seruꝰ Jesu Chri
sti, vocatus apostolus,
segregatus in euangelium
Dei quod ante promiserat
per prophetas suos in scrip-

turis sanctis de filio suo qui
fact⁹ est ei ex semine Dauid
secundū carnē, qui predesti-
natus est filius dei in virtute
scōm spiritū sanctificationis,
ex resurrectione mortuorum
Jesu Christi dñi nostri per
quē accepimus gratiā & ap
stolatū ad obediendū fidei
in omnibus gētibus pro no
mine eius, in quibus estis &
vos vocati Jesu Christi, oī
bus qui sunt Rome dilectis
dei, vocatis sanctis, gratia
vobis & pax a deo patre, & do
mino nostro Jesu Christo.
Primū quidē gratias ago
deo meo per Jesum Christū
pro oibus vobis quia fides
vestra annuntiatur in vni-
uerso mundo. Testis enim
mihi est Deus, cui seruio in
spiritu meo, in euāgelio filij
eius, quod sine intermissione
memoriā vestri facio semp
in orationibus meis, obse-
crans si quo tandem aliquā
prosperū iter habeā in volū
tate dei veniēdi ad vos. De
sidero enī videre vos, vt ali-
quid impertiar vobis grātie
spiritualis, ad confirmādos
vos, id est, simul cōsolari in
vobis per eam que inuicem
est, fidē vestrā atq; meā. No
lo aūt vos ignorare fratres
quia sepe proposui venire ad
vos, & prohibitus sum vsq;
adhuc, vt aliquē fructum ha
beam in vobis, sicut & in ce-
teris gētibus, Grecis & bar
baris, sapientibus & insipiē
tibus debitor sum, ita q̄ in
me promptū est, & vobis qui
Rome estis euangelizare.
Non enim erubesco euāge-
lium. Virtus enim Dei est
in salutē omni credenti, Ju
deo primū & Greco. Justitia
enim Dei in eo revelatur ex
fide in fidē, sicut scriptū est.
Justus autem ex fide vivit.
Revelatur enim ira Dei de
celo super omnē impietatē &
iniustitiā hominū eorū qui
veritatem Dei in iniustitia
detinent quia quod notum
est Dei, manifestum est in il
lis: Deus enim illis manife
stauit. Invisibilia enim ipsi
us, a creatura mundi, per
ea que facta sunt intellecta,
cōspiciūtur sempiterna quo
eius virtus & divinitas, ita
vt sint inexcusabiles. Quia
cū cognouissent deū, non sic
ut deū glorificauerunt aut
gratias egerunt, sed evanue
rūt in cogitationibus suis,
& obscuratū est insipiēs cor
eorū, dicentes enim se esse sa
pientes, stulti facti sunt. Et
mutauerunt gloriā incorru
ptibilis Dei, in similitudinē
imaginis corruptibilis ho-
minis & volucrū, & quadru-
pedū, & serpentū. Propter
quod tradidit illos deus in

desideria cordis eorũ in immunditiã, vt contumelijs afficiant corpora sua in semetipsis, qui cõmutauerunt veritatẽ Dei in mendacium, & coluerunt & seruierunt creature potius quã creatori, q̃ est benedictus in secula. Amẽ

¶ Lectio tertia secundum Joannem.

In illo tempore. Cũ esset sero die illo vna sabbatorũ, & fores essent clause vbi erant discipuli cõgregati propter metũ Judeorũ venit Jesus & stetit in medio, et dixit eis. Pax vobis. Et reliqua.

Homelia sancti Gregorij Pape.

Prima lectionis huius euangelice questio animũ pulsat, quomodo post resurrectionem corpus dominicum verũ fuit, quod clausis ianuis ad discipulos introire potuit. Sed sciendum nobis est quod diuina operatio, si ratione comprehenditur non est admirabilis, nec fides habet meritũ cui humana ratio prebet experimentum. Sed hec ipsa redẽptoris nostri opera que ex se metipsis comprehendi nequaquã possunt, ex alia eius operatione pensanda sunt, vt rebus mirabilibus fidem prebeant facta mirabilioza. Illud enim corpus domini intrauit ad discipulos ianuis clausis, quod videlicet ad humanos oculos per natiuitatem suam clauso exijt vtero virginis. Quid ergo mirũ si clausis ianuis post resurrectionem suam ineternum iam victurus intrauit, qui morituros veniens non aperto vtero virginis exijt? Sed quia illud corpus quod videri poterat fidentium dubitabat, ostendit eis protinus manus et latus. Palpandam carnem prebuit, quã clausis ianuis introduxit. Dua in re duo mira et iuxta humanam rationem sibi valde contraria ostendit dum post resurrectionem suam & corpus suũ incorruptibile, et tamen palpabile demonstrauit. Nam et corrumpi necesse est quod palpatur, et palpari non potest, quod non corrumpitur Sed mira modo atque inestimabili, redẽptor noster et incorruptibile post resurrectionem et palpabile corpus exhibuit, vt monstrando incorruptibile inuitaret ad premium, prebendo palpabile firmaret ad fidem.

Oratio.

Presta quesumus oms Deus, vt qui paschalia

festa peregim⁹ hec te largiẽte
mozibus,⁊ vita teneam⁹. p

¶ Feria secunda ex Genesi.

Lectio prima.

Derat ergo semper Esau Jacob pro benedictione, qua benedixerat ei pater, dixitq; in corde suo: Venient dies luctus patris mei ⁊ occidã Jacob fratrẽ meũ. Nuntiata sunt hec Rebecce que mittens ⁊ vocãs Jacob filium suũ, dixit ad eũ. Ecce Esau frater tuus minatur vt occidat te. Nunc ergo fili mi, audi vocem meã ⁊ consurgẽs fuge ad Labã fratrẽ meum in Harã, habitabisq; eũ eo dies paucos, donec requiescat furor fratris tui, et cesset indignatio eius, obliuiscaturq; eozum que fecisti in eũ, postea mittã, ⁊ adducã te inde huc. cur vtroq; oz baboz filio invno die? Dixit que Rebecca ad Jlaac: Tedet me vite mee ꝓpter filias Heth, si acceperit Jacob vxorem de stirpe huius terre, no
Ca. 28 lo viuere. ¶ Vocauit q; itaq; Jlaac Jacob, ⁊ benedixit eũ ꝓcepitq; ei dicẽs: Noli accipere coniugẽ de gñe Chanaan, sed vade ⁊ proficiscere in Mesopotamiam Syrie, ad domũ Bathuel patrẽ matris tue, ⁊ accipe tibi iñ vxorem de filiabus Labã auũculi tui. Deus autẽ oĩpotẽs bẽdicat tibi, ⁊ crescere te faciat atq; multiplicet, vt sis in turbas populoꝝ. Et det tibi benedictiones Abrahe, ⁊ semini tuo post te, vt possideas terrã peregrinationis tue, quam pollicitus est deo tuo. Cumq; dimisisset eum Jlaac, profectus peruenit in Mesopotamiam Syrie, ad Labã filium Bathuel Syri fratrẽ Rebecce matris suæ.

¶ Ex epistola Pauli ad Romanos. Lectio secunda.

Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominie. Mã femine eorũ immutauerũt naturalẽ vsũ in eũ vsum, qui est cõtra naturã. Similiter aũt ⁊ masculi, relicto naturali vsu feminæ, exarserũt in desideriis suis in inuicem masculos masculos turpitudinẽ operantes, ⁊ mercedẽ quã oportuit, erroꝝ sui in semetipsis recipientes. Et sicut non probauerunt deũ habere in notitia, tradidit illos deus in reprobũ sensum, vt faciant ea que non conueniũt, repletos oĩ iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidio, contentione, dolo malignitate, susurrones, detractozes, Deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inuentozes malozum, paren

tibus non obedientes, incredibiles, incompositos, sine affectione, absq; federe, sine misericordia. Qui cū iustitiā dei cognouissent, nō intellexerūt qm qui talia agūt digni sunt morte, non solū qui ea faciunt sed etiam qui consentiunt facientibus.

tere poſſe mōſtrauit. Et dū
victorē mortis in celeſtia ele
uauit victorē eiuſdē mortis
ā ſequamur oſtendit. Alcen
ſio ergo Dñi catholice fidei
rōfirmatio fuit, vt ſecuri in
poſterū crederem⁹ miraculi
illius donū, cuius iam in p
ſenti percepiſſemus effectū.
Et fidelis quiſq; cum iam
tanta pertexerit, p ea que
agnouerit pteſtita: diſcat ſpe
rare promiſſa, ac Dei ſui p-
teritā perſentēq; bonitatē,
quaſi futurorū teneat cau-
tionē. Super excelſa ergo
celi terrenū corp⁹ ponit, ſi
ſtias paulo aſſi cōcluſa: an-
gelor cetibus inferunt. In
gremio imortalitatis mor-
talis natura transfundit.
Et ides ſacra apoſtolice le-
ctionis teſtat hiſtoria. Cū
hec diciſſet (inqt) videtib⁹
illis eleuatus eſt. Cū audis
eleuatū, agnoſce militie ce-
leſtis obſequiā. Unde hodi
erna feſtiuitas hominis no
bis & dei ſacramēta manife
ſtat: ſub vna eadēq; pſona.
In eo ḥ, eleuat diuinā ptē
tiam: in eo aūt qui eleuat,
humanā agnoſce ſubſtātiā.

¶ Feria.vi. ex Geneſi. L.i.

ITerim kames omnē terrā vehemēter pe-
mebat. Conſumptiſq; ci-
bis quos ex Egypto detu-
lerāt, dixit Jacob ad filios
ſuos: Reuertimini & emite
nobis pauxillū eſcarū. Re-
ſpōdit Judas Denūtiauit
nobis vir ille ſub atteſtatio
ne iuriſiurandi, dicens, Nō
videbitis faciē meā, niſi fra
trē veſtrū minimū adduxe
ritis vobiſcū. Si ergo vis
eū mittere nobiſcū pgem⁹
pariter: & emimus tibi ne
ceſſaria. Si aūt nō vis,
non ibimus, vir enim vt ſe-
pe diximus, denuntiauit
nobis, dicens: Non vide-
bitis faciem meam abſque
fratre veſtro minimo. Di-
xit eis Iſrael: In meā hoc
feciſtis miſeriā vt indicare-

Cap. 43.

tis ei ꝙ aliū habere vos fratrē. At illi respōderūt. Interrogauit nos homo p ordinē nostrū progenie, si pater viueret : si haberemus fratrē, & nos respondimus ei consequēter iuxta id qđ fuerat scisitatus, nunquid scire poteramus qđ dicturus esset, Adducite fratrem vestrū vobiscū? Judas ḝq dixit patri suo, Mitte puerū mecum, vt proficiscamur & possimus viuere: ne moriamur nos & parvuli nostri. Ego suscipio puerū, de manu mea require illum, nisi reduxero & reddidero eum tibi, ero pcti reus in te oī tē pore. Si nō intercessisset dilatio, iā vice altera veniss emus. Igit Israel pater eoꝝ dixit ad eos : Si sic necesse est, facite qđ vultis: sumite de optimis terre fructibus in vasis vestris, & deferte viro munera, modicū resine & mellis & storacis, stactes et terebinthi & amygdalarum. Pecuniā quoq duplicē ferte vobiscū: & illā quā inuenistis in sacculis reportate, ne forte erroꝛe factum sit. Sed & fratrem vestrū tollite, & ite ad virū. Deus aūt meus oīpotēs faciat vobis eū placabilē, & remittat vobis fratrē vestrū quē tenet in viculis, & hūc Bēiamin: ego aūt quasi orbatus ablq liberis ero.

℣ Ex epistola prima Pauli ad Corinthios. Lectio. ij.

Vigilate iusti, & nolite peccare, ignorantiā enī Dei quidā habēt, Ad reuerentiam vobis loquor. Sed dicet aliquis. Mōo resurgūt mortui: quali aute corpore veniēt? Insipiens tu, qđ seminas nō viuificat nisi prius moriat. Et qđ seminas, nō corpꝰ qđ futurū est seminas, sed nudum grānū, vtputa tritici: aut alicuius ceterorum. Deus aute dat illi corpus sicut vult: et vnicuiq seminū pprīū corpus. Nō ois caro, eadē caro, sed alia hominū, alia pecorū, alia aūt volucrū, alia piscīū. Et corpora celestia, & corpora terrestria, sed alia q dē, celestiū gloria: alia aute terrestriū. Alia claritas solis, alia claritas lune, & alia claritas stellarū. Stella enī a stella differt i claritate. Sic & resurrectio mortuorū. Seminatur in corruptiōe, surget in incorruptiōe. Seminat in ignobilitate, surget in glia. Seminat in infirmitate: surget in virtute. Seminatur corpus aīale: surget corpus spīrituale. Si corpus aīale: est & corpꝰ spīrituale, sicut scriptū est, Fa-

tus est ptimus hō Idā in
giam diuentē nouissimus
Idā in spīm diuificātē. Sed
nō ptius qō spūale est, sed qō
ãiale: deinde qō spūale. Pri
mus hō de terra, terrenus:
ceūs homo de celo, celestis.
Qualis terrenus, tales et
terreni, ⁊ qualis celestis ta
les ⁊ celestes. Igit sicut por
tauimus imaginē terreni:
portemus ⁊ imaginem cele
stis. Hoc aūt dico fratres,
qa caro ⁊ sanguis regnū dei
possidere nō possunt: neque
corruptio incorruptelā pos
sidebit. Ecce mysteriū vo
bis dico. Oēs quidē resur
gemus, sed nō oēs immuta
bimur. In momēto, in ictu
oculi, in nouissima tuba (ca
net enī tuba) ⁊ mortui resur
gēt incorrupti, ⁊ nos immu
tabimur. Oportet enī cor
ruptibile hoc, induere incor
ruptionē: ⁊ moztale hoc, in
duere imoztalitatē. Cū aūt
moztale hoc iduerit immoz
talitatē, tūc fiet sermo qui
scriptus est: Absorpta est
mors in victoria. Ubi est
mors victoria tua? Ubi est
mors stimulus tuus? Stimu
lus aūt moztis, peccatū
est: virtus vero peccati, lex.
Deo aūt gratias q̄ dedit no
bis victoriā p dñm nostrū
Jesum Christū. Itaq; fra
tres mei dilecti stabiles esto
te ⁊ immobiles, abūdātes
in opere dñi semp, scientes
quod labor vester non est
inanis in domino.

℣ Tertia lectio ex sermone sancti Augustini.

IDeoq; oibus modis
detestāda sunt venena
orientalis errozis, q̄ impia
nouitate prelumit asserere
filiū Dei ac filium hominis
vnius esse nature. In alter
utra enī parte, vel qui solū
hoiem fuisse dixerit: negabit
cōditoris gloriā: vel qui
solū Deū, negabit mīam re
deptoris. Quo genere, non
facile Arrianus euangelicā
poterit habere veritatem:
vbi filiū Dei nūc equalē le
gimus, nunc minorē. Qui
enī vnus nature saluatorē
nostrū moztifera ꝑsuasione
crediderit, solū hominē: aut
solū Deū coget dicere cruci
fixū. Sed non ita est. Mor
tē enī nec solus Deus sen
tire, nec solus homo superare
potuisset. Nos ergo no
uerimus in Christo duplicē geminācq; substātiā. De
patre celestē de matre terrenā. Quā vtrāq; in vno eo
demq; redeptore suis ꝓmptū est testimoniis explicare. Quare homo dicebat,
Quia pater maior me est,
sed idem quasi Deus ꝓnūtiabat, Ego et pater vnum

sumus. Quasi homo dicebat. Tristis est anima mea vsq; ad mortē, sed quasi dñs fiducialiter loquebat. Potestatē habeo ponēdi animā meā, & potestatē habeo iterū sumēdi eā. Quasi homo in cruce pēdebat, sed quasi deus regnum celeste donabat.

¶ Sabbato. ex Genesi. L.

TUlerūt ergo viri munera, & pecuniā duplicē: & Beniamin, descenderuntq; in Egyptū, & steterūt coram Ioseph: Quos cū ille vidisset, & Beniamin simul, præcepit dispensatori domus suæ, dicens: Introduc viros domum, & occide victimas, & instrue conuiuium, quia hodie mecū sunt comesturi meridie. Fecit ille sicut sibi fuerat imperatum: & introduxit viros domū. Ibiq; exterriti, dixerūt mutuo. Propter pecuniam quā retulimus prius in saccis nostris, introducti sumus: vt deuoluat in nos calūniā, & violēt subijciat seruituti, et nos et asinos nostros. Quā ob rē in ipsis foribus accedētes ad dispensatorē dixerūt. Oramus dñe, vt audias nos. Jā ante descēdimus vt emeremus escas. Quibus emptis, cū venissemus ad diuersoriū aperuimus saccos nostros, & inueni mus pecuniā in ore saccorū quā nūc eodē pondere reportauimus. Sed & aliud attulimus argētū vt emamus quę nobis necessaria sūt: nō est in nostra cōscientia quis posuerit eā in marsupijs nostris. At ille rīdit. Pax vobiscū, nolite timere: Deus vester, & deus patris vestri dedit vobis thesauros in saccis vestris: nā pecuniā quā dedistis mihi, probatā ego habeo. Eduxitq; ad eos Simeō. Et introductis domū: attulit aquā, & lauerūt pedes suos, deditq; pabulū asinis eorū. Illi vero parabāt munera, donec ingrederetur Joseph meridie, audierant enim qđ ibi comesturi essent panē. Igit ingressus est Joseph domū suā, obtulerunt ei munera, tenentes ima manibus suis: & adorauerunt pront in terrā. At ille clemēter resalutatis eis, interrogauit eos, dicēs, Sanus ne est pater vester senex de quo dixeratis mihi. Adhuc viuit? Qui respondērūt, Sospes est, seruus tuus pater noster, adhuc viuit. Et incuruati adorauerunt eum.

¶ Ex Epistola prima Pauli ad Corinthios. Lectio. ij. Ca. 16

OEt collectis autē que fiunt in sanctos sicut ordinauit ecclesijs Galatie,

tiā ꝙ vos facite. Per vnam sabbati vnusquisq; vestrū apud se ponat, recōdēs ād ei bene placuerit, vt non cū venero, tūc collecte fiāt. Cū autē pselens fuero, ās pmittam perferre gratiā vestram in Ierusalem. Quod si dignum fuerit vt ego eā, mecum ibunt. Veniam autem ad vos cum Macedoniā pertransiero: nā Macedoniā pertransibo. Apud vos autē forsitan manebo vel etiā hyemabo, vt vos me deducatis quocūq; iero. Nolo enim vos modo in transitu videre, spero enim me aliquantulum tempꝰis manere apud vos: si dominus permiserit. Permanebo autē Ephesi vsq; ad pentecosten. Ostium enim mihi apertū est magnū ꝙ euidēs: ꝙ aduersarij multi. Si autē venerit. Timotheus, videte vt sine timore sit apud vos: opus enim dominī operatur sicut ꝙ ego. Ne quis ergo illum spernat. Deducite aūt illum in pace: vt veniat ad me, expecto enim illum cū fratribus. De Apollo autē fratre, vobis notū facio qm̄ multū rogaui eū vt veniret ad vos cū fratribus, ꝙ vtiq; fuit voluntas eius vt nunc veniret: veniet autē cum ei vacuum fuerit. Vigilate, state in fide, viriliter agite, ꝙ cōfortamini: omnia vestra in charitate fiant. Obsecro aūt vos fratres, nostis domū Stephane, ꝙ Fortunati ꝙ Achaici, qm̄ sunt primitie Achaie ꝙ in ministerium sanctorum ordinauerunt seipsos: vt et vos subditi sitis eiusmodi, ꝙ oī cooperāti ꝙ laboranti. Gaudeo autē in presentia Stephane ꝙ Fortunati et Achaici, qm̄ id qđ vobis deerat, ipsi suppleuerūt: refecerunt enī ꝙ meū spiritum et vestrū. Cognoscite ergo qui eiusmodi sunt. Salutant vos oēs ecclesie Asie. Salutāt vos in dño multum, Aquila ꝙ Prisscilla cū domestica sua ecclesia, apud quos ꝙ hospitor. Salutant vos omnes fratres. Salutate inuicem in osculo sancto. Salutatio mea manu Pauli. Si quis non amat dominum nostrum Iesum Christū, sit anathema, maranatha. Gratia dñi nostri Iesu Christi vobiscū. Charitas mea cū oībus vobis in Christo Iesu. Amē.

¶ Lectio tertia secundum Joannem. ca. 14

IN illo tpe: Dixit Iesus discipulis suis Si diligitis me mandata mea

seruare: & ego rogabo patrē et alium paracletum dabit vobis. Et reliqua.

Homilia. s. Augustini. ephi.

HAduimus frēs cum euangeliū legeret: dominū dicētem. Si diligitis me mādata mea seruate. et ego rogabo patrē & aliū paracletū dabit vobis, vt maneat vobiscū in eternū spīm veritatis, quē mundus nō potest accipere, ḡa nō videt eum nec scit eū. Vos autē cognoscetis eum: ḡa apud vos manebit & ī vobis erit. Multa sunt q̄ in istis pauc̄is vobis dñs requirāt. Sed multū est ad vos, vel oīa q̄ hic querēda sunt querere, vel oīa que hīc querim⁹ inuenire. Verūtamen quātū nobis Dñs donare dignet, pro nostra & vestra capacitate: ḡd dicere debeamus, et ḡd discere et audire debeatis attēdite: p nos charissimi qđ possumus sumite: et ab illo qđ nō possumus, p̄ scite Spīm paracletū, Christ⁹ p̄misit apostolis. Dūo aūt promiserit, aduertam⁹. Si diligitis me(inquit) mādata mea seruate. & ego rogabo patrē, & aliū paracletū dabit vobis: vt maneat vobiscum in eternū. spīm veritatis. Hic ē vtiq; ī trinitate spūs scūs, quē p̄cip̄ filio cū subſtātialē & coeternū, & consubſtātialē & coeternū, & ālē fides catholica cōtinet.

¶ Si in die Pentecostes in tīt omnino, si aūt inciderit infra octauā, sit cōmemo. in eo in fine p̄me vt dictū fuit in dñica p̄ma aduētus. Si vero fuerit duplex tranſlerendum est post octauam.

¶ Festū Pentecostes dupmaius. Ad vesperas. Hym.

VEni creator spīritus
Mentes tuorū visita: Imple superna
gra, Que tu creasti pectora.
Qui paracletus diceris:
Donū dei altissimi: Fons
viuus, ignis charitas: Et
spiritalis vnctio.
Tu septiformis munere,
Dextre dei tu digitus: Tu
rite promisso patris: Sermone ditans guttura.
Accende lumen sensibus:
Infunde amorē cordibus:
Infirma nostri corporis:
Virtute firmans perpetim.
Hostē repellas longē: Pacē que dones protin⁹: ductore sic
te pruio: Vitem⁹ oē noxiū.
Per te sciamus da patrē,
Noscamus atq; filiū: Te
vtriusq; spiritum. Credamus omni tempore.
Glozia patri domino, Natoq; qui a mortuis. Surrexit, ac paracleto In seculozū secula. Amen.

Ihū.

Ñ vos relinq̃ ozphanos halleluia: vado & venio ad vos halleluia, et gaudebit cor vr̃m halleluia. Oratio.

Deus q̃ hodierna die filiū tuū corda sci spūs illustratiõe docuisti: da nobis in eodē spū recta sapere, & de eius semper cõsolatione gaudere: Q. in vnita.

In matutinū Inuitatio.

Halleluia, Spūs Dñi replenit ozbem terrarum Venite adozemus, halleluia. Hymnus.

Im Christ⁹ astra ascẽderat, Reuersus vnde venerat: Pzomissu⁹ patris mittere Sctm daturus spm. Solennis vzgebat dies, Quo mystico septemplici: Ozbis volutus septies, Sibi quae beata tempora.

Dum hora cunctis tertia. Repẽte mundus intonat, Oranti bus apostolis Dum venisset nunciat.

De patris ergo lumine Decorus ignis almus est: Qui fida Christi pectora Caloze verbi compleat.

Implet a gaudẽt viscera: Afflata sancto spū: Voces diuersas intonat: Fantur Dei magnalia.

Ex oi gẽte cogniti, Grecis, Latinis, barbaris Cũctisq̃ admirantibus: Linguis loquuntur omnium.

Iudea tunc incredula: Ne sana torquo spiritu: Ructare musti crapulam Alumnos Christi concrepat.

Sed ignis, et virtutibus: Occurrit, & docet Petrus, Falsa profari perfidos, Joele teste comprobans.

Gloria patri dño. &c vt su. et sic terminãt oẽs hymni in oĩbus horis vsq; ad dñicã trinitatis exclusiue. Ana.

Factus est repente de celo son⁹ aduenientis spūs vehemẽtis halleluia halleluia.

Ex Ioele prophera. L.

Noli timere terra, exulta & letare: q̃m magnificauit Dñs vt faceret. Nolite timere animalia regionis: quia germinauerũt speciosa deserti, q̃a lignũ attulit fructũ suũ, ficus & vinea dederũt virtutẽ suã. Et filij Siõ exultate, & letamini in dño deo vestro: q̃a dedit vobis doctorẽ iustitie, & descendere faciet ad vos imbrẽ matutinũ & serotinũ sicut in principio. Et implebunt aree frumẽto, & redundabunt torculazia vino et oleo. Et reddam vobis annos quos comedit locusta, bruchus, & rubigo, et eruca fortitudo mea magna, quã misi in vos. Et comedetis vescẽtes, & saturabimini: et laudabitis nomẽ dei vestri

q̄ fecit mirabilia vobiscū, et nō cōfundet̄ pp̄s meus in sempiternū: Et scietis quia in medio Israel ego sum: et ego dñs Deus vester, & nō est amplius: & nō cōfundet̄ populus meus i eternū. Et erit post hec: effundā spiritū meū sup omnem carnē, et prophetabunt filij vestri et filie vestre: senes vestri somnia somniabunt, & iuuenes vestri visiones videbunt. Sed & super seruos meos & ancillas i diebus illis effundā spū meū. Et dabo prodigia in celo, & in terra, sanguinem, & ignē, & vaporē fumi. Sol cōuertetur in tenebras & luna in sanguinē: antequā veniat dies Domini magnus & horribilis. Et erit, omnis qui inuocauerit nomen dñi, saluus erit, q̄a in monte Sion, & in Jerusalē erit salutatio, sicut dixit dñs, & in residuis quos dominus vocauerit.

rens eis, & loquēs de regno Dei. Et cōuescens precepit eis, ab Jerosolymis ne discederēt, sed expectarent promissionē patris. Quā audistis (inquit) p os meū, q̄a Johannes q̄dē baptizauit aquā, vos autem baptizabimini spū sancto non post multos hos dies. Igit̄ qui cōuenerāt, interrogabant eū, dicētes: Dñe, si in tempore hoc restitues regnū Israel? Dixit aūt eis: Non est vestrū nosse tpa vel momēta, q̄s pr̄posuit in sua ipsius potestate, sed accipietis virtutē supueniētis spiritus sancti in vos, & eritis mihi testes in Jerusalē, & in omni Judea, & Samaria, & vsq̄ ad vltimū terre. Et cū hec dixisset, videntibus illis, eleuatus est: & nubes suscepit eū ab oculis eorum. Cūq̄ intuerētur in celum, eunte illum: ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis, qui dixerunt: Viri Galilei, q̄d statis suspicientes i celū? hic Jesus q̄ assumptus est a vobis i celum, sic veniet, quēadmodū vidistis eū euntē in celū. Tūc reuersi sunt Jerosolymā a monte q̄ vocat̄ Oliueti, q̄ est iuxta Jerusalē sabbati habens iter. Et cū introissent: in cenaculū ascenderūt vbi manebant

Acta apostolorum. Le. ij.

Primū quidē sermonē feci de oībus o Theophile, q̄ cepit Jesus facere & docere, vsq̄ in diē, qua precipiens apostolis p spiritum sanctū, quos elegit, assumptus est: quibus & prebuit seipsum viuū post passionē suā in multis argumentis, per dies quadraginta appa-

Cap. 1

dat Petrus & Joēs, & Jacobus & Andreas, Philipp⁹ & Thomas, Bartholome⁹ & Matthēus, Jacobus Alphei & Simō Zelotes, & Judas Jacobi: hi oēs erāt pseuerātes vnanimiter in oratione & obsecratiōe cum mulieribus & Maria matre Jesu, & fratribus eius.

℣ Tertia lectio. scōm Joānē.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Si q̄s diligit me, sermonem meū seruabit. Et pater meus diliget eū: & ad eū veniemus, & māsionē apud eum faciemus. Et reliqua.

℣ Homilia sancti Gregorei pape.

Dilectissimi fratres mei chare lectionis sub breuitate, sed valde reuerere: vt post diutius licet in contēplatione rāte solēnitatis immorari. Hodie nāq; spūs sanctus repētino sonitu sup discipulos venit mētesq; carnalū i sui amoris igne permutauit, & foris apparētibus linguis igneis intus facta sunt corda flammātia. Quia dum deum in ignis visiōe suscepit: p amorē suauiter arserūt. Ipse nāq; spūs sanctus amor est. Vnde & Joēs dicit: Deus charitas est. Qui ergo mēte integra Deū desiderat, pro recto iā habet quē amat. Neq; enī q̄squā posset Deū diligere: si eū quē diligit non haberet. Sed ecce si vnusq̄sq; vestrū rectē an diligat Deū, tota fiducia et securus mēte rūdet, diligo. In ipso aūt lectionis exordio audistis: q̄d veritas dixit. Si q̄s diligit me, sermonē meū seruabit. Probatio ergo dilectionis exhibitio est operis. Hinc in epistola sua idē Joannes dicit. Qui dicit q̄a diligo deū, & mādata ei⁹ non custodit, mendax est. Nec etenī Deū diligimus, si mādata ei⁹ custodim⁹? si nos a nostris voluptatib⁹ coarctamus. Mā q̄ adhuc p illicita delideria desiuit p recto de um non amat quia et in sua voluntate contradicit.

℣ Ad laudes Iñā. Accipite spīm scīm, quoꝝ remiserit peccata remittuntur eis halleluia. Oratio.

Deus q̄ hodierna. &c. vsq.

℣ Ad vesperas Hymnus.

Veni creator, &c. vsq. ad.

Hodie completi sunt dies pentecostes halleluia, hodie spiritus sanctus in igne discipulis apparuit, & tribuit eis charismatum dona misit eos in vniuersum mūdū predicare, & testificari. Qui crediderit et baptizatus fuerit saluus erit halleluia.

¶ Notandū q̄ inuitatoziū hymni.q̄ asse hui⁹ diei dicūt vsq̄ ad dñicā trinit. exclu.

¶ Feria.ij.de octaua dup.

ex Genesi. Lectio prima.

HEtollēs aūt Joseph oculos,vidit Beniamin fratrē suū vterinū, et ait: Iste est frater vē yuulus,de q̄ dixeratis mihi?Et rursum, Deus inq̄t, misereat tui fili mi. Festinauit q̄, q̄a cōmota fuerāt viscera ei⁹ sup fratre suo,q̄ erūpebāt lachzyme: q̄ introiēs cubiculū fleuit. Rursumq̄ lota facie egressus, cōtinuit se,q̄ ait: Ponite panes. Quibus appositis,seozsum Joseph,q̄ seozsum fratrib⁹,Egyptijs quoq̄ q̄ vescebant simul seozsum illicitū est eīs Egyptijs comedere cū Hebzeis, q̄ vzophanū putāt huiuscemodi cōuiuiū) sedērūt cozā eo pzimogenitus iuxta pzimogenita sua,q̄ minim⁹ iuxta etatē suā. Et mirabātur nimis, sumptis partibus quas ab eo acceperant, maioziq̄ pars venit Beniamin, ita vt quinq̄ partib⁹ excederet. Biberūtq̄,q̄ inebziati sunt cum eo.

Cap. ¶ Pzecepit aūt Joseph dispēsatozi domus sue,dicēs: Imple saccos eozū frumento, quātū possunt capere:q̄ pone pecuniā singulozū in summitate sacci. Cyphū au tē meū argenteū, et pretiū qđ dedit tritici, pone in ozesacci iuniozis.factūq̄ est ita Et ozto mane, dimissi sūt cum asinis suis.

¶ Ex Actis Apostolor.L.ij.

IN diebus his exurgēs Petrus in medio fratrū dixit(Erat aūt turba hoim simul, fere centum viginti)Viri fratres,oportet impleri scripturā quā prędixit spūs sanctus p os Dauid de Juda, qui fuit dux eozū qui cōprehenderūt Jesum,qui cōnumeratus erat in nobis q̄ soztitus erat sozte mīsterij huius. Et hic quidē possedit agrū de mercede iniquitatis, q̄ suspensus crepuit medius,q̄ diffusa sunt oīa viscera eius. Et notū factū est oībus habitātibus Jerusalem, ita vt appellaret ager ille,lingua eoz Haceldema,hoc est,ager sanguinis. Scriptū est enim in libzo Psalmozum. Fiat cōmozatio eozum deserta, et non sit qui inhabitet in ea. Et episcopatum eius accipiat alter. Oportet ergo ex his viris qui nobiscū sunt cōgregati in oī tpe,q̄ intrauit atq̄ exiuit iter nos dñs Jesus, incipiēs a baptisma te Joannis vsq̄ ad diē qua assumptus est a nobis, te-

ſte ecclarrecdiōis eius nobi-
cū fieri vnū ex iſtis. Et ſta
tuerūt duos, Joſeph q̄ vo-
cat Barſabas, q̄ cognomi-
natus eſt Juſt⁹: & Mathiā.
Et oꝛātes dixerūt, Tu dñe
qui coꝛda noſti oim, oſtēde
quē elegeris ex his duobus
vnū accipere locū miniſte-
rij huius & apoſtolatus, de
q̄ preuaricatus eſt Judas vt
abiret in locū ſuū. Et dede
rūt ſoꝛtes eis, & cecidit ſoꝛs
ſup Mathiā, & annumerat⁹
eſt cū vndecim apoſtolis.

Cap.2.

¶ Et cū cōplerent dies pē-
tecoſtes erāt oēs pariter in
eodē loco: & factus eſt repen
te de celo ſonus: tanq̄ aduc
nientis ſpūs vehementis, &
repleuit totā domū vbi e-
rāt ſedētes. Et apparuerūt
illis diſpertite lingue tanq̄
ignis, ſeditq̄ ſup ſingulos
eoꝛ, & repleti ſunt oēs ſpū
ſancto, & ceperūt loq̄ varijs
linguis pꝛout ſpūs ſcūs da
bat eloq̄ illis. Erāt aūt i Je
rūſalē habitātes Judei, vi-
ri religioſi ex omni natione
que ſub celo eſt. Facta autē
hac voce, cōuenit multitudo
& mēte cōfuſa eſt, q̄m audie
bat vnuſq̄q̄ lingua ſua il-
los loquētes. Stupebāt au
tē oēs, & mirabāt adinuicē
dicētes: Nōne ecce oēs iſti
q̄ loquunt, Galilei ſunt: et
quō nos audiuimus vnuſ-
quiſq̄ lingua noſtra, in qua
nati ſumus? Parthi, & Me
di, & Elamite, & q̄ habitant
Meſopotamiā, Judeam, &
Cappadociā, Pontū, et A-
ſiā, Phꝛygiā, & Pamphiliā
Egyptū, & partes Libye, q̄
eſt circa Cyrenē, et aduene
Romani, Judei quoque et
Pꝛoſelyti, Cretes, & Ara-
bes, audiuimus eos loquē-
tes nr̄is līguis magnalia dei

¶ Tertia lectio ſecundum Joannem.

IN illo tēpoꝛe, Dixit Ca.3.
Jeſus diſcipulis ſuis.
Sic Deus dilexit mundū,
vt filium ſuū daret, vt om-
nis qui credit in illum non
pereat, ſed habeat vitam e-
ternam. Et reliqua.

¶ Homilia ſancti Auguſti-
ni Epiſcopi.

SIcut Moyſes exalta
uit ſerpētem in deſer-
to, ſic exaltari opoꝛtet filiū
hominis vt oīs qui credit
in eū, nō pereat, ſed habeat
vitā eternā. Mūo q̄ intue-
bant illū ſerpentē, nō peri-
bāt moꝛſibus ſerpentū: ſic
q̄ intuent fide moꝛtē Chꝛi-
ſti, ſanant a moꝛſibus pecca
toꝛ. Sed illi ſanabantur a
moꝛte ad vitā tēpoꝛalē: hi
aūt vt habeāt vitā eternā,
Hoc em̄ interest inter figu-
ratā imaginē & rē ipſam. Fi
gura p̄ſtabat vitā tēpoꝛalē:

ees ipsa cuius figura illa erat: ꝑstat vitā eternā. Non em̄ misit Deus filiū in mūdum vt iudicet mundū, sed vt saluet mūdus ꝑ ipsum. Ergo quātū in medico est, sanare venit egrotum. Sed ipse se interimit, qui ꝓcepta medici obseruare non vult. Venit saluator in mundū. Quare saluatoꝛ dictus est mūdi: nisi vt saluet mūdū: nō vt iudicet mundū? Saluari nō vis ab ipo? ex teipo iudicaberis? Et quid dicam iudecaberis? Vide q̄d ait: Qui credit in eū non iudicatur. Qui aūt non credit, q̄d dicturꝰ speras ant q̄d dicturꝰ erat nisi iudicat? Jam (inq̄t) iudicatus est. Oꝛō.

DEus, qui apostolis tuis sanctum dedisti spm̄, cōcede plebi tue pie petitionis effectū: vt q̄bus dedisti fidē: largiaris et pacē. Per, in vnitate eiusdem.

¶ Feria.iij.de octa.dup. ex Genesi. Lectio ꝓma.

IAmq̄ vrbem exierāt, et ꝓcesserant paululū. tūc Joseph accersito dispēsatoꝛe domus, ait: Surge. inq̄t: & p̄sequere viros: & apprehensis dicito, Quare reddidistis malum ꝓ bono? Cyphus quē furati estis, ipse est in quo bibit dominus meus, & in quo augurari solet, pessimā rem fecistis. Fecit ille vt iusserat. Et apprehensis ꝑ ordinē, locutus est. Qui rēdērunt: Quare sic loquit dominus noster, vt serui tui tantum flagitij cōmiserint? Pecuniā quā inuenim⁹ in summitate saccoꝝ, repoztauim⁹ ad te de terra Chanaan: et qūo cōsequēs est vt furati simus de domo dñi tui aurū vel argentū? Apud quē cūq̄ fuerit inuentū, seruorum tuoꝝ qō queris, mozietur, & nos erimus serui dñi nostri. Qui dixit eis: Fiat iuxta vestram sententiam, apud quēcunq̄ fuerit inuentum, ipse sit seruus meus, vos aūt eritis innoxij. Ita q̄ festinato deponentes in terrā saccos, aperuerūt singuli: Quos scrutatus, incipiens a maioze vsq̄ ad minimū, inuenit cyphū in sacco Beniamin. At illi scissis vestibus, oneratisque rursum asinis, reuersi sunt in oppidū. Pzimusq̄ Judas cū fratribus ingressus est ad Joseph, nerdum em̄ loco abierat: omnesq̄ ante eum pariter in terrā coꝛruerūt. Quibus ille ait: Cur ste agere voluistis? an ignoratis q̄ nō sit similis mei in augurandi scientia? Cui Judas: Quid rēdebim⁹? inq̄t

dño meo? vel qđ loquemur, aut iuste poterim⁹ obtēdere? Deus inuenit iniquitatē seruoꝝ tuoꝝ en oēs serui sumus dñi mei, ⁊ nos ⁊ a-pud quē iuuētus est cyph⁹. Retpōdit⁊ Joseph, Abūt a me vt sic agam, q̄ curatus est cyphū, ipe sit seruus me us: vos autem abite liberi ad patrem vestrum.

Lect. Actis apostolor. L. ij.

Cupebant aūt oēs ⁊ mirabant, adinuicem dicentes: Quidnā vult hoc esse? Alij aūt irridētes, dicebāt: Musto pleni sunt isti. Stās aūt Petrus cū vnde cim, leuauit vocem suam, et locutus est eis: Viri Judei, ⁊ qui habitatis Jerusalem vniuersi, hoc vobis notum sit, ⁊ auribus percipite ꝟba mea. Nō em̄ sicut vos estimatis, hi ebrij sunt, cum sit hora diei tertia: sed hoc est quod dictū est per prophetā Johel. Et erit in nouissimis diebus, dicit dominus: effundā de spiritu meo super omnē carnē, ⁊ prophetabūt filij vestri ⁊ filie vēe, et iuuenes vestri visiōes videbūt, ⁊ seniores vestri somnia somniabūt. Et quidem sup seruos meos, ⁊ sup ancillas meas in diebꝰ illis effundā de spiritu meo, ⁊ prophetabūt: ⁊ dabo prodigia in celo sursus, ⁊ signa in terra deorsum, sanguinē ⁊ ignē ⁊ vaporē fumi. Sol cōuertetur in tenebras, ⁊ luna in sanguinem, antequā veniat dies dñi magnus ⁊ manifestus. Et erit: omnis quicūq; inuocauerit nomen dñi, saluus erit. Viri Jsraelite, audite verba hec. Jesum nazarenū, virū approbatū a Deo in vobis virtutibus ⁊ prodigijs ⁊ signis que fecit Deus per illum in medio vestri, sicut vos scitis, hunc definito consilio ⁊ prescięntia Dei traditū, p manꝰ iniquoꝝ affligētes, interemistis, quē deꝰ suscitauit solutis doloribus inferni, iuxta qō impossibile erat tenere illū ab eo. Dauid em̄ dicit in eum. Prouidebā dominū in cōspectu meo semper, qm̄ a dextris est mihi ne cōmouear. Propter hoc letatū est cor meū, ⁊ exultauit lingua mea: insup et caro mea requiescet in spe. Qm̄ non derelinques animā meam in inferno: nec dabis sanctum tuum videre corrupti onem. Notas mihi fecisti vias vite, replebis me iucunditate cū facie tua. Viri fratres, liceat audenter dicere ad vos de patriarcha David quoniā ⁊ defunctus est, ⁊ sepultus est, et sepulchrū

eius est apō nos, vlq; in ho
diernū diē . Prophetā igit̄
cū esset, & sciret ḡa iureiurā
do iurasset illi Deus de fru
ctu lūbi ei⁹ sedere sup sedē
eius: puidēs locutus est de
resurrectiōe Chr̄isti, ḡa neq;
derelictus est in inferno, ne-
q; caro eius vidit corruptio
nē. Hunc Jesum resuscita-
uit Deus, cuius nos oēs te
stes sumus. Dextera igit̄
Dei exaltatus, & promissione
sp̄ūs sancti accepta a patre
effudit hoc donū qđ vos vi
detis & auditis. Nō enī Da
uid ascēdit in celū, dicit aūt
ipse: Dixit dñs dño meo se
de a dextris meis, Donec p
nā inimicos tuos scabellū
pedū tuoz. Certissime sciat
ergo omis domus Jsrael ḡa
& dñm eū, & Chr̄istū fecit de
us, hunc Jesum quem vos
crucifixistis.

¶ Tertia lect. scōm Joānē.

In illo tēpore: Dixit
Jesus Phariseis: A-
mē amē dico vobis: q̄ nō in
trat per ostiū in ouile ouiū
sed ascēdit aliunde, ille fur
est et latro. Et reliqua.

Ca, 10

¶ Homilia sancti Augusti-
ni Episcopi.

Dominꝰ Jesus sīmi-
litudinē p̄posuit ī ho
dierna lectione de grege suo
de ostio q̄ intrat ad ouile.
Dicāt ergo pagani vel Ju-
dei vel heretici. Bene vitā
mus. Si p ostiū nō intrāt
qđ eis p̄odest vnde gloriā
tur? Ad hoc em̄ debet vni
cuiq; p̄odesse bñ viuere: vt
deū ei semp viuere. Nā cui
nō dat semp viuere: qđ p̄o
dest bene viuere? Quia nec
bñ viuere dicēdi sunt: q̄ si-
nē bene viuendi vel per re-
citatē nesciunt, vel per infla
tionē cōtēnunt. Nō est au
tē cuiquā spes vera & certa
semper viuendi nisi agno-
scat vitā que est Chr̄istus,
& per ianuā intrat in ouile.
Querunt ergo plerūq; ta-
les homines etiā persuade-
re hoībus: vt bene viuant
& chr̄istiani nō sint. Per a-
liam partem volūt ascende
re: rapere & occidere: nō vt
pastoz cōseruare atq; salua
re. Fuerunt ergo quidam
philosophi de virtutibus &
vitīs subtilia multa tractā
tes, diuidentes, diffinien-
tes ratiocinantes acutissi-
mos syllogismos concludē-
tes libzos implētes, suā sa-
pientiā buccis cōtrepātibꝰ
ventilantes, qui etiā dicere
audirēt hoībus. Nos sec-
mini, sectā nr̄am tenē: si vul
tis bñ viuere: sed nō intra-
bāt p ostiū: p̄dere volebāt:
macta re & occidere. Oēo.

Dñe nobis Domi-
ne quesumus virtus

ſpūs ſancti, que ꝙ cozda nostra clementer expurget, et ab omnibus tueatur aduersis: per.

¶ Feria quarta de octaua ex Geneſi. Lectio prima.

HAbrahā aūt pzopius Judas, cōfidēter ait, Obsecro dñe mi, loquar ꝙ seruo tuo verbū in auribus tuis, ne irascaris famulo tuo: tu es enim post Pharaonē dominus meus. Interrogasti pzius seruos tuos, Habetis patrē aut fratrē: ꝙ nos rēdimus tibi dño meo, Est nobis pater senex, ꝙ puer parnulus qui in senectute illius natus est, cuius uterinus frater mortuus est ꝙ ipsum solum habet mater sua: pater uero tenere diligit eū. Dixisti ꝙ seruis tuis: Adducite eū ad me, ꝙ ponā oculos meos super illū. Suggessimus tibi dño meo, Non potest puer relinquere patrē suum si enim illū dimiserit, morietur. Et dixisti seruis tuis, Nisi uenerit frater uester minimus uobiscū, non uidebitis amplius faciē meā. Cum ergo ascendissemus ad famulum tuū patrē nostrū narrauimus ei oīa ꝙ locutus est dñs meus. Et dixit pater noster: Reuertimini, ꝙ emite nobis paruū tritici. Cui diximus, Ire nō possumus, si frater noster minimus descenderit nobiscū, proficiscemur simul: alioquin illo absente, non audemus uidere faciē uiri. At ille respondit: Nos scitis ꝙ duos filios genuerit mihi uxor mea. Egressus est unus, ꝙ dixistis: Bestia deuorauit eū, ꝙ hucusq; non cōparet. Si tuleritis ꝙ istū, ꝙ aliquid ei in uia contigerit, deducetis canos meos cū merore ad inferos. Igitur si intrauero ad seruū tuū patrē nostrū, ꝙ puer defuerit, cū anima illius ex huius aia dependeat, uidēritq; eū non esse nobiscum, morietur, ꝙ deducēt famuli tui canos eius cū dolore ad inferos. Ego pro puero seruus tuus sim, qui in meā hūc recepi fidē, ꝙ spopondi dicens: Nisi reduxero eum, peccati reus ero in patrē meū omni tēpore. Manebo itaq; seruus tuus ꝓ puero in ministerio dñi mei, ꝙ puer ascendat cū fratribus suis. Non enim possum redire ad patrē absente puero: ne calamitatis que oppressura est patrem meum, testis assistam.

¶ Ex actis apostolorū. L. ij.

HIs aūt auditis compūcti sunt cozde, ꝙ dixerunt ad Petrū, ꝙ ad reliquos apostolos: Quid faciemus uiri fratres? Petrus aūt ad

illos: Penitentiam (inquit) agite, & baptizetur vnusquisq; vestrū in noīe Jesu Chzisti in remissionē peccatozū vestrozū: & accipietis donū spūs sancti. Vobis em est repzomissio, & filijs vestris, & omnibus qui longe sunt: quoscūq; aduocauerit dñs Deus noster. Aliis etiā verbis plurimis testificatus est & exhoztaē eos dicēs: Saluamini a generatione ista pzaua. Qui ergo receperūt sermonē eius, baptizati sūt & appositę sūt in die illa, aīe circiter tria millia. Erāt autem perseuerātes in doctrina apostolozū, & cōmunicatione, fractione panis & ozationibus. Fiebat aūt omni anime timoz: multa quoq; pzodigia & signa per apostolos fiebāt in Jerusalē, & metus erat magnus in vniuersis. Dēs etiā qui credebant erant pariter, & habebāt oīa communia. Possessiones & substantias vendebāt, & diuidebant illa oībus pzout cuiq; opus erat. Quotidie quoq; perdurātes vnanimiter in tēplo, & frangētes circa domos panē, sumebant cibū cū exultatione & simplicitate cozdis, collaudantes Deū, & habentes gratiā ad omnē plebē. Dñs autē augebat qui salui fierent quotidie in idipsum, & Petrus aūt & Joannes ascendebāt in templū, ad hozā ozationis nonā. Et quidā vir qui erat claudus ex vtero matris sue, baiulabatur, quem ponebāt quotidie ad poztā tēpli, que dicitur Speciosa, vt peteret eleemosynam ab introeuntibus in templum Is cū vidisset Petrū & Joannē incipiētes introire in templū, rogabat vt eleemosynā acciperet. Intuēs aūt in eū Petrus cum Joanne: dixit: Respice in nos. At ille intendebat in eos, sperās se aliquid accepturum ab eis. Petrus aūt dixit: Argentū & aurū non est mihi: qđ aūt habeo, hoc tibi do: In noīe Jesu Chzisti Nazareni surge, & ambula. Et appzehēdens manu eius dexterā, alleuauit eū, & pzotinus cōsolidate sunt bases eius & plante. Et exiliens, stetit, & ambulabat, & intrauit cū illis in templū ambulans, & exiliēs, & laudās Deū. Et vidit oīs populus eū ambulantem & laudantē Deū. Cognoscebant autem illum quod ipse erat qui ad eleemosynā sedebat ad Speciosam pozta templi: & impleti sunt stupoze & extasi in eo qđ cōtigerat illi

¶ Cerria lectio secundum Joannem.

In illo tpe: Dixit Jesus turbis Judeozū: Nemo potest venire ad me, nisi pater q̄ misit me, traxerit eum. Et reliqua.

¶ Homelia sancti Augustini episcopi.

Quid est, nemo potest venire ad me nisi q̄ misit me pater traxerit eū? Ille venit quem gratia Dei p̄uenit, qui cū p̄pheta dicit misericordia eius p̄ueniet me. P̄ueniet velle: subsequetur perficere. Trahit pater ad filiū eos q̄ p̄ospiciens credunt in filiū, quia deū. Deus erī pater equalē sibi genuit filiū. Et q̄ cogitat aut in fide sua sentit, q̄ in quē credit: ipsum trahit pater ad filiū. Arrius credidit creaturā non eū traxit pater, quia non cōsiderat patrē q̄ filiū nō credit equalē: Quid dicis o Arri? Quid heretice loqueris? Quid est Christus? Nō (inquit) Deus. Nō te traxit pr̄. Non esset melior Christi patrē cuius filium negas. Aliud cogitas: nō est ipse filius, nec a patre traheris: nec ad filiū trahēris. Aliud est esse filius aliud q̄d tu dicis. Fotinus dixit: homo solus Christus est, nō est deus. Quisq̄ credit: nō pater eū traxit. Quē pater traxit: tu es Christus filius Dei viui. Nō sicut p̄pheta nō sicut Joannes, non sicut aliquis magnus iustus: sed sicut vnic⁹ sicut equalis tu es Christus filius Dei viui Unde quia tractus est: et a patre tractus est. Beat⁹ es Simon bariona: q̄a tibi nō reuelauit caro q̄ sāguis: sed pater meus qui in celis est. Jsta reuelatio, ipsa est attractio.

¶ Oratio.

Mentes nostras quesumus domine paracletus: qui a te p̄ocedit, illuminet: q̄ inducat in omnē veritatem: qui tecum. Jn vnitate eiusdem.

¶ Feria quinta de octa. Ex Genesi. Lectio prima. Cap. 45.

Non se poterat vltra cohibere Joseph multis cozam astantibus: vnde p̄cepit vt egrederētur cūcti fozas, q̄ null⁹ interesset alienus agnitioni mutue. Eleuauitq̄ vocē cū fletu: quam audierūt Egyptij, oisq̄ domus Pharaonis, q̄ dixit fratribus suis. Ego sum Joseph: adhuc pē meus viuit? Non poterant respondere fratres nimio terroze perterriti. Jd quos ille clementer: Accedite, inquit, ad me.

Et cū accessissent ppe: Ego glozīā meā, & cuncta que vi-
lū. ait, Joseph frater vester, distis in Egypto: festinate
quē vendidistis in Egyptū. & adducite eum ad me.
Nolite pauere, neq; vobis ¶ Et actis amplozis. L. ū.
durū esse videatur qū vēdi AUm teneret aūt Pe-
distis me in his regionibus trū & Joannē, curue-
pro salute eōm vīa misit me eit ois populus ad eos ad
deus ante vos. Biennū est poztīcū que appellatur Sa
eīs quod cepit fames in ter lomonis, stupentes. Viōes
ra esse: Et adhuc quinq; an aūt Petrus, rīdit ad popu
ni restant, quibus nec arari lū. Viri Jsraelite, quid mi-
poterit, nec meti. Premisit ramini in hoc aut nos quid
que me ds vt reseruemini intuemini, quasi nostra vir-
super terrā, & escas ad viū tute aut potestate fecerim?
dum habere possitis. Non hūc ambulare? Deus Abra
vestro cōsilio, sed Dei volū hā, & deus Jsaac, & deus Ja
tate huc missus sum. qui fe- cob deus patrū nostrorum,
cit me quasi patrē Pharao- glozificauit filū suū Jesum
nis, & dñm vniuerse domus quē vos quidē tradidistis,
eius, ac pncipē in oī terra & negastis ante faciē Pilati,
Egypti. Festinate, & ascen- iudicante illo dimitti. Vos
dite ad patrē meū, & dicetis aūt sanctū & iustū negastis,
ei. Hec mandat filius tuus & petistis virū homicidā do
Joseph: Deus fecit me do- nari vobis: authozem vero
mīū vniuerse terre Egyp- vite interfecistis, quē deus
ti, descende ad me ne moze- suscitauit a moztuis, cuius
res, & habitabis i terra Gel nos testes sumus. Et in fi-
sen eris q̄ iuxta me tu, & fi- de nominis eius, hunc quē
lij tui, & filij filiozū tuozum, vos videtis & nostis, confir
oues tue, & armenta tua, et mauit nomen eius: & fides
vniuersa q̄ possides. Jbiq; que per eū est, dedit integrā
te pascam (adhuc enī quinq; sanitatē istā in cōspectu om
anni residui sunt famis) ne niū vestrū. Et nūc fratres
& tu pereas, & ois dom⁹ tua scio quia per ignozantiā fe-
& oīa que possides. En ocu- cistis, sicut & pncipes vē-
li vestri & oculi fratris mei Deus aūt quē pnenuntia-
Beniamin vident quod os uit per os oīm prophetarū
meū loquatur ad vos, Nū pati Chzistū suū, impleuit
tiate patri meo vniuersam sic. Penitentiā igitur, & cō-

vertimini, vt deleantur peccata vestra: vt cū venerint tēpora refrigerij a cōspectu dñi & miserit eū qui prædicatus est vobis Jesum Christū, quē oportet quidē celū suscipere vsq; in tēpora restitutiōis oim que locutus est deus per os sanctorū suorum a sęculo prophetarum. Moyses quidem dixit: Quia prophetā suscitabit vobis dñs deus vester de fratribus vestris tanquā me: ipsū audietis iuxta oīa quecūq; locutus fuerit vobis. Erit aūt: omnis aīa que nō audierit prophetā illū, exterminabitur de plebe. Et oēs prophete a Samuel, & deinceps qui locuti sunt, etiam annūtiauerūt dies istos. Vos estis filij prophetarū & testamenti, quod disposuit deus ad patres nostros, dicēs ad Abraham: Et in semine tuo benedicētur oēs familie terre. Vobis primum deus suscitans filiū suū, misit eū benedicentē vobis: vt conuertat se vnusquisq; a nequitia sua.

Feria tertia lectio sēm Lucā.

In illo tpe: Conuocatis Jesus duodecim discipulis suis: dedit illis virtutem & potestatem sup oēs dēmonia: & vt lāguores curarent. Et reliqua.

Homelia. S. Imbrosij epi.

Qualis debet esse qui euangelizat regnum Dei: præceptis euangelicis designatur. Ut sine virga, sine pera, sine calceamento, sine pane, sine pecunia, hoc est subsidij secularis administricula non requirēs, fideq; tutus putet sibi quo minꝰ ea requiret magis posse supplere q̄ possunt qui volūt ad eum detinere tractatū vt spirituālē tantūmodo locus iste videat: & ornare affectū. Qui velut indumentū gōdā videat corporis exuisse: nō solū potestate rejecta cōtemptiq; diuitijs: sed etiā carnis ipsius illecebris abdicatis. Quibus primo oīm datur pacis atq; constantie generale mandatū: vt pacē ferant, constantiā seruent: hospitalis necessitudinis iura custodiant: alienū a prædicatore regni celestis asserēs cursitare per domos, & inuolabilis hospitij iura mutare. Sed vt hospitij gratia deseranda censetur, ita etiā si nō recipiantur excutiendū pulueré, & egrediendū de ciuitate mandatur. Quo non mediocris boni remuneratio docetur hospitij vt nō solū pacē tribuamus hospitibꝰ, verū etiā si qua eos terrene obumbrāt delicta leuitatis, receptis apostolice prædica-

tionis vestigijs auferatur. Nec ociose secundum Matheū domus quā ingrediā-tur apostoli eligenda discernitur, vt mutandi hospitij necessitudinis que violande causa nō suppetat. Non tñ eadē cautio recepturi mandatur hospitij: ne dū hospes eligit, hospitalitas ipsa minuatur. Oratio. Deus q̄ hodierna die. ac. vt supra in die pentecostes.

¶ Feria. vi. de octo. Ex genesi. Lectio prima.

QUmq̄ amplexatus recidisset in collū Benia min fratris sui, fleuit: illo quoq̄ similiter flente super collum eius. Osculatus est Joseph oēs fratres suos, et plozauit sup singulos: postque ausi sunt loq̄ ad eū. Auditūq̄ est q̄ celebri sermone vulgatū in aula regis: Venerunt fratres Joseph. Et gauisus est Pharao atque oīs familia eius. Dixitque ad Joseph vt imperaret fratribus suis dicēs: Onerantes iumēta, ite in terrā Chanaan. Et tollite inde patrē vestrū q̄ cognationē, q̄ venite ad me: q̄ ego dabo vobis omnia bona Egypti, vt comedatis medullā terre. Hoc cipe etiā vt tollant plaustra de terra Egypti, ad subiectionē paruulox suoxum ac coniugum: q̄ dicito: Tollite patrē vestrū q̄ properate quā tocyus venientes, nedimittatis quicquā de supellectili vestra, da oēs opes Egypti, vestre erunt. Fecerūq̄ filij Jlrael vt eis mandatū fuerat. Quibus dedit Joseph plaustra, secundū Pharaonis imperiū: q̄ cibaria in itinere. Singulis quoq̄ preti iussit binas stolas. Benia min vero dedit trecētos argenteos cū quinq̄ stolis optimis: tantundē pecunie et vestigiū mittens patri suo addens et asinos decem, qui subueherent ex oibus diuitijs Egypti, q̄ totidē asinas triticum in itinere, panes q̄ portantes.

¶ Ex actis apostolox. Le. ij. Cap. 4

IOquentibus aūt illis ad populū, superuenerunt sacerdotes q̄ magistratus templi q̄ sadducei volētes qō docerent populū, q̄ annūtiarent in Jesu resurrectionē ex mortuis: q̄ iniecerunt in eos manus, q̄ posuerunt eos in custodiā in craſtinū: erat aūt iā vespera. Multi autē eox qui audierāt verbū, crediderunt: q̄ factus est numer⁹ virox, quinq̄ milliū. Factū est aūt in craſtinū, vt cōgregarent principes eox q̄ seniores, q̄ scribe in Jerusalem, q̄ Annas princeps sacer

dotū, & Caiphas, & Joānes & Alexāder, & quotquot erāt de genere sacerdotali. Et statuētes eos in medio, interrogabant. In qua virtute aut in quo nomine fecistis hoc vos? Tunc Petrus repletus spū sancto, dixit ad eos: Pzincipes populi & seniozes, si nos hodie dijudicamur in benefacto hois infirmi, in quo iste saluus factus est, notū sit oibus vobis & omni plebi Israel, quod in noīe dñi nostri Jesu Chzisti Nazareni, quē vos crucifixistis, quē deus suscitauit a mozt̄uis, in hoc iste astat coza vobis sanus. Hic est lapis qui reppobatus est a vobis edificantibus, q̄ factus est in caput anguli: & non est in alio aliquo salus. Nec enī aliud nomē est sub celo datū hoīb⁹, in quo opoꝛteat nos saluos fieri. Videntes autē Petri constantiā & Joānis coperto qō homines essent sine literis, & idiote, admirabant & cognoscebāt eos quōiā Jesu fuerant hominē quoq; videntes stantē cum eis q̄ curatus fuerat, nihil poterant contradicere. Jussērūt autē eos foꝛas extra concilū secedere: & conferebant adinuicem, dicētes: Quid faciemus hominibus istis? q̄m quidem notū signū factū est per eos, omnibus habitātibus Jerusalē: manifestū est & non possum⁹ negare. Sed ne amplius diuulget in populū, cōminemur eis, ne vltra loquātur in noīe hoc vllo hominū: Et vocātes eos denuntiauerūt ne omnino loquerentur neq; docerent in nomine Jesu. Petrus vero & Joannes respondentes dixerunt ad eos: Si iustum est in conspectu Dei, vos potius audire quā Deum, iudicate: non enī possumus q̄ vidimus & audiuimus non loqui. At illi cōminātes, dimiserunt eos, non inuenientes quomodo punirent eos pzopter populum, quia oēs glozificabant Deū in eo qō acciderat. Annoꝛū enī erat amplius quadzaginta hō in quo factum fuerat signum istud sanitatis.

¶ Certis lectio scōm Lucā. Cap.5

IN illo tpe: Factū est in vna dierū, & ipse Jesus sedebat docens: & erant Pharisei sedētes, & legis doctoꝛes q̄ venerāt ex oī castello Galilee & Judee & Jerusalē: & virtus dñi erat ad sanandum eos. Et reliqua.

¶ Homelia sancti Ambzosij Episcopi.

NOn octosa huius paralytici nec angusta medicina est: quādo omnis

& ozalle pzemittit nō vtiq̄ pzopter suffragiū sed ppter exemplū. Imitandi em̄ spe ciem dedit non impetrandi ambitū requisiuit. Et cōue nientibus ex oī Galilea et Judea: & Jerusalē legis do ctozibus: inter ceterozum re media debilium paralytici quoq̄ medicina dscribitur. Pzimū oīm quod ante dixi mus vnusq̄sq̄ eger perēde salutis pzeratozes debet ad hibere, per quos vite nostre cōpago resoluta actuūq̄ no strozū clausa vestigia verbi celestis remedio refozment Sunt igitur aliqui monito res mētis, qui animū hois quāuis exteriozis cozpozis debilitate tozpentē ad supe rioza erigāt. Quozum rur sus adminiculis, & attollere & humiliare se possit: vt faci lius ante Jesum locet dñi co videri dign⁹ aspectu. Hu militatē em̄ respicit dñs: & respexit humilitatē ancille sue. Quozū fidē (inquit) vt vidit, dixit: Homo remittū tur tibi peccata tua. Magn⁹ dñs qui aliozū merito igno scit alijs: & dū alios pzobat, alijs relaxat errata. Cur a pud te o homo collega non valeat cū apud deū seruus & interueniendi meritum & ius habeat impetrandi? Dil ce qui iudicas ignoscere: di lce & eger es ipetrare. Ofo.

Da quelumus ecclesie tue misericoz deus: vt sancto spiritu cōgregata, hostili nullatenus incursiōe turbetur. Per. In vnitate eiusdem spiritus. &c.

¶ Sabbato de oct. ex Genū

Lectio prima.

Dimisit ergo fratres suos: & proficiscētib⁹ ait: Ne trascamini in via. Qui ascendētes ex Egypto venerunt in terrā Chanaā ad patrē suū Jacob. Et nū tianerūt ei, dicētes: Joseph viuit: & ipse dominatur in oī terra Egypti. Quo audi to Jacob, quasi de graui so no euigilans, tamen non ere debat eis. Illi econtra refe rebant ommē ordinem rei. Cumq̄ vidisset plaustra et spiritus eius, & ait: Sufficit mihi si adhuc Joseph filius meus viuit: vadā & videbo illum antequam moziar. ¶ Pzofectus q̄ Jsrael cū oī bus que habebat venit ad puteū iuramēti: & mactatis ibi victimis Deo patris sui Jsaac, audiuit eū per visio nem nocte vocantē se, & dicē tē sibi: Jacob Jacob. Qui rndit: Ecce adsum. Ait illi Deus: Ego sum fortissim⁹ deus patris tui: noli timere sed descende in Egyptū, qa

Ge. 46

in gentem magnam faciã te
ibi. Ego delcendã tecũ illuc
& ego inde adducã te reuer-
tentẽ: Joseph quoq; ponet
manus suas sup oculos tu
os. Surrexit Jacob mane
& puteo iuramẽti: tulerũtq;
eũ filij cũ paruulis, & uxo-
bus suis in plaustris q̃ mi-
serat Pharao ad portandũ
senẽ & oĩa que possederat in
terra Chanaan. venitq; in
Egyptũ cũ oi semine suo, fi
lijs eius & nepotes, filie & cũ-
cta simul progenies.

℣ Exactis apostolor. Le.ij.

Dimissi autẽ venerũt
ad suos & annuntia-
uerũt eis quãta ad eos prin
cipes sacerdotũ, & seniores
dixissent. Qui cũ audissent,
unanimiter leuauerũt uocẽ
ad deũ, & dixerunt: Dñe, tu
es qui fecisti celum & terrã,
mare & oĩa que in eis sunt, q̃
spiritu sancto per os patris
nostri Dauid pueri tui dixi
sti: Quare fremuerunt gen
tes, & populi meditati sunt
inania? Astiterunt reges ter
re, & principes cõuenerũt in
unũ aduersus dñm & aduer
sus Christũ eius. Conue-
nerũt enim vere in ciuitate
ista aduersus sanctũ puerũ
tuũ Jesum quẽ unxisti,
Herodes, & Pontius Pila-
tus, cũ gentibus & populis
Israel facere que manus tua,
consiliũ tuũ decreuerunt
fieri. Et nunc dñe respice in
minas eoz, & da seruis tuis
cũ oi fiducia loqui uerbum
tuũ, in eo qõ manũ tuã ex-
tendas ad sanitates & signa
& prodigia fieri per nomen
sancti filij tui Jesu. Et cum
orassent, motus est locus in
quo erãt cõgregati, & reple-
ti sunt oẽs spiritu sancto: et
loquebantur uerbũ Dei cũ
fiducia. Multitudinis autẽ
credentiũ erat coz unũ & aĩa
una: nec quisq; cozũ q̃ possi-
debat aliquid suũ esse dice-
bat, sed erãt illis oĩa cõmu-
nia. Et uirtute magna red-
debant apostoli testimoniũ
resurrectionis Jesu Christi
dñi nostri: & gratia magna
erat in omnibus illis. Neq;
enĩ quisquã egẽs erat inter
illos. Quotquot enĩ possel
sozes agrozũ aut domozum
erant, uendẽtes afferebant
pretia eozũ, que uendebant
& ponebant ante pedes Apo
stolozũ. Diuidebat autẽ sin
gulis prout cuiq; opus erat
Joseph autẽ q̃ cognominat⁹
est Barnabas ab apostolis
(quod est interpretatũ, filij
consolationis) Leuites, Cy
prius genere, cum haberet
agrum uendidit eum, & attu
lit pretium, & posuit ante pe
des Apostolozum.

℣ Tertia lectio scõm Lucã.

Ca.14. In illo tẽpore: Surgẽs Jesus de synagoga intrauit in domo Simonis. Socrus aũt Simonis tenebat magnis febrib⁹. Et rel.

¶ Homelia s. Ambrosij epi.

Vide clemẽtiã do mini saluatoris: nec indignatione cõmotus, nec scelere offẽsus, nec iniuria violat⁹ Judeã deseruit. Quin etiã immemor iniurie, memor clemẽtie nunc docẽdo, nũc liberando, nunc sanãdo plebis corda demulcet. Et bene sanctus Lucas virum a spũ nequitie liberatũ ãte pmisit, & substituit femine sanitatẽ. Utrunq; enim sexũ dñs curaturus aduenerat: & prior sanari debuit, q̃ prior creatus est. Nec pretermitti illa debuit, q̃ mobilitate magis animi quã pravitate peccauerat. Sabbato dñice medicine opera cepta significant vt inde creatura noua reperit: vbi vetus creatura ante desserat. Nec sub lege esse Dei filiũ sed supra legẽ in ipso principio designaret, nec soluere legem: sed adimplere. Neq; enim per legẽ: sed verbo factus est mundus sicut legimus. Verbo domini celi firmati sunt. Non soluitur ergo lex, sed impletur vt fiat renouatio hominis iam labentis. Unde & apostolus ait: Expoliãtes vos veterem hominem induite nouum: qui secundũ Christũ creatus est. Et bene sabbato cepit: vt ipse ostenderet creatorem qui opera operetur opus quod ceperat.

Oratio.

Mentibus nostris ẽs dñe spiritum sanctũ benignus infunde: cuius est sapientia conditi sumus, et prouidentia gubernamur. Per dominũ. In vnitate.

¶ Si in festo Trinitatis in cidenter festũ duplex alicuius sancti transferendũ est in sequentem diem. Si aũt fuerit simplex omittitur.

¶ Festũ sancte Trinitatis duplex maius, ad vesperas.

Hymnus.

Deste sancta trinitas, Par splendor, vna deitas, Que ex tas rerum omniũ sine fine principium.

Te celozum militia, Laudat, adozat, predicat, Trieplexq; mundi machina, Benedicit per secula.

Adsumus et nos cernui, Te adozantes famuli, Zota, precesq; supplicum, Hymnis iunge celestium.

Glozia patri domino, Glozia patri domino, Vna cum sancto spiritu, In sempiterna

lecula. Amen Antiphona.

O adozanda trinitas, o ve neranda vnitas, o perfecta deitas, tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio in sem piterna lecula. Amen.

Oratio.

Omnipotēs sempiterne Deus, q̄ dedisti famu lis tuis in confessione vere fidei eterne trinitatis glo riam agnoscere, & in potētia maiestatis adozare vnitatē: quesumus, vt eiusdem fidei firmitate ab oibus semper muniamur aduersis. Per.

¶ Dominica trinitatis pri mapoſt pentecosten. Ad ma tutinum. Inuitatozium.

Sanctā Trinitatē dnū nr̄m venite adozemus.

Hymnus Ad festo sctā Trin. ꝛc. vsu. Iñā. Te inuocamus, te lau damus, te adozamus o bea ta Trinitas.

¶ Ex Isaia. Lectio prima.

Quod cernens Joseph ruit tup faciē patris sui & deosculans eū. Pxcepitq; seruis suis medicis, vt aromatibus cōdirent patrē. Quibus iussa explenti bus,trāsierūt quadraginta dies: iste quippe mos erat cadauerū cōditorū,fleuitq; eum Egyptus septuaginta diebus. Et expleto planctꝰ tēpore, locutus est Joseph ad familiā Pharaonis. Si inueni gratiā in conspectu vestro,loquimini in auribꝰ Pharaonis,eo q̄ pater meꝰ adiurauerit me,dicens. En morior,in sepulchro meo qđ fodi mihi in terra Chanaan sepelies me. Ascendā igitur & sepeliā patrē meū,ac reuertar.Dixitq; ei Pharao,Ascende,& sepeli patrem tuū sicut adiuratus es. Quo ascendente,ierūt cū eo oēs serui domus Pharaonis,cū ctiq; maiores natu terre Egypti,domus Joseph cū fratribus suis, ablq; paruulis & gregibus, ablq; armentis que dereliquerunt in terra Gessen. Habuit quoq; in comitatu currus & equites,et facta est turba non modica. Veneruntq; ad Aream Atad, q̄ sita est trāsJordanē:vbi celebrantes exequias plāctu magno atq; vehementi impleuerūt septē dies. Quod cū vidissent habitatores terre Chanaan,direrūt, Planctus magnus est iste Egyptijs. Et idcirco vocatum est nomen hoc illius, Planctus Egypti. Fecerunt ergo filij Jacob sicut pxceperat eis: & portātes eū in terrā Chanaan, sepelierūt eū in spelūca duplici,quā emerat Abraha cū agro in possessionē sepulchri ab Ephron Hetheo cōtra faciē Mambre.

Ca.1a

Exactis apostolor.Le.ij.

Jr aūt ḋā erat i ecclesia,nose Cozneli⁹. Cē turio cohortis q̄ dicit Jtalica,religiosus & timēs Deū cū omni domo sua. faciens eleemosynas multas plebi, & deprecans Deum semper. Is vidit in visu manifeste,

quasi hora diei nona, angelū Dei introeuntē ad se, et dicentē sibi: Corneli, At ille intuens eū timore correptus dixit: Quis es dñe? Dixitq; illi: Orationes tue & eleemosyne tue ascenderunt in memoriā in cōspectu Dei Et nūc mitte viros in Ioppen & accerse Simonē quendā qui cognominatur Petrus, hic hospitat apud Simonē quendā corariū, cuius est domus iuxta mare: hic dicet tibi quid te oporteat facere. Et cū discessisset angelus qui loquebatur illi vocauit duos domesticos suos & militē metuentē dñm ex his qui illi parebant. Quibus cū narrasset oīa, misit illos in Ioppē. Postera aūt die iter illis facientibus, et appropinquantibus ciuitati, ascendit Petrus in superioza, vt oraret, circa horam sextā. Et cū esuriret, voluit gustare. Parantibus aūt illis, cecidit super eū mentis excessus & vidit celū apertū & descendens vas quoddam velut linteū magnū, quatuoz initijs submitti de celo in terrā, in quo erant omnia quadrupedia, & serpētia terre, & volatilia celi. Et facta est vox ad eū. Surge Petre, occide & māduca. Ait autē Petrus: Absit dñe: quia nunq; manducauī omne cōmune & immundū. Et vox iterū secundo ad eū: Quod Deus purificauit, tu cōmune ne dixeris. Hoc factū est p ter. Et statim receptū est vas in celū. Et dū intra se hesitaret Petrus quidnam esset visio quā vidisset, ecce, viri qui missi erant a Cornelio inquirentes domū Simonis, astiterunt ad ianuā Et cū vocassent, interrogabant si Simon qui cognominatur Petrus, illic haberet hospitiū. Petro aūt cogitante de visione, dixit spūs ei: Ecce viri tres quērunt te. Surge itaq; & descende, & vade cū eis, nihil dubitans, quia ego misi illos. Descendēs aūt Petrus ad viros, dixit: Ecce, ego sum quē queritis: que causa est propter quā venistis? Qui dixerunt: Cornelius centurio, vir iustus & timens dñm & testimoniū habens ab vniuersa gente Iudeoz̄, respōsum accepit ab angelo sācto accersire te in domū suā, et audire verba abs te. Introducens ergo eos, recepit hospitio. Sequenti aūt die surgens, profectus est cum illis & quidam ex fratribus ab Ioppe comitati sunt eū. Alitera aūt die introiuit Cesa

tabat illos, conuocatis cognatis suis & necessarijs amicis.

¶ Tertia lectio.

Hæc sacramẽti figura præcessit qñ mãna Deus pluit patribus in deserto, q̃ quotidiano celi pascebantur alimẽto. Unde dicẽtũ est. Panẽ angelorũ manducauit homo. Sed tamen illum panẽ qui manducauerunt, oẽs in deserto mortui sunt. Ista aũt esca quã accipitis iste panis viuus q̃ de celo descẽdit, vite eterne substantiã subministrat. Et q̃ cunq; hunc panẽ manducauerit non morietur in eternũ. quia corpus Christi est. Cõsidera nunc vtrũ panis angelorũ præstantior sit an caro Christi, qui vtiq; est corpus vite. Mãna illud de celo, hoc super celũ. Illud celi, hoc dñi celorũ. Illud corruptioni obnoxiũ fuit in diẽ alterũ seruaretur, hoc alienũ ab omni corruptiõe. Quicũq; religiose gustauerit corruptionẽ sentire non poterit. Illis aqua de petra fluxit, tibi sãguis e Christo. Illos ad horã satiauit aqua, te sãguis Christi diluit in eternũ. Judeus bibit & sitit, tu cũ biberis, sitire nõ poteris. Et illud in vmbra hoc in veritate. Si illud qõ miraris vmbra est, quantũ istud est cuius vmbrã miraris? Audi quia vmbra est que apud patres facta est. Bibebãt (inquit) de spirituali cõsequente eos petra, petra autem erat Christus. Sed non pluribus eorũ cõplacitũ est Deo, nã prostrati sunt in deserto: hec aũt facta sunt in figura nr̃i. Cognouisti ꝓtiora Potiora est lux quã vmbra: veritas quã figura, corpus auctoris quã mãna de celo. Forte dicis. Aliud video qũo tu mihi asseris quot corpus Christi accipiam? Et hoc nobis supest vt ꝓtemus.

¶ Feria.v.octaua corporis Christi dup. min⁹ er Ge. L.

In Egypto cũ fratribus suis, & omni comitatu, sepulto patre. Quo mortuo, timẽtes frẽs ei⁹ & mutuo colloquẽtes. Ne forte memor sit iniurie quã passus est: et reddat nobis omne malum quod fecimus, mandauerũt ei dicẽtes: Pater tuus præcepit nobis atq; ita mandare tur, vt hec tibi verbis illius diceremus. Obsecro vt obliuiscaris sceleris fratrũ tuorum, & peccati atq; malitie quã exercuerunt in te: nos quoq; oramus vt seruis dei patris tui dimittas iniquitatẽ hanc. Quibus auditis fleuit Joseph, venerũtq; ad

eũ fratres sui & prosternentes adorauerunt eum in terrã, dixerũt: Serui tui sumus. Quibus ille rẽdidit: Nolite timere. nũ Dei possum⁹ resistere volũtati? Vos cogitastis de me malũ sed Deus vertit illud in bonũ: vt exaltaret me sicut impresentiarũ cernitis, & saluos faceret multos populos. Nolite timere: ego pascam vos & paruulos vestros: cõsolatusq; est eos, & blãde ac leniter est locutus. Et habitauit in Egypto cum omni domo patris sui: vixitq; cẽtum decem annis. Et vidit Ephraim filios vsq; ad tertiã generationẽ. Filij quoq; Machir filij Manasse nati sunt in genib⁹ Joseph. Quibus transactis locutus est fratribus suis. Post mortẽ meã Deus visitabit vos, & ascendere vos faciet de terra ista ad terram quã iurauit Abraham, Isaac & Jacob. Cunq; adiurasset eos, atq; diuisset: De⁹ visitabit vos alsportate ossa mea vobiscũ de loco isto. mortuus est expletis centũ decẽ vite sue annis. Et conditus aromatibus, repositus est in loculo in Egypto.

℣ Et factis Apostorum.

Lectio secunda.

ET factũ est, cũ introisset Petrus, obuiꝰ ei Cornelius, & prosternens ad pedes eius adorauit eũ. Petrus vero eleuauit eum dicẽs: Surge & ego ipse homo sum. Et loquens cũ illo intrauit, & inuenit multos qui conuenerant. dixitq; ad illos: vos scitis quõ abominatũ sit viro Judeo cõiũgi, aut accedere ad alienigenã, sed mihi ostendit Deus, neminẽ cõmunem aut immundum dicere homine: propter quod sine dubitatione veni accersitus. Interrogo ergo quam ob causam accersistis me? Et Cornelius ait: Die ab hinc quarto, vsq; ad hanc horã, orans eram hora nona in domo mea, & ecce vir stetit ante me in veste candida & ait: Corneli exaudita est oratio tua & eleemosyne tue cõmemorate sunt in cõspectu Dei. Mitte ergo in Joppen, & accerse Simonem qui cognominatur Petrus. hic hospitatur in domo Simonis Coriarij iuxta mare. Cõfestim ergo misi ad te, & tu bene fecisti venẽdo. Nunc ergo oẽs in cõspectu tuo adsumus, audire oĩa quecunq; tibi precepta sunt a dño. Aperiens aũt Petrus os suũ dixit: In veritate cõperio, quia non est personarum acceptor deus: sed in oi gente qui timet eũ & operatur iu-

stiū,acceptus est illi. Ver
bū misit Deus filijs Jsrael
annuntiās pacē per Jesum
Christū, hic est oīm domin⁹
Vos scitis qđ factū est ver
bū per vniuersam Judeam
incipiens a Galilea post bap
tismū qđ prędicauit Joan
nes, Jesū a Nazareth qūo
modo unxit eū Deus spū sancto ⁊
virtute, ⁊ pertransijt bene
faciendo ⁊ sanando oēs op
pressos a diabolo, qm̄ Deus
erat cū illo. Et nos testes
sumus oīm que fecit in re
gione Judeozū ⁊ Jerusalē,
quē occiderūt suspendentes
in ligno. Hunc Deus suscī
tauit tertia die, ⁊ dedit eum
manifestū fieri non oī popu
lo, sed testibus prędestinatis
a Deo, nobis qui manduca
vimus ⁊ bibimus cum illo
post⁊ resurrexit a mortuis
Et prędicit nobis prędicare
populo ⁊ testificari ḡa ipe est
qui cōstitutus est a Deo iu
dex viuozū et mortuozum.
Huic oēs prophete testimo
niū perhibent, remissionem
peccatozum accipere per no
mē eius omnes qui credūt
in eum. Adhuc loquente Pe
tro verba hec, cecidit spiritꝰ
sanctus super oēs qui audie
bant verbum. Et obstupue
runt ex circūcisione fideles,
qui venerant cū Petro ḡa
⁊ in nationes gratia spiritꝰ
sancti effusa est. Audiebant
enim illos loquētes linguis
⁊ magnificātes Deū. Tunc
respondit Petrus: Nunqđ
aquā quis prohibere potest
vt nō baptizētur hi qui spi
ritū sanctū acceperunt sicut
⁊ nos? Et iussit eos bapti
zari in nomine domini Jesu
Christi. Tunc rogauerunt
eum, vt maneret apud eos
aliquot diebus.

¶ Tertia lectio.

QUantis igit̄ vtimur
exēplis vt probemus
hoc non esse qđ natura for
mauit, sed quod būdictio cō
secrauit: maiozēq; vim esse
benedictionis quā nature,
qua etiam benedictiōe ipsa
natura mutatur. Unde vir
gam tenebat Moyses proie
cit eam ⁊ facta est serpens.
Rursus apprehendit caudā
serpentis: ⁊ in virge naturā
reuertitur. Vides igit̄ pro
phetica gratia bis mutatā
esse naturā serpentis ⁊ vir
ge? Currebāt Egypti flumi
na puro meatu aquarū: su
bito de fontium venis san
guis cepit erūpere, nec erat
potꝰ in fluuijs. Rursus ad
prophete preces cruoz flumi
num cessauit, et aquarum
natura remeauit. Circun
clusus vndiq; erat populus
Hebreozū: hic Egyptijs va
latus, inde mari conclusus.

Virgā leuauit Moyses, & separauit se aqua, & in muri speciē se cōgelauit: atq; inter vndas via pedestris apparuit. Jordanis cōuersus retrorsum cōtra naturā in sui fontis reuertit exordiū. Nonne claret naturam vel maritimorū fluctuū vel cursus fluuialis aque esse mutatā? Sitiebat populus patrū & rigit Moyses petrā: & aqua de petra fluxit. Numquid nō pter naturā operata est gratia, vt aquā euomeret petra quā non habebat natura? Marath fluuius amarissimus erat vt sitiēs populus bibere non posset: Moyses misit lignū i aquā & amaritudinē suā aquarū natura deposuit qua infusa subito gratia temperauit. Sub Heliseo pphēta vni ex filijs pphētarū excussū est ferrū de securi: & statim immersū est in aquā: rogauit Heliseum qui amiserat ferrū: misit Heliseus lignū in aquā, & natauit ferrum. Utiq; etiā hoc pter naturā factū cognouimus. Gratior est ferri species, q̄ aquarū liquor. Animaduertimus igitur maiorem esse gratiā quā naturā. Et adhuc tamen pphetice bene dictionis miramur gratiā: q̄ si tantū valuit humana benedictio, vt naturā cōuerteret quid dicimus de ipsa cōsecratione diuina vbi ipsa ōba dñi saluatoris operāt? Nā sacramentū istud q̄ ōe cipis, Christi sermōe cōficit.

¶ Feria. vi. post octauā corporis Christi. Liber exo. I.

Hec sunt nomina filiō Cap. I
rū Israel qui ingressi sunt in Egyptū cū Jacob: singuli cū domibus suis introierūt, Ruben, Simeon, Leui, Judas, Issachar, Zabulon, & Beniamin, Dan, & Nephthalim, Gad & Aser. Erant igitur oēs anime eorum qui ingressi sunt de femore Jacob, septuaginta: Joseph aūt in Egypto erat. Quo mortuo, et vniuersis fratribus eius, omniq; cognatione sua, filij Israel creuerunt & quasi germinantes multiplicati sunt, ac roborati nimis, impleuerunt terrā. Surrexit inter ea rex nouus super Egyptū, q̄ ignorabat Joseph: & ait ad populū suum: Ecce populus filiorum Israel multus, & fortior nobis est. Venite, sapienter opprimamus eū, ne forte multiplicetur: & si ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis nostris, expugnatis q̄ nobis egrediat e terra. Proposuit itaq; eis magistros operū vt affligerēt eos one-

ribus, edificauerūt ꝙ vrbes
tabernaculozum Pharaoni
Phithō, ꝫ Rameses. Quā
tocp oppzimebant eos, tāto
magis multiplicabantur, ꝫ
crescebant: oderant ꝙ filios
Israel Egyptij, ꝫ affligebāt
illudentes eis ꝫ inuidentes
Et ꝙ ad amaritudinē perdu
cebāt vitam eozū operibus
duris iuti ꝫ lateris, omniꝙ
famulatu, quo in terre ope
ribus premebant. Dixit au
tem rex Egypti obstetricib⁹
Hebreozū, quarū vna voca
bat Sephora, altera Phua
precipiens eis: Q̄ obstetri
cabitis Hebreas, et partus
ipsis aduenerit si masculus
fuerit, interficite illū: si femi
na reseruate. Timuerunt
aūt obstetrices deū, ꝫ non
fecerūt iuxta preceptū regis
Egypti: sed cōseruabāt ma
res. Quibus accersitis ad
se rex ait: Quidnam est hoc
qđ facere voluistis, vt pue
ros seruaretis? Que rñde-
runt: Nō sunt Hebree, sicut
Egyptie mulieres ipse enī
obstetricandi habēt scientiā
& priusq̄ veniamus ad eas,
pariunt. Bene ergo fecit de⁹
obstetricibus ꝫ creuit popu
lus, cōfortatus ꝙ est nimis.
Et quia timuerūt obstetri
ces deum, edificauit illis do
mos. Precepit ergo Pharao
oi populo suo dicēs: Quic-
quid masculini sexus natū
fuerit, in flumē proijcite: fe-
quid feminini, reseruate.

¶ Ex Actis Apostolor. Lect.

Ca. 11.

HAbierunt aut tē apo-
stoli, ꝫ fratres q̄ erant
in Judea, qm ꝫ gentes rece-
perunt verbū Dei. Cū aūt
ascendisset Petrus Jerosо
lymā, disceptabāt aduersus
illū qui erāt ex circumcisiōe
dicētes: Quare introisti ad
viros preputiū habentes, et
manducasti cum illis? Incī
piens aūt Petrus, expone-
bat illis ordinē dicēs: Ego
erā in ciuitate Joppe orās,
& vidi in excessu mētis mee
visionē, descendēs vas quod
dam velut linteū magnū,
quatuoz initijs summitti de
celo, ꝫ venit vsq̄ ad me. In
quod intuēs, considerabam
& vidi quadzupedia terre, et
bestias, ꝫ reptilia, ꝫ volati-
lia celi. Audiui aūt & vocem
dicentē mihi: Surge Petre
occide & manduca. Dixi aūt
Nequaquā dñe, qā cōmune
aut immundū nunq̄ intro-
iuit in os meū. Respondit autē
vox secundo de celo: Que
deus mundauit, tu ne com
mune dixeris. Hoc autē fa-
ctū est per ter: ꝫ recepta sunt
omnia rursum in celum. Et
ecce viri tres confestim asti-
terunt in domo in qua erā,
missi a Cesarea ad me. Dixit

autē spiritus mihi, vt irem
cū illis, nihil hesitans. Ve-
nerunt aūt mecū & ler fra-
tres isti: & ingressi sumus in
domū viri. Narrauit autē
nobis quō vidisset angelum
in domo sua, stantē & dicen-
tem sibi: Mitte in Joppen,
& accerse Simonē q̄ cogno-
minatur Petrus, q̄ loquet
tibi verba in quibus salu⁹
eris tu, et vniuersa domus
tua. Cū aūt cepissem loqui,
cecidit spiritus sanctus sup
eos, sicut & nos ī initio. Re
cordatus sum aūt verbi do
mini sicut dicebat: Joānes
quidē baptizauit aqua, vos
autē baptizabimini spiritu
sancto. Si ergo eandem gra
tiā dedit illis deus: sicut et
nobis qui credimus in dūm
Jesum Chzistū: ego q̄s erā
qui possem pzohibere Deū?
His auditis tacuerūt & glo
rificauerūt deum, dicentes:
Ergo & gentibus penitēn-
tiā dedit deus ad vitā. Et
illi quidē qui dispersi fuerāt
a tribulatione que facta fue
rat sub Stephano, pambu-
lauerunt vsq̄ Phenicē & Cy
pzū & Antiochiā, nemini lo-
quētes verbū, nisi solis Ju
deis. Erāt autem quidā ex
eis viri Cyppzi, & Cyzenei, q̄
cū introissent Antiochiā, lo
quebantur & ad Grecos, an
nuntiātes dūm Jesum. Et
erat manus dñi cū eis: mul
tusq̄ numerus credentium
conuersus est ad dominum.

¶ Sabbato. Ex Exodo. I. Cap.

Egressa est post hec vir
de domo Leui. Et ac-
cepit vxorē sibi pepis sue, & cō
cepit, & peperit filiū: & videns
eū elegantē abscondit tribus
mensibus. Cumq̄ iā celare
non posset, sumpsit sifcellam
scirpeā, & liniuit eā bitumi-
ne ac pice, posuitq̄ intus in-
fantulū, & expposuit eū in ca
recto ripe fluminis stāte p-
cul sozoze eius, & cōsiderate
euentū rei. Ecce aūt descen
debat filia Pharaonis vt la
uaretur in flumine: & puelle
eius gradiebant per crepidi
nem aluei. Que cū vidisset
fiscellā in pappzione, misit
vnā e famulabus suis: & al-
latā aperiens, cernensq̄ in
ea paruulū vagientē, miser
ta eius, ait: De infantibus
Hebzeozū est hic. Cui sozoz
pueri: Vis inquit, vt vadā,
& vocē tibi mulierē Hebzeā
q̄ nutrire possit infantulū?
Respondit: Vade. Perrexit
puella, & vocauit matrē suā
Ad quā locuta filia Phara
onis: Accipe, ait, puerū istū,
& nutri mihi ego dabo tibi
mercedē tuā. Suscepit mu
lier, & nutriuit puerū adul-
tūq̄ tradidit filie Pharao-
nis. Que illa adoptauit in

lorū filiꝫ, vocauitq; nomen eius Moyses, dicēs: Quia de aqua tuli eum.

¶ Ex actis apostolorū. x. ij.

Deruenit aūt sermo ad aures ecclesie, que erat Jerosolymis super istis: et miserunt Barnabā vsq; ad Anthiochiā. Qui cum peruenisset, & vidisset gratiā Dei, gauisus est: & hortabat oēs in proposito cordis permanere in dño, quia erat vir bonus, & plenus spiritu sancto & fide. Et apposita est multa turba dño. Profectus est autem Tharsum vt quereret Saulū: quē cū inuenisset, perduxit Anthiochiā. Et annō totū conuersati sunt ibi in ecclesia: & docuerunt turbam multā, ita vt cognominarentur primū Anthiochie discipuli, Christiani. In his aūt diebus superuenerunt ab Jerosolymis prophete Anthiochiā: & surgens vnus ex eis noīe Agabus significabat per spm famē magnā futurā in vniuerso orbe terrārū, que facta est sub Claudio. Discipuli aūt prout q̄s quē habebat, proposuerunt in ministerū mittere habitantibus in Judea fratrib⁹ quod & fecerunt, mittentes ad seniores per manus Barnabe et Saulī.

¶ Eodē aūt tpe misit Herodes rex manus, vt affligeret quosdam de ecclesia. Occidit aūt Jacobū fratrē Johannis gladio. Videns aūt q̄a placeret Judeis, apposuit apprehendere & Petrū. Erat aūt dies azimorū. Quē cū apprehendisset, misit in carcerē, tradēsq; quatuor quaternionibus militum ad custodiendū, volēs post pascha producere eū populo. Et Petrus quidem seruabatur in carcere. Oratio autē fiebat sine intermissione ab ecclesia ad deū pro eo. Cū aūt producturus eū esset Herodes in ipsa nocte erat Petr⁹ dormiens inter duos milites, vinctus catenis duabus: et custodes ante ostiū custodiebant carcerē. Et ecce angel⁹ dñi astitit, & lumē refulsit in habitaculo: percussoq; latere Petri, excitauit eū, dicens: Surge velociter. Et ceciderunt catene de manibus ei⁹. Dixit aūt angelus ad eum: Precingere, & calcea te caligas tuas. Et fecit sic. Et dicit illi: Circūda tibi vestimentum tuū, & sequere me. Et exiens sequebatur eū. & nesciebat quia verū est qđ fiebat per angelū: existimabat aūt se visū videre. Trāseuntes aūt primā & secūdam custodiā, venerūt ad portā ferreā q̄ ducit ad ciuitatē, q̄ vltro

aperta est eis. Et exeuntes processerunt vicū vnū: & continuo discessit angel⁹ ab eo. Et Petrus ad se reuersus, dixit: Nunc scio vere quia misit dñs angelū suū, & eripuit me de manu Herodis: & de omni expectatione plebis Judeorum.

¶ Notandū q̄ inter Pentecostē & aduentū nec possunt esse plures q̄. xxviij. dñice, nec pauciores q̄. xxiij. Quia tamē fere semp accidit vt le gant̄ saltē. xxiij. post pentecosten, ideo. xxij. que vt dictū est) necessario incidūt in p̄dicto tpe, adiūgit̄ quīta vagantiū, & appellat̄ vigesima quarta post pentecosten nam fere semp legitur inter vigesimā tertiā post pentecosten, & primam aduētus: Q̄ñ ergo fuerint tātū. xxiij dñice q̄ tamē rarissime euenit, tūc vigesimaquarta legēda est ante septuagesimā, vt suis locis videbis. Q̄ñ aūt inciderint. xxiij. dñice, oēs legende sunt per ordinē sine vlla intermissione vsq; ad aduēt. Q̄ñ vero fuerint xxv. tūc in dñica incidēti in die s. Joānis baptiste, aut infra ei⁹ octa, interpone dñi cā quartā vagantiū & conse quēter suā hebdomadā qua finita reuertere ad eā dñicā post penteco. in qua dixeris

Et eodem modo q̄ñ fuerint xxvi. dñice, tūc in dominica incidenti in die, s. Joannis aut infra eius octa. interpo nenda est tertia vagantiū, & in dñica incidenti in die sāti Laurentij, aut infra ei⁹ octa uā, interpone quartam va gantiū. Similiter quando fuerint. xxvij. tūc in dñicis p̄dictis. s. Joannis & sāti Laurētij interponende sunt secunda & tertia vagantiū, & in dñica incidēti in die Assumptionis virginis, aut in fra eius octa. interponitur quarta vagātiū. Itē quāo fuerint. xxviij. tunc in p̄dictis tribus dñicis interponūtur, prima, secunda, & tertia vagantiū. In dñica aūt incidenti in die Natuitatis virginis aut infra ei⁹ octa, interponenda est quarta vagantiū. Quādo vero festū oīm sanctorū incīderit in dominica, tunc aduertendū q̄ quarta vagantium interponenda est in dicto festo oīm sanctorum, & non in alio ex p̄dictis. Et supradicta ordinantur hoc modo, vt quo ad euangeliū tertie lectionis & orationē in oībus dñicis concordet Breuiarium cum Missali. In p̄ximis tamē triginta annis vt liberetis solicitudine inquirendi, que superius dicta sunt, nō erit

tibi opus inspicere hanc regulā, sed in sequenti indicabo tibi, quid singulis annis facere debeas: qui etiā index si tibi sit inspiciēdus, in p-dictis festis admoneberis.

¶ Index dñicarū vagantiū quę interponende sunt post pentecosten in triginta sequentibus annis.

1537. Hoc anno cū finieris hebdomadam dñice quarte post pēte. in die s. Joā. bap. interpone dñicam secundā vagan. & consequenter suā hebdomadam, qua finita reuertere ad dñicā. v. post pēt. Itē cū finieris hebdomadā dñice. x. post pente. die. xij. Augusti interpone dñicam tertiā vagan. & cōsequenter suā hebdomadā, qua finita p̄sequere immediate dñicam quartā vagan. cū sua hebdomada, qua finita reuertere ad dñicam. xi. post pente. & p̄sequere per ordinē vsq; ad aduentum.

1538. Hoc anno oēs. xxiiij. dominice post pente. legēde sunt per ordinē sine vlla interpositione vsq; ad aduēt.

1539. Hoc anno in die apostoloꝝ Petri & Pauli interpone dñicam tertiā vagan. & cōsequenter suā hebdomadā, deinde reuertere ad dñicam. v. post pente. Itē in die sancti Laurentij interpone dñicā quartā vagant. & cōsequenter suā hebdomadā, qua finita reuertere ad dñicam decimam post pente.

1540. Hoc anno die. xxvij. Junij interpone dñicam secundā vagan. & cōsequēter suā hebdoma. qua finita reuertere ad dñicā tertā post pent. Itē in die Assumptionis Marie Virginis interpone dñicā tertiā vagan. & cōsequenter suā hebdomadā, & statim in die octaue eiusdē Assumptiōis interpone dñicā. iiij. vagā. & consequēter suā hebdomadā, qua finita reuertere ad dominicā. xij. post pentecosten.

1541. Hoc anno oēs. xxiiij. dominice post pente. legende sunt per ordinē sine vlla interpositione vsq; ad aduēt.

1542. Hoc āno die. xxv. Junij, interpone dñicam. iij. vagan. & cōsequēter suā hebdomadā, quia repetitur, quānis cuerit lecta ali septuag. deinde reuertere ad dñicam iij. post pente. Item die. xij Augusti interpone. iij. vagan. & consequenter suā hebdo. qua finita, reuertere ad dominicā. x. post pentecostē

1543. Hoc anno in die sācti Joannis bap. interpone pximā vagā, deinde suā hebdo. qua finita, reuertere ad dominicā. vi. post pēt. Itē die

xñ. Augusti interpone. ij. vagã. ꝫ cõsequẽter suã hebdo. ꝫ statim die. xix. Augusti, interpone tertiã vagã. deinde suã hebdo. qua finita, reuertere ad dñicã. xij. post pent. Itẽ die, ix. Septẽbris, interpone dñicam quartam vagant. ꝫ finita eius hebdomada, reuertere ad dominicam xiiij. post pentecosten.

1544. Hoc anno in die apostoloꝝ Petri ꝫ Pauli, interpone dñicã. iij. vagã. deinde suã hebdo. qua finita, reuertere ad dominicam quartã post pentecosten.

1545. Hoc anno, die. xxviij. Junij, interpone dñicã. iij. vagan. ꝫ finita eius hebdo. reuertere ad dñicam. v. post pent. Itẽ in die pxima Nouẽbris, interpone. iij. vagã. ꝫ consequẽter suã hebdomadã, deinde reuertere ad dñicam. xxj. post pentecosten.

1546. Hoc anno nulla fit interpositio, sed finitis. xxiij. dñicis post pent. cũ suis hebdo. statim sequitur aduentꝰ dñica. xxiiij. post pẽ. q̃ est quinta vagantiũ, lecta fuit ante septuagesimam.

1547. Hoc anno die. xxvi. Junij interpone dominicã quartã vagan. ꝫ finita eius hebdomada, reuertere ad dominicam quartã post pent.

1548. Hoc anno in die sãcti Joannis bap. interpone dominicã. ij. vagan. quã repetitur quãuis fuerit lecta ante septuagesimã, ꝫ finita eius hebdoma. reuertere ad dñicam. v. post pente. Item die xij. Augusti, interpone tertiã vagan. ꝫ finita eius hebdo. ꝫ sequere statim die. xix. eiusdẽ mẽsis quartã vagã. ꝫ cõsequẽter suã hebdo qua finita reuertere ad dñicam vndecimam post pentecosten.

1549. Hoc anno oẽs viginti quatuoꝛ dominice post pentecosten legende sunt per octauam vsq; ad aduentũ, sine vlla intermissione.

1550. Hoc anno in die apostoloꝝ Petri ꝫ Pauli, interpone tertiã vagant. ꝫ finita eius hebdo. reuertere ad dominicã. v. post pen. Item in die s. Laurentij, interpone quartã vagã. ꝫ consequẽter suã hebdo. deinde reuertere ad dñicã decimã post pente.

1551. Hoc anno die. xxvij. Junij. interpone dñicam. ij. vagantiũ, ꝫ finita eius hebdomada, reuertere ad dominicam. vi. post pentecosten. Item die. xvi. Augusti, interpone tertiam vagant. et finita eius hebdoma, reuertere ad dominicam. xij. post pentecosten. Item die pxima Nouembris, interpone quartam vagantiũ ꝫ finita

eius hebdo. reuertere ad dominicam. xxij. post pentecosten.

1552. Hoc anno omnes viginti quatuor dominice post pentecosten, legūtur per ordinē sine intermissione vsq; ad aduentum.

1553. Hoc anno die. xxv. Junij, interpone secundā vagantiū quia repetitus quātus lecta fuerit ante septuagesimā. & finita eius hebdomada, reuertere ad dñicam quintā post pente. Item die xij. Augusti interpone tertiam vagant. et finita eius hebdo. prosequere statim die xx. Augusti quartam vagā. & consequenter suā hebdo. deinde reuertere ad dominicam. xi. post pentecosten.

1554. Hoc anno in die sācti Joannis bap. interpone primam vagan. & finita ei⁹ domada reuertere ad dominicam sextā post pentecostē. Item die duodecima Augusti, interpone secundā vagā & finita eius hebdomada prosequere statim die. xix. eiusdem mensis tertiam vagantiū, & finita eius hebdomada, reuertere ad dñicam. xij. post pentecō Item die. ix. Septēbris, interpone quartam vagantium, & consequenter suam hebdomadā deinde reuertere ad dominicam de quintam quartam post pente.

1555. Hoc anno die. xxx. Junij, interpone dominicam quartā vagan. & finita eius hebdo. reuertere ad dñicam quartam post pentecosten.

1556. Hoc anno die. xxvij. Junij interpone tertiā vagantium, & finita eius hebdomada, reuertere ad dominicam quintam post pente. Item die prima Nouēbris interpone quartam vagantium & finita eius hebdomada. reuertere ad dominicam. xxij. post pentecosten.

1557. Hoc anno oēs. xxiiij. dñice post pente. leguntur p ordinem vsq; ad aduentum sine vlla interpositione.

1558. Hoc anno die. xxvi. Junij interpone quartā vagantium, & finita eius hebdomada, reuertere ad dñicā quartam post pentecosten.

1559. Hoc Anno die. xxv. Junij interpone dominicam primam vagantium quia repetitur, quātus sit lecta ante septuagesimam, & finita ei⁹ hebdomada, reuertere ad dominicam sextam post pentecosten. Item die. xvij. Augusti, interpone secundam vagantium: & finita eius hebdomada prosequere statim die. xx. Augusti dominicam tertiam vagantiū: & finita eius hebdo. reuertere ad dominicā. xij. post pentecostē.

Ité die. x. Septébris, interpone quartã vagan. ꝙ finita eius hebdo. reuertere ad dominicam decimam quartã post pentecosten.

1560. Hoc ãno die. xxx. Junij interpone dñicã quartã vagante. ꝙ finita eius hebdo reuertere ad dominicã quartam post pentecosten.

1561. Hoc anno in die apostoloꝝ Petri ꝙ Pauli, interpone tertiã vagan. ꝙ finita eius hebdo. reuertere ad dominicã. v. post pent. Item in die sancti Laurẽtij, interpone quartã vagantiã. ꝙ finita eius hebdomada, reuertere ad dominicam decimã post pentecosten.

1562. Hoc anno die. xxviij. Junij, interpone secundam vagan. ꝙ finita eius hebdomada, reuertere ad dominicam sextã post pentecosten. Ité die xvi. Augusti, interpone tertiã vagantiã, ꝙ finita eius hebdomada, reuertere ad dominicã duodecimã post pentecosten. Ité die prima Nouembris, interpone quartam vagantiã ꝙ finita eius hebdomada, reuertere ad dñicam vigesimã secundam post pentosten.

1563. Hoc anno die. xxvij. Junij interpone dominicã quartã vagan. ꝙ finita eius hebdomada, reuertere ad dominicam quartã post pent.

1564. Hoc anno die. xxv. Junij interpone dñicã secundam vagã. ꝙ finita eius hebdomada, reuertere ad dominicam quintã post pentecosten. Ité die. xiij. Augusti, interpone tertiã vagant. ꝙ finita eiꝰ hebdomada, prosequere statim die. xx. eiusdẽ mẽsis quartã vagã. ꝙ cõsequẽter suã hebdomadã, deinde reuertere ad dominicã vndecimam post pentecosten.

1565. Hoc anno oẽs vigilie quatuoꝝ dñice post pentecosten legunt̃ per ordinẽ sine vlla interpositione, vsq; ad aduentum.

1566. Hoc ãno die. xxx. Junij interpone dominicã. iij. vagantiã, ꝙ finita eius hebdomada reuertere ad dominicam quartam post pentecosten.

Dominica tertia post pentecosten. Ex Exodo.

Lectio prima.

IN diebus illis postq̃ creuerat Moyses, egressus est ad fratres suos: vidit q̃ afflictionem eorum, ꝙ virum Egyptium percutientem quendam de Hebreis fratribus suis. Cumque circunspexisset huc atque illuc, et nullum adesse vidisset, percussum Egyptium abscondit harena.

Et egressus die altero cōspexit duos Hebreos rixātes: dixitq; ei ḋ faciebat iniuriā cui: Quare percutis proximum tuū? Qui respōdit: Quis cōstituit te principē & iudicē sup nos? Nū occidere me tu vis, sicut heri occidisti Egyptiū? Timuit Moyses & ait: Nō palā factū est ver bum istud? Audiuitq; Pharao sermonem hunc, & querebat occidere Moysen: ḋ fugiēs de cōspectu ei⁹ morat⁹ est in terra Madiā, & sedit iuxta puteū. Erant aūt sacerdoti Madian septē filie, q̄ venerāt ad hauriendā aquā, et impletis canalibus adaquare cupiebāt greges patris sui. Supuenere pastores, & eiecerūt eas: surrexitque Moyses et defensis puellis, adaquauit oues earū. Que cū reuertissent ad Rachel patrē suū, dixit ad eas: Cur velocius venistis solito? Responderunt: Vir Egyptius liberauit nos de manu pastor: insuper & hausit aquā nobiscū, potūq; dedit ouibus. At ille: Vbi est, inquit? quare dimisistis hominē? vocate eum vt comedat panē. Iurauit ergo Moyses q̄ habitaret cum eo. Acceptitq; Sephorā filiā eius uxorē: que peperit filiū, quē vocauit Gersam, dicēs: Advena fui in terra aliena. Alterū vero peperit: quē vocauit Eliezer, dicēs: Deus enim patris mei adiutor meus, & eripuit me de manu Pharaonis. Post multū vero temporis mortuus est rex Egypti: & ingemiscētes filij Israel propter opa vociferati sunt: ascendit q; clamor eorū ad deū ab operibus. Et audiuit gemitū eorū, ac recordat⁹ est federis q̄ pepigerat cū Abraham Isaac & Jacob. Et respexit dñs filios Israel, & cognouit eos.

℣ Ex Actis Apostolor. L. ij

Onsiderane q; venit ad domū Marie matris Joannis, ḋ cognomina tus est Marcus vbi erant multi congregati & orātes. Pulsante aūt eo ad ostiū ianue: processit puella ad vtdendū nomine Rhode. Et vt cognouit vocē Petri, præ gaudio non aperuit ianuā, sed intro cursū nuntiauit stare Petrū ante ianuā. At illi dixerūt ad eā: Insanis. Illa autē affirmabat sic se habere. Illi autē dicebant: Angelus eius est. Petrus aūt perseuerabat pulsans. Cū autē aperuissent ostiū, viderunt eū, & obstupuerūt Annuēs aūt eis manu vt tacerēt, narrauit quō dñs eduxisset eum de carcere. dixitq;

Nūtiate Jacobo ⁊ fratrib⁹ hec. Et egressus abijt in alīū locū. Facta aūt die, erat nō parua turbatio inter milites ḋnā factū esset de Petro. Herodes autem cum requisisset eum, et non inuenisset, inquisitione facta de custodibus, iussit eos duci: descendēsq; a Judea in Cesareā: ibi cōmorat⁹ est. Erat aūt iratus Tyrijs ⁊ Sidonijs. At illi vnanimes venerūt ad eū, ⁊ p̄suaso Blasto, q̄ erat super cubiculū regis, postulabāt pacē, eo q̄ alerentur regiones eorū ab illo. Statuto aūt die Herodes vestitus veste regia, sedit pro tribunali, ⁊ concionabatur ad eos. Populus autē acclamabat, Dei voces, ⁊ non hominis. Confestim aūt percussit eum angelus dñi eo quod non dedisset honorē deo et cōsumptus a vermibus, expirauit. Verbū aūt dñi crescebat ⁊ multiplicabatur. Barnabas autem ⁊ Saulus reuersi sunt ab Jerosolymis expleto ministerio, assumpto Ca. 13. Joanne, qui cognominat⁹ est Marcus. ¶ Erant autē in ecclesia, que erat Antiochie, Prophete ⁊ Doctores in q̄b⁹ Barnabas ⁊ Symō qui vocabatur Niger, ⁊ Lucius Cyrenēsis, ⁊ Manahē qui erat Herodis tetrarche collactane⁹, ⁊ Saulus. Ministrantibus autē illis domino, ⁊ ieiunātibus, dixit illis spūs sanctus. Segregate mihi Saulū ⁊ Barnabā opus ad quod assumpsi eos. Tunc ieiunantes ⁊ orātes, imponentesq; eis manus, dimiserunt illos. Et ipsi quidē missi a spiritu sancto, abierūt Seleuciā ⁊ inde nauigauerūt Cyprum. Et cū venissent Salaminam, prędicabāt verbum dei in synagogis iudeorū. Habebāt autem ⁊ Joannem in ministerio. ¶ Tertia lectio secundum Lucam.

In illo tempore, Erāt appropinquātes ad Jesum publicani ⁊ peccatores, vt audirēt illū. Et reliqua Ca. 15

Homilia. s. Gregorij pape.

Actiuum tēpus quod corpori meo valde cōtrarium est loqui me de expositione sancti euangelij, lōga mora interueniente prohibuit. Sed nūc dū lingua tacuit, ardere charitas cessauit? Hoc etem dico, q̄ apōle vnusquisq; vestrū cognoscit. Plerūq; em charitas dū occupationibus ꝓpe dita ⁊ integra flagrat i corde, ⁊ tm non monstrat in opere. Quia et sol cū nube tegit, non videtur in terra ⁊ tamē

ardet in celo, Sit occupata
esse charitas solet: & intus
bim sui ardozis exurit & fo-
ris flamas operis non ostē-
dit. Sed quia nūc ad loquē
dū tempus redijt vestra me
studia accendūt, vt mihi tā
to amplius loq̄ libeat, quā
to hoz vestre mentes deside
rabilius expectant. Audi-
tes in lectōe euangelica fra
tres mei quia peccatozes et
publicani accesserūt ad redē
ptozem nostrū, & non solum
ad colloquēdū, sed etiam ad
cōuescendum recepti sunt.
Quod videntes pharisei de
dignati sunt. Ex qua re col
ligitur, quia vera iustitia cō
passionem habet, falsa vero
dedignationem, quamuis &
iusti soleant recte peccatozi-
bus dedignari. Sed aliud
est gō agitur typo superbie,
aliud quod zelo discipline,
Dedignātur etenī sed non
dedignantes desperant non
desperātes: p̄secutionem cō
monēt, sed amātes. Oro.

Rotectoz in te sperā-
tiū Deꝰ sine q̄ nihil est
validū, nihil sanctū, multipli-
ca sup nos misericozdiā tuā
vt te rectoze, te duce sic trā-
seamꝰ p̄ bona tēpozalia, vt
nō amittamꝰ eterna, p̄ dō.

Feria sexta ex Exodo. L.i.

Moyses aūt pascebat
oues Jethro socer

lui sacerdotis Madiā, cūq̄
minasset gregem ad interio
ra deserti: venit ad montem
dei Hozeb, Apparuitq; ei do
minus in flamma ignis de
medio rubi, & videbat quod
rubus arderet, & non com-
buretur. Dixit ergo Moy-
ses, Vadam & videbo visio
nem hanc magnam, quare
non comburatur rubus.
Cernens autē Dominus
quod pergeret ad videndū,
vocauit eum de medio rubi,
et ait, Moyses, Moyses:
Qui respondit, Adsum. At
ille, Ne appzopies, inquit,
huc solue calceamentum de
pedibus tuis, locus enim in
quo stas, terra sancta est. Et
ait, Ego sum Deus patris
tui, Deus Abzaham: & Deꝰ
Jsaac, et Deus Jacob. Abscondit Moyses fa
ciem suam, non enim audebat aspicere contra Deum.
Cui ait Dominus. Vidi
afflictionem populi mei in
Egypto, et clamozem e-
ius audiui pzopter duri-
tiam cozum qui pzesunt
operibus, et sciens dolo-
rem eius, descendi vt li-
berem eum de manibus
Egyptiozum, et educam de
terra illa in terram bonā,
et spatiosam, in terram
que fluit lacte et melle, ad
loca Chananei et Hethei,

& Amorrhei,& Pherezei,et Heuei, et Jebulei Cla-
mor ergo filiorum Israel venit ad me, vidiq; afflictiõe eorũ, qua ab Egyptijs oppressi sunt, Sed veni, mit tam te ad Pharaonem, vt educas populũ meũ filios Israel de Egypto. Dixit q; Moyses ad dñm. Quis sum ego, vt vadã ad Pharaonẽ, & educã filios Israel de Egypto? Qui dixit ei, Ego ero tecũ, & hoc habebis signũ quod miserim te, Cum eduxeris populũ meũ de Egypto, immolabis deo sup mõtẽ istũ Dixit Moises ad Deũ Ecce ego vadã ad filios Israel, & dicã eis, Deus patrũ vestrorũ misit me ad vos. Si dixerint mihi, Quod est nomẽ eius? quid dicã eis? Dixit Dñs ad Moysen, Ego sum q̃ sum. Dic, Sic dices filijs Israel. Qui est, misit me ad vos.

¶ Ex Actis apostolor. L.i.

Cum autẽ pambulassent vniuersam insulã vsq; ad Paphum, inuenerũt quendã virũ magũ Pseudo prophetã Judæũ cui nomen erat Barieu, qui erat cũ procõsule Sergio Paulo viro prudente. Hic accersitis Barnaba & Paulo desyderabat audire verbũ dei. Resistebat autẽ illis Elymas magus (sic enim interpretatur nomẽ eius) quærens auertere procõsulẽ a fide. Saulus autẽ qui & Paulus, repletus Spũ sancto, intuẽs in eũ, dixit, O plene omni dolo & oĩ fallacia fili diaboli inimice omnis iustitie, non desinis subuertere vias dñi rectas. Et nũc ecce manus dñi super te, & eris cecus, nõ videns solẽ vsq; ad tẽpus. Et confestim cecidit in eũ caligo & tenebre, & circuiens quærebat q̃ ei manum daret. Tunc procõsul cũ vidisset factũ, credidit, admirans sup doctrina Dñi. Et cum a Pampho nauigassent Paulus & q̃ cũ eo erãt. venerũt Pergen Pamphilie. Joannes autẽ discedens ab eis, reuersus est Jerosolymã. Illi vero pertranseuntes Pergen venerũt Antiochiam Pisidie & ingressi synagogam die Sabbatorũ, sederũt. Post lectionẽ autẽ legis & prophetarũ, miserũt principes synagoge ad eos, dicentes, Viri fratres, si & est in vobis sermo exhortationis ad plebẽ, dicite. Surgens aũt Paulus, & manu silentiũ indicens, ait, Viri Israelite, & qui timetis dñm audite. Deus plebis Israel elegit patres nostros, & plebẽ exaltauit cũ essent inco-

he in terrā Egypti, ⁊ in bza-
chio excelso eduxit eos ex ea
⁊ per quadzaginta annos tē
pus mozes eox sustinuit in
deserto. Et destruēs gētes
septē in terra Chanaan, soz
te distribuit eis terrā eox,
quasi post quadzingētos et
inquaginta annos. ⁊ post
hec dedit iudices, vsque ad
Samuel pzophetā. Et exin
de postulauerūt regē: ⁊ de-
dit filis Saul filiū Cis, vi-
rū de tribu Beniamin an-
nis quadzaginta. Et amo-
to illo, suscitauit illis Da-
uid regē, cui testimoniū per
hibēs dixit, Inueni Dauid
filiū Jesse, virū secundū coz
meum ⁊ faciet oēs voluntā
tes meas. Huius ex semine
deus sedm pzomissionē, edu
xit Israeli saluatozem Je-
sum, pdicāte Joanne ante
factē aduentus eius, bapti-
smum penitentie oī populo
Israel. Cum impleret autē
Joannes cursum suū, dice-
bat, Quē me arbitramini
esse nō sum ego sed ecce ve-
nit post me, cui⁹ nō sum di
gn⁹ calceamēta pedū soluere

Feria.iij.ex Exodo. Lectio.

Dixitq iterū Deus ad
Moysen. Hec dices
filiis Israel. Dñs Deus pa
trū vestrozū, Deus Abza-
hā, ⁊ Deus Isaac, ⁊ Deus
Jacob, misit me ad vos, hoc
nomen mihi est in eternū, ⁊
hoc memoziale meum in ge
neratione ⁊ generationem.
Vade, cōgrega seniozes Is
rael, ⁊ dices ad eos, Dñs de
us patrū vestrozum appa-
ruit mihi, Deus Abzahā, et
deus Isaac et deus Jacob,
dicens, Visitans visitaui
vos, ⁊ vidi omnia que acci-
derunt vobis in Egypto: ⁊
dixi vt educā vos de afflic-
tione Egypti in terrā Cha
nanei et Hethei ⁊ Amozrhei
⁊ Pherezei ⁊ Heuei ⁊ Jebu
sei: ad terrā fluentē lacte et
melle. Et audiēt vocē tuā.
ingredieris cq tu et seniozes
Israel ad regē Egypti, et
dices ad eū, Dñs deus He
bzeoz um vocauit nos ibi-
mus viā triū dierū in soli-
tudinē, vt immolemus dño
deo nostro. Sed ego scio qō
non dimittet vos rex Egy
pty vt eatis, nisi per manū
validā. Extendā cq manum
meā ⁊ percutiam Egygtū
in cunctis mirabilib⁹ meis
q̄ facturus sum in medio e-
oz̄: post hoc dimittet vos,
daboq gratiā populo huic
cozam Egyptūs, ⁊ cū egre-
diemini, nō exibitis vacui,
sed postulabit mulier a vi-
cina sua ⁊ ab hospita sua va
sa argētea ⁊ aurea ac vestes
ponetisq eas sup filios ⁊ fi
lias vestras, et spoliabi-

tis Egyptum.

C Exactis apostolor. t.d

Viri fratres, filij gene
ris Abrahã, & q in vo
bis timent deũ, vobis ver-
bum salutis huius missum
est. Qui em habitabant Je
rusalẽ, & principes eĩ ignó
rãtes, & voces prophetarũ,
que per omne sabbatum le-
gũt, iudicãtes impleuerũt:
& nullã causam mortis inue
nientes i eo, petierũt a Pila-
to vt interficerẽt eũ. Cũq;
cõsummassent oĩa q̃ de eo
scripta erãt, deponẽtes eum
de ligno, posuerũt eũ in mo
numẽto. Deꝰ aũt suscitauit
eũ a mortuis tertia die, q̃ vi
sus est p dies multos his q̃
simul ascenderãt cũ eo de Ga
lilea in Jerusalẽ, q̃ vsq; nũc
sunt testes eius ad plebem.
Et nos vobis annũtiamꝰ
eã, q̃ ad pres nros repromis
sio facta est, qm hãc deus ad
impleuit filijs nris resusci-
tãs Jesum, sicut & i psalmo
scõ scriptũ est, filius meus
es tu, ego hodie genui te.
Mõ aũt suscitauit eũ a mor
tuis, amplius iã nõ reuer-
surũ in corruptionẽ, ita di-
xit, Quia dabo vobis sãcta
Dauid fidelia. Ideoq; & a-
lias dicit, Nõ dabis sanctũ
tuũ videre corruptionẽ. Da
uid em in sua generatiõe cũ i udicatis eterne vite, ecce cõ
administrasset volũtati dei, uertimur ad gẽtes, sic enim

dormiuit, et appositus est ad
pres suos, & vidit corruptio
nẽ. Quẽ vero deus suscita-
uit a mortuis, nõ vidit cor-
ruptionẽ. Notũ igit sit vo
bis viri frẽs qõ p hãc vo-
bis remissio pctorũ annun-
tiat, ab oĩbus q̃bus nõ po-
tuistis in lege Moysi iustifi
cari. In hoc oĩs q̃ credit, iu
stificat. Videte ergo ne sup
ueniat vobis qõdictũ est in
prophetis. Videte cõtẽpto-
res, & admiramini & dispdi
mini: qa opus operor ego i
dieb⁹ vr̃is, opus qõ nõ cre-
detis si ds enarrauerit vo-
bis Exeũtibus aũt illis, ro
gabãt vt sequenti sabbato
loquerentur sibi verba her.
Cũq; dimissa esset Syna-
goga, secuti sunt multi Ju
deozũ, & colentiũ dẽ adue-
nax. Paulũ Barnabã, q̃ lo
quẽtes, suadebãt eis vt per
manerẽt in gratia dei. Se-
quẽti vo sabbato pene vni-
uersa ciuitas cõuenit audi
re vbum dei. Videtes aũt
turbas Judei repleti sunt
zelo, & cõtradicebant his q̃
a paulo dicebant, blasphe-
mãtes. Tũc cõstanter pau
lus et Barnabas dixerũt,
Vobis opoztebat primũ lo
qui vbum dei, sed qm repel
litis illud, & indignos vos

vtcredit nobis dñs, Postu
te in ire gentiū vt sis i sa-
lute vsq; ad extremū terre.
Iudietes autē gētes, gaul-
le sunt, & glorificabāt ver-
bum dñi & crediderūt ḥtāt
erant preordinati ad vitam
eternā. Disceminabat autē
verbum dñi p vniuersam re-
gionē, Iudei aūt cōcitaue-
rant mulieres religiosas &
honestas, et primos ciuita-
tis, & excitauerūt psecutio-
nē in paulū & Barnabā: et
eiecerunt eos de finib⁹ suis,
At illi excusso puluere pedū
in eos, venerūt Iconiū. Di
scipuli quoq; replebant gau
dio & spiritu sancto.

Feria.iiij. ex Exodo. Lxx

Respondens Moyses
ait, Nō credunt mihi
neq; audient vocem meam,
sed dicent, Nō apparuit ti-
bi Dominus. Dixit ergo
ad eum, Quid est quod te-
nes in manu tua. Rndit,
Virga. Dixitq; dñs. Proiī
ce eā in terrā. Proiecit, et
facta est in colubrū, ita vt fu
geret Moises. Dixitq; dñs
Extende manū tuā & appre
hēde caudā eius. Extēdit, &
tenuit, versaq; est in virgā.
Ut credāt, inquit, qđ appa-
ruerit tibi dñs deus patrū
tuoꝝ, Deus Abrahā et de
us Isaac & deus Iacob. Di
xitq; dñs rursum. Mitte
manū tuā in sinum tuum.
Quā cū misisset in sinū, p-
tulit leprosam instar niuis
Retrahe, ait, manū tuā in
sinū tuū. Retraxit, & protu
lit iterū, & erat similis carni
reliquę. Si nō crediderint.
inq̄t, tibi, neq; audierint ser
monē signi prioris, credēt
verbo signi sequētis. Quod
si nec duobus ḥdem his si-
gnis crediderint, neq; audie
rint vocē tuā, sume aquam
fluminis, et effunde eam su
per aridam, & cū hauseris
de fluuio, verteē in sangui-
nē. Ait Moyses. Obsecro
dñe, non sum eloquens ab
heri et nudiustertius, & ex
quo locutus es ad seruum
tuum, impeditioris et tar-
dioris lingue sum. Dixit do
minus ad eum. Quis fecit
os hois: aut q̄s fabricatus
est mutum & surdum, viden
tē & cecū nōne ego? Perge
igit̄, & ego ero in ore tuo: do
ceboq; te q̄d loquaris. At il
le, Obsecro dñe, inquit, mit
te quem missurus es. Ira-
tus Dñs in Moysen, ait,
Aaron frater tuus leuites,
scio quod eloquens sit, ecce
ipse egredietur in occursum
tuum, vidensque te, leta-
bitur corde. Loquere ad
eum: et pone verba mea in
ore eius, & ego ero in ore tuo,
& in ore illius, et ostendam

vobis quid agere debeatis. Et ipse loquek̄ ꝓ te ad populū, & erit os tuū. tu aūt e ris ei in his q̄ ad dēū ptinēt Virgā hanc sume in manu tua i q̄ facturꝰ es signa.

¶ Ex actis apostolor. L. ij.

Ca. 14

HIcōn est aūt i Iconio vt simul introirēt synagogā Judeorū, & loquerent ita. vt crederet Judeorū & Gręcorū copiosa multitudo. Qui vero incredduli fuerūt Judei, suscitauerūt et ad iracundiā cōcitauerūt animas gētium aduersus fratres. Multo igit tempore demorati sunt fiducialiter agentes in dño, testimoniū ꝑhibente vbo gratie sue, dāte signa & ꝓdigia fieri ꝑ manus eoꝝ. Diuisa est aūt multitudo ciuitatis: et ꝑdā quidē erāt cū Judeis, quidā vero cum apostolis. Cū aūt factus esset impetꝰ gentiliū et Judeorum cum principibus suis, vt cōtumelijs afficerent et lapidarent eos, intelligētes cōfugerūt ad ciuitates Lycaonie Lystrā & Derben, & vniuersam in circuitu regionē, & ibi euangelizantes erant. Et commota est omnis multitudo in doctrina eoꝝ. paulus aūt & Barnabas morabanē Lystris. Et ꝑdā vir Lystris infirmis pedibus sedebat, claudus ex vtero matris sue qui nūq̄ ambulauerat. Hic audiuit paulū loquentem. Qui intuitus eū, & videns ꝙa fidē haberet vt saluus fieret, dixit magna voce, Surge sup pedes tuos rectus. Et exiliit: et ambulabat. Turbe aūt cū vidissent qđ fecerat Paulꝰ, leuauerūt vocē suā, Lycaonice dicētes, Dij similes factī hominibus, descēderunt ad nos. Et vocabant Barnabā, Jouē: paulum vero, Mercuriū, qm̄ ipe erat dux verbi. Sacerdos quoq̄ Jouis, qui erat ante ciuitatē, tauros et coronas ante ianuas afferēs, cū populis volebat sacrificare. Quod vbi audierunt apli Barnabas & paulus cōcissis tunicis suis: exilierūt in turbas, clamantes & dicētes, Viri, qđ hec facitis? Et nos mortales sumꝰ, similes vobis homines, annūtiantes vobis ab his vanis cōuerti ad deum viuū qui fecit celū & terrā & mare & oia q̄ in eis sūt, bus dimisit oēs gentes ingredi vias suas. Et quidē non sine testimonio semetipm reliquit, bñ faciēs de celo dās pluuias, & tēpora fructifera, implēs cibo & letitia coꝝdia eoꝝ. Et hec dicētes,

vit sedauerunt turbas ne
sibi immolarent,

Feria. v. et Exodo. I.

HAbit Moyses, et re-
uersus est ad Jethro
socerū suū, dixitq; ei. Vadā
et reuertar ad fratres meos
in Egyptum, vt videā si ad
huc viuāt. Cui ait Jethro.
Vade in pace. Dixit ergo
dñs ad Moisen in Madiā.
Vade, et reuertere in Egy-
ptū, mortui sunt enī oēs q̄
querebāt animā tuā. Tu-
lit ergo Moises vxorē suā,
et filios suos, et impsuit eos
super asinū, reuersusq; est in
Egyptū, portās virgā dei in
manu sua. Dixit ei dñs re-
uertenti in Egyptū. Vide
vt oīa ostenta que posui in
manu tua, facias coram pha-
rone, ego indurabo cor e-
ius, et nō dimittet populū.
Dicesq; ad eū, Hec dicit dō-
minus. Filius meus primo
genitus, Israel. Dixit ti-
bi, Dimitte filium meum
vt seruiat mihi, et noluisti
dimittere eum, ecce ego in-
terficiā filiū tuū primogeni
tū. Cūq; esset in itinere in
diuersorio, occurrit ei dñs,
et volebat occidere eū. Tu-
lit silex Sephora acutissi-
mā petrā, et circūcidit ppu-
tiū filii sui, tetigitq; pedes
eius et ait. Sponsus sangui-
num tu mihi es, Et dimisit
eū postq̄ dixerat, Sponsus
sanguinū tu mihi es: ob cir
cūcisionē, Dixitq; Dñs ad
Aaron, Vade in occursum
Moisi in desertū, Qui per
rexit obuiā ei in mōte dei, et
osculat⁹ est eū. Narrauitq;
Moises et Aaron oīa verba
dñi, pro q̄bus miserat eū, et
signa que mandauerat. Ve
nerūtq; simul, et cōgregaue
rūt cūctos seniores filiorū
Israel, Locutusq; est Aarō
oīa verba que dixerat Dñs
ad Moisen, et fecit signa co-
rā populo, et credidit popu
lus. Audierūtq; q̄ visitas-
set Dñs filios Israel, et q̄
respexisset afflictionē illor̄,
et prostrati adorauerunt.

Ex actis apostolor. Lect. ij

SUperuenerūt aūt q̄-
dam ab Antiochia et
Iconio Judei, et persuasis
turbis lapidāt̄es paulū, tra
xerūt extra ciuitatē, existi-
mātes eū mortuū esse. Cir
cūdātibus aūt eū discipu-
lis, surgēs intrauit ciuitatē,
postera die pfect⁹ est cū Bar
naba in Derbē. Cūq; euā-
gelizasset ciuitati illi, et docu
issent multos, reuersi sunt
Lystrā et Iconiū: et Antio-
chiā, cōfirmātes aīas discī-
pulor̄, exhortātesq; vt pma
nerēt in fide, et q̄m p multas
tribulationes oportet nos
intrare in regnū dei. Et cū

cōstituissent illis per singulas ecclesias phbyteros & orassent cū ieiunijs, cōmendauerūt eos dño in quē crediderūt. Trāseuntes aūt Pisidiā, venerunt in Pamphiliā, & loquētes verbū dñi in Perge, descenderunt in Attaliā, & inde nauigauerunt Antiochiam, vnde erant traditi gratie Dei in opus qđ cōpleuerūt, Cū aūt venissent & cōgregassent ecclesiā, retulerūt quanta fecisset deus cū illis, & qa aperuisset gētibus ostium fidei. Mozati sunt autem tempus non Ca.15. modicum cum discipulis.

¶ Et quidam descendentes de Judea, docebāt fratres. Quia nisi circūcidamini secundū mozē Moysi, nō potestis saluari. Facta ergo seditione non minima Paulo & Barnabe aduersus illos, statuerunt, vt ascenderent Paulus & Barnabas & qui dā alij ex alijs ad apostolos et phsbyteros in Jerusalē, super hac questione. Illi ergo deducti ab ecclesia, pertranibant Phenicē & Samariā, narrantes conuersionē gentiū: & faciebāt gaudiū magnum oibus fratribus. Cum autem venissent Jerosolymā, suscepti sunt ab ecclesia & ab apostolis et seniozibꝰ annūtiātes quā-

ta deus fecisset cū illis. Surrexerūt aūt quidā de hereseos Phariseoꝝ, q crediderunt, dicētes, Quia oportet circūcidi eos, precipere aūq seruare legē Moysi. Cōuenerūt aūt apli & seniozes videre de verbo hoc. Cū aūt magna conquisitio fieret, surgens Petrus dixit ad eos, Viri fratres, vos scitis qm ab antiquis diebus Deus in nobis elegit p os meum audire gentes verbū euangelij, & credere. Et qui nouit coꝛda deus, testimoniū perhibuit, dans illis spūm sanctum sicut & nobis, & nihil discreuit inter nos & illos, fide purificans coꝛda eoꝛum. Nunc ergo quid tētatis deū, imponere iugum sup ceruices discipulozū, qđ neq nos, neq patres nostri portare potuimus? Sed per gratiam dñi nri Jesu Chzisti credimus saluari, quemadmodū & illi.

¶ Feria sexta ex Exodo.

Lectio prima.

Cap.5

POst hec ingressi sunt Moyses & Aaron, & dixerunt Pharaoni, Hec dicit dñs deus Jsrael. Dimitte populū meum vt sacrificet mihi in deserto. At ille respondit, Quis est dñs, vt audiam vocē eius: & dimittā Jsrael? nescio dñm: & Jsrael nō dimittā. Dixerūt,

pater miſericordiarū & de⁹
totius cōſolationis, qui cō
ſolatur nos in omni tribu
latione noſtra: vt poſſimus
& ipſi conſolari eos qui in oī
preſſura ſunt per exhorta-
tionē qua exhortamur & ip
ſi a Deo, qm̄ ſicut abundāt
paſſiones Chriſti in nobis:
ita & per Chriſtū abundat &
conſolatio noſtra. Siue aūt
tribulamur pro veſtra ex-
hortatione et ſalute, ſiue cō
ſolamur pro veſtra conſola-
tione & ſalute: que operatur
tolerantiam earundē paſſio
num quas & nos patimur: &
ſpes noſtra firma eſt pro vo
bis: ſcientes quod ſicut ſocij
paſſionum eſtis: ſic eritis et
conſolationis. Non eñ vo-
lum⁹ ignorare vos fratres,
de tribulatione noſtra que
facta eſt in Aſia, quoniā ſu-
pra modum grauati ſumus
ſupra virtutē, ita vt tederet
nos etiam viuere. Sed ipſi
in nobiſipſis reſpōſum moz
tis habuimus, vt non ſim⁹
fidentes in nobis, ſed in deo
qui ſuſcitat moztuos, qui
de tantis periculis nos eri-
puit et eruit, in quem ſpera
mus: quoniam & adhuc eti-
piet, adiuuantibus & vobis
in ozatione pro nobis: vt ex
multarum perſonis faciēt
eius que in nobis eſt dona-
tionis, per multos gratie
agantur pro nobis. Nam
gloria noſtra hec eſt, teſtimo
nium conſcientie noſtre: q⁹
in ſimplicitate cordis & ſyn-
ceritate Dei, & non in ſapiē
tia carnali, ſed in in grat ia
dei conuerſati ſumus in hoc
mundo, abundantius aūt
ad vos. Non enim alia ſcri-
bimus vobis, quam que le-
giſtis et cognouiſtis. Spe-
ro autem quod vſq⁹ in fine
cognoſcetis: ſicut & cogno-
uiſtis nos ex parte, quod
gloria veſtra ſumus, ſicut &
vos noſtra in die domini no
ſtri Jeſu Chriſti. Et hac cō
fidentia volui pri⁹ veni-
re ad vos, vt ſecundum
gratiam haberetis et per
vos tranſire in Macedo-
niam, et iterum a Macedo
nia venire ad vos, et a vo-
bis deduci in Judeam. Cū
ergo hoc voluiſſem, nun-
quid leuitate vſus ſum?
Aut que cogito ſecundum
carnem cogito, vt ſit apud
me, Eſt et Non. Fidelis
autem Deus, quia ſermo
noſter qui fuit apud vos, nō
eſt in illo Eſt & Nō ſed eſt in
illo Eſt. Dei enim filius Jeſus

Christus, qui in vobis per nos predicatus est per me & Syluanū & Timotheū, nō fuit in illo. Est & Non, sed Est in illo fuit. Quotquot enim promissiones dei sunt in illo Est. Ideo & per ipsum amē deo ad gloriā nostrā. Qui aūt cōfirmat nos vobiscum in Christū, & qui unxit nos deus, qui & signauit nos, & dedit pignus spiritus in cordibus nostris. Ego aūt testē deum inuoco in animā meam, qō parcens vobis, non veni vltra Corinthū. non quia dominamur fidei vestre: sed adiutores sumus gaudij vestri. Nam fide statis.

℣ Tertia lectio sēm Mat. Ca.7.

IN illo tpe dixit Jesus discipulis suis: Attendite a falsis prophetis, q̄ veniunt ad vos in vestimētis ouiū, intrinsecus aūt sunt lupi rapaces. Et reliqua.

Homelia Originis.

QUod paulo superius spatiosam & latā viā nominauit: hic nūc apertē falsos prophetas ostendit, per quos multi in perditionem abominabilē abierunt. Qui primo in Judea multi apparuerūt: & modo p̄dicia totū impleuere mundum. Sed illi prius falsi prophete fuerūt, veriſſimos q̄ domini prophetas vsq; ad mortem persecuti sunt sicut Hieremiam & Micheā alios q̄ multos. Isti aūtē nunc falsi prophete & falsi Christiani qui sunt veraces christianos simulā persequūtur & opprimunt: aliq̄ fi (li detur copia) etiam gladijs, sine intermissione aūtē suis p̄auis moribus & exēplis: Jccirco omnes p̄euenien dñs admonens dicens. Attendite a falsis prophetis. Attēdite diligentius obseruate cautius, vt non seducamini, vt non circūueniamini, vt nō fallamini. Attēditeergo, hoc est cōsiderate quia nō sunt oues, sed lupi in vestimentis ouiū. & non sunt religiosi, sed irreligiosi in figura religiositatis, & non sunt christiani, sed veritatē vacui, crē stianoz̄ persecutores. Attēdite a falsis prophetis, q̄ veniunt ad vos in vestimētis ouium intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Oratio.

DEus cuius p̄uidētia in sui dispositione nō fallitur: te supplices exoramus vt noxia cuncta submoueas, & omnia nobis p̄ficua futura concedas: per.

℣ Feria ij. ex Exodo. Le.i.

LAmauit aūtē Moyses ad dominū dicens Quid faciam populo huic?

adhuc paululū & lapidabit me. Et ait dñs ad Moysen Intercede populū, & sume tecum de senioribus Israel: & virgā qua percussisti fluuiū, tolle in manu tua et vade. En ego stabo coram tibi super petrā Horeb: percutiesq; petrā, & exibit ex ea aqua, vt bibat populus. Fecit Moyses ita coram senioribus Israel. Et vocauit nomen loci illius Tēptatio, propter iurgiū filiorū Israel, & quia tentauerunt dñm dicētes: Est ne dñs in nobis an nō? Venit aūt Amalec, & pugnabat contra Israel in Raphidim. Dixitq; Moyses ad Iosue Elige viros, & egressus pugna contra Amalec. cras ego stabo in vertice collis, habens virgā dei in manu mea. Fecit Iosue vt locut⁹ erat Moyses, & pugnauit contra Amalec: Moyses aūt & Aaron, & Hur ascenderūt super vertice collis. Cūq; leuaret Moyses manꝰ vincebat Israel. Sin aūt paululum remisisset, superabat Amalec. Manus aūt Moysi erāt graues sumentes igitur lapidē, posuerunt subter eū, in quo sedit. Aarō aūt, & Hur sustentabāt manꝰ eius ex vtraq; parte. Et factū est vt manꝰ ipsius non lassarentur, vsq; ad occasū solis. Fugauitq; Iosue Amalec, & populū eiꝰ in ore gladij. Dixit aūt dñs ad Moysen: Scribe hoc ob monimētū in libro, & trade auribus Iosue: delebo enim memoriā Amalec sub celo. Edificauitq; Moyses altare & vocauit nomē eius: Dñs exaltatio mea dicēs, Quia manus solij dñi, & bellūdñi erit cōtra Amalec a generatione in generationem.

¶ Ex epistola secunda Pauli ad Corinthios. Lectio.ij.

Statui aūtē hoc ipsū apud me ne iterum, in tristitia venirē ad vos. Si Ca.2. ego cōtristo vos, & ds est qui me letificet, nisi q̄ cōtristatur ex me? Et hoc ipsum scripsi vobis vt nō cū venero tristitiā sup tristitiā habeā de quibus oportuerat me gaudere: cōfidens in omnibꝰ vobis q̄a meū gaudiū, omniū vestrū est. Nam ex multa tribulatione & angustia cordis scripsi vobis per multas lachrymas: non vt contristemini, sed vt sciatis quā charitatē habeā abundantius in vobis. Si quis aūt cōtristauit me, non me contristauit sed ex parte, vt non onerē omnes vos. Sufficit illi qui eiusmodi est, ob iurgatio hec que fit a pluribus, ita vt ecōtrario magis donetis et consolemini, ne

koꝛte abundantioꝛi triſtitia abſoꝛbeatur, qui eiuſmodi eſt. Pꝛopter quod obſecro vos, vt confirmetis in illũ charitatẽ. Ideo enĩ ꝙ ſcripſi vobis, vt cognoſcam experimentũ veſtrũ an in omnib⁹ obedientes ſitis. Cui aũt aliquid donaſtis, ꝙ ego. Nam ꝙ ego quod donaui, ſi quid donaui: pꝛopter vos in perſona Chriſti, vt non circumueniamur a ſatana: non enĩ ignoꝛamus cogitatiões eiꝰ. Cũ venissem aũt Troadẽ pꝛopter euangeliũ Chriſti, ꝙ oſtiũ mihi apertũ eſſet in dño: non habui requiẽ ſpiritui meo: eo quod non inuenerim Titum fratrẽ meũ ſed valefactis eis pꝛofectus ſum in Macedoniam. Deo autẽ gratias, qui ſemp triũphat nos in Chriſto Jeſu, ꝙ odoꝛem notitie ſue manifeſtat per nos in omni loco. quia Chriſti bonus odoꝛ ſumus deo: in ijs ꝙ ſalui fiunt ꝙ in ijs qui pereũt: aliis ꝺ̃ odoꝛ moꝛtis in moꝛtẽ: aliis autem odoꝛ vite in vitam. Et ad hec quis tam idoneꝰ? Non enim ſumus (ſicut plurimi) adulterantes verbum Dei: ſed ex ſynceritate: ſicut ex Deo coꝛam Deo in Chriſto loquimur.

℣ Feria tertia ex Exodo.

Lectio pꝛima.

Cap. 18

Audiuit aũt Jethꝛo ſacerdos Madian, cognatus Moyſi, oĩa que fecerat deus Moyſi: ꝙ Iſrael populo ſuo, quod eduxiſſet dominus Iſrael de Egypto: tulit Sephoꝛã vꝛoꝛẽ Moyſi quã remiſerat, ꝙ duos filios eius: quoꝛũ vnus vocabat Gerſam, dicente patre: Ideuena fui in terra aliena: alter vero Eliezer: Deus enĩ patris mei adiutoꝛ meꝰ, ꝙ eruit me de gladio Pharaonis. Venit ergo Jethꝛo cognatus Moyſi ꝙ filij eius, ꝙ vꝛoꝛ eius ad Moyſen in deſertum, vbi erat caſtrametatus iuxta montem Dei. Et mãdauit Moyſi dicẽs: Ego Jethꝛo cognatus tuus venio ad te, ꝙ vꝛoꝛ tua, et duo filij tui cũ ea. Qui egreſſus in occurſum cognati ſui adꝛauit, ꝙ oſculatus eſt eũ: ſalutauerunq; ſe mutuo ꝛbis pacificis. Cũq; intraſſet tabernaculum, nãrauit Moyſes cognato ſuo cũcta q̃ fecerat dñs Pharaoni ꝙ Egyptijs pꝛopter Iſrael: vniuerſumq; laboꝛẽ qui acciderat eis in itinere, ꝙ qõ liberauerat eos dñs. Letatusq; eſt Jethꝛo ſup oĩbus bonis q̃ fecerat dñs Iſraeli, eo quod eruiſſet eũ de manu Egyptiozũ, ꝙ ait: Benedictus dominus qui liberauit vos de

manu Egyptiozū,& de manu Pharaonis, qui eripuit populū suū de manu Egyptioz. Nūc cognoui qꝫ magnꝰ dñs super oēs deos,eo qꝫ super hac re egerint contra illos. Obtulit ergo Iethro cognatus Moisi holocausta & hostias deo: veneruntqꝫ Aaron & omnes seniozes filiozum Israel,vt comederent panē cum eo coram deo.

¶ Epistola secūda Pauli ad Corinthios. Lectio.ij.

Incipimus iterū nosmetipsos comendare? aut nunquid egemus(sicut quidā)cōmēdatitijs epistolis ad vos,aut ex vobis epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris,que scitur & legitur ab oibus hoīnibus:manifestati quod epistola estis Christi ministrata a nobis,& scripta non atramento sed spū dei viui, non in tabulis lapideis,sed in tabulis cordis carnalib⁹. Fiduciā aūt talē habemus per Christū ad deū non qꝫ sufficientes simus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis sed sufficiētia nostra ex deo est: qui & idoneos nos fecit ministros, nouī testamēti, non litere, sed spiritus: littera enī occidit,spiritꝰ aūt viuificat. Quod si ministratio mortis literis deformata in lapidib⁹ fuit in gloria, ita vt non possent intēdere filij Israel in faciem Moisi, propter gloriā vultus eius que euacuatur,quo nō magis ministratio spūs erit in gloria? Nam si ministratio dānatiōis in gloria est,multo magis abundat ministeriū iustitie in gloria. Nam nec glorificatū est quod clarum fuit in hac parte, propter excellentem gloriam. Si enī quod euacuatur,per gloriā est:multo magis qꝫ manet in gloria est. Habentes igitur talem spem multa fiducia vtimur: et non sicut Moises ponebat velamen sup faciē suā,vt nō intenderent filij Israel in faciē eius qꝫ euacuat̄,sed obtusi sunt sensus eoz. Usqꝫ in hodiernum enī diem idipsum velamē in lectione veteris testamenti manet non reuelatū (qm̄ in Christo euacuatur) sed usqꝫ in hodiernū diē cū legitur Moises,velamē positū est super coz eozū. Cū autē conuersi fuerint ad dominum,auferetur velamen. Dñs aūt,spūs est. Ubi aūt spiritus domini,ibi libertas. Nos vero oēs,reuelata facie gloriam dñi speculātes: in eādem imaginē transformamur a claritate in claritatem,tanquā a dñi spiritu

¶Feria quarta ex Exodo.

Lectio prima.

ALtera autē die sedit Moises vt iudicaret populū, qui assistebat Moi si a mane vsq; ad vesperam Quod cū vidisset cognat⁹ eius oīa scilicet que agebat in populo ait: Quid est qđ facis in plebe? cur solus sedes, & omnis populus prestolatur de mane vsq; ad vesperā? Cui respondit Moises: Venit ad me populus querēs sententiā dei. Cūq; acciderit eis aliqua disputatio, venūt ad me vt iudicē inter eos, & ostendā precepta dei, & leges eius. At ille: Nō bonā inquit, rem facis: stulto laboze consumeris & tu, et populus iste qui tecū est, vltra vires tuas est negotiū, solus illud non poteris sustinere. Sed audi verba mea atq; consilia & erit dñs tecū. Esto tu populo in his que ad deū pertinent, vt referas que dicūtur, ad eum: ostendasq; populo ceremonias & ritū colendi, viamq; per quā ingredi debeant, et opus quod facere debeant. Prouide aūt de oī plebe viros, potentes & timētes deū in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiā, & cōstitue ex eis tribunos & centuriōes & quinquagenarios, & decanos: Qui iudicent populū omni tēpoze: quicquid autē maius fuerit, referant ad te & ipsi minoza tantummodo iudicēt: leuius q; sit tibi, partito in alios onere. Si hoc feceris, implebis imperium Dei, & precepta eius vteris sustentare, & ois hic populus reuertetur ad loca sua cum pace. Quibus auditis, Moises fecit omnia que ille suggerat. Et electis viris strenuis de cuncto Israel cōstituit eos principes populi, tribunos, & centuriones: et quinquagenarios & decanos qui iudicabāt plebē dñi oī tēpoze: quicquid aūt graue erat referebant ad eum, faciliora tantūmodo iudicātes. Dimisitq; cognatū suū: & reuersus abijt in terrā suā.

¶Ex epistola secunda Pauli ad Corinthios. Lectio.v.

Deo habentes hāc ministrationē: iuxta qđ misericordiam consecuti sumus non deficimus sed abdicamus occulta dedecoris, non ambulantes in astutia, neq; adulterantes verbum Dei, sed in manifestatione veritatis cōmendantes nosmetipsos ad omnē conscientiam hominū coram deo. Quod si etiam opertum est euāgeliū nostrū in ijs q̄ pereunt est opertū in quibus

deus huius seculi excecauit mentes infideliū, vt nō fulgeat illis illuminatio euangelij gloꝛie chꝛisti, q̄ est imago dei. Non enī nos metipsos p̄dicamus, sed Iesum Chꝛistū dñm nostrū: nos aūt seruos vestꝛos per Iesum: q̄m deus qui dixit de tenebꝛis lucem: lucē splendꝛe facere, ipse eluxit in coꝛdibus nostꝛis ad illuminationem scientie claꝛitatis dei: in facie Chꝛisti Iesu. Habemus aūt thesaurū istū in vasis fictilibus: vt sublimitas sit dei, et nō ex nobis. In omnibus tribulationem patimur: sed nō angustiamur: aꝑiamur sed nō destituimur: p̄secutionē patimur sed nō deꝛelinquimur: humiliamur, sed nō cōfundimur: deiicimur, sed nō pereimus: semp moꝛtificationē Iesu Chꝛisti in coꝛpoꝛe nostꝛo circūferentes, vt et vita Iesu manifestet in coꝛpoꝛibus nostꝛis. Sēper enim nos qui viuimus in moꝛtē tradimur ꝓpter Iesum: vt et vita Iesu manifestet in carne nostꝛa moꝛtali. Ergo moꝛs in nobis operat: vita aūt in vobis. Habētes aūt eūdem spiritum fidei, sicut scꝛiptū est. Credidi ꝓpter quod locutus sum: et nos credimus, ꝓpter quod et loquimur: scientes q̄m qui suscitauit Iesum, et nos cū Iesu suscitabit et cōstituet vobiscū. Oia enim ꝓpter vos, vt gratia abundās, ꝓ multos in gratiaꝝ actione abundet in gloꝛiā dei. Ꝓpter qō nō deficimus: sed licet is qui foꝛis est noster homo coꝛꝝpatur: tū is qui intus est, renouatur de die in diē. Id enī qō in ꝑsenti est momentaneū et leue tribulationis nostꝛe, supꝛa modū in sublimitate eternum gloꝛie pōdus operat in nobis, nō cōtēplantibus nobis q̄ vidēntur, sed que non vidēntur: que enī vidētur tēpoꝛalia sunt: que aūt non vidēntur eterna sunt.

℣ Feria.v. ex Exodo. Le.i. Ca.19

Mense tertio egressionis filioꝝ Israel de terra Egypti: in die hac venerunt in solitudinē Sinai Mā ꝓfecti de Raphidim: et peruenientes vsq̄ in desertū Sinai castrametati sunt in eodē loco, ibiq̄ Israel fixit tentoꝛia e regione mōtis. Moises aūt ascendit ad deū: vocauitq̄ eū dominus de monte, et ait: Hec dices domui Jacob et annūtiabis filijs Israel: Vos ꝑspexistis q̄ fecerim egyptijs: q̄m poꝛtauerim vos super alas aquilaꝝ, et assumpse-

rim mihi. Si ergo audieritis vocē meā, & custodieritis pactū meū, eritis mihi in peculiū de cūctis pplis: mea est em oīs terra. Et vos eritis mihi in regnū sacerdotale, & gens sancta: hec sunt ūba q̄ loqueris ad filios Israel. Venit Moises & cōuocatis maioribus natu ppuli exposuit oēs sermōes ās mādauerat dñs. Respondit oīs populus simul: Cūcta que locutus est dñs, faciemus. Cūq; retulisset Moises ūba populi ad Dominū, ait ei Dñs: Ecce nunc veniam ad te in caligine nubis, vt audiat me populus loquentē ad te & credat tibi in perpetuū. Nūtiauit ergo Moises verba populi ad dñm. Qui dixit ei. Vade ad populū, & sanctifica illos hodie & cras, lauēt; vestimenta sua. Et sint parati in diē tertiū, in die em tertia descendet Dñs cozā omni plebe super montem Sinai. Constituesque terminos populo per circūitum, & dices ad eos: Cauete ne ascendatis in montē, nec tāgatis fines illius, oīs qui tetigerit montem, morte morietur. Manus nō tanget eū, sed lapidibus oppzimetur, aut confodietur iaculis, sive iumentū fuerit sive homo, nō viuet cum ceperit clangere buccina: tunc ascendant in montem.

℣ Ex epistola. ij. Pauli ad Cozinthios. Lectio sca.

Scimus em qm si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod edificationem ex deo habemus, domū nō manufactā, eternā in celis. Nā & in hoc ingemiscimus habitationē nostrā que de celo est, superindui cupientes, si tamē vestiti, & nō nudi inueniamur. Nā & qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus grauati. eo qđ nolumus expoliari, sed superuestiri vt absozbeatur qđ mozrale est, a vita. Qui aūt efficit nos in hoc ipsum, deus qui dedit nobis pignus spūs. Audētes igitur semp & scientes qm dū sumus in hoc cozpoze, peregrinamur a dño (per fidē em ambulamus, & nō p speciem) audemus aūt & bonam voluntatem habemus magis peregrinari a cozpoze: & presentes esse ad dñm. Et ideo cō tendimus, sive absentes, sive plentes placere illi. Omnes em nos manifestari oportet ante tribunal Christi: vt referat vnus quisque pzopzia cozpozis pzout gessit, sive bonū sive malum.

Ca.5.

Scientes ergo timorē dñi, hominibus suademus: deo aūt manifesti sumus. Spero aūt ⁊ in conscientijs vestris manifestos nos esse. Nō iterū cōmendamus nos vobis, sed occasionē damus vobis gloriandi pro nobis: vt habeatis ad eos qui in facie gloriantur, ⁊ non in corde. Sive enim mente excedimus deo, sive sobrij sumus vobis. Charitas enim Christi urget nos, estimantes hoc, quōniam vnus pro oībus mortuus est, ergo oēs mortui sunt, ⁊ pro omnibus mortuus est Christus: vt ⁊ qui viuūt iā nō sibi viuāt, sed ei ⁊ pro ipsis mortuus est, ⁊ resurrexit. Itaq; nos, ex hoc neminē nouimus secūm carnē. Etsi cognouimus secundū carnē Christum: sed nūc iā nō nouimus. Si qua ergo in Christo noua creatura, vetera trāsierūt: ecce facta sūt oīa noua. Oia aūt ex deo, ⁊ nos reconciliauit sibi p Christū: ⁊ dedit nobis ministeriū reconciliationis. Quōniā quidē deus erat in Christo mūdū reconcilias sibi: nō reputās illis delicta ipsorū, ⁊ posuit in nobis vbū reconciliationis. Pro Christo ergo legatiōe fungimur tanq; deo exhortāte p nos. Obsecramus p Christo reconciliamini deo. Eum ⁊ non nouerat peccatū, pro nobis peccm fecit vt nos efficeremur iustitia dei in ipso.

Feria. vi. ex Exodo. Le. i.

Locūtusq; Moises dixit ad pplm, ⁊ sanctificauit eū. Lūq; lauisset vestimenta sua, ait ad eos: Estote parati in die tertiū, ⁊ ne appropiquetis vxorib⁹ vrīs. Factq; aduenerat tertius dies, ⁊ mane illucuerat: ⁊ ecce ceperūt audiri tonitrua ac micare fulgura et nubes densissima operire mōtē clāgorq; buccine vehemētius pstrepebat: ⁊ timuit oīs populus qui erat in castris. Eductq; eduxisset eos Moyses in occursum dei de loco castrorū, steterūt ad radices mōtis. Tot⁹ aūt mōs Sinai fumabat, eo q; descēdisset dñs deus sup eū in igne ⁊ ascēderet fumus ex eo quasi de fornace, erat q; oīs mōs terribilis. Et sonitus buccine paulatim crescebat in maius, ⁊ prolixius tendebatur: Moyses loquebatur, ⁊ deus respondebat ei. Descenditq; dñs super montē Sinai in ipso montis vertice, ⁊ vocauit Moysen in cacumen eius, Quo cū ascendisset, dixit ad eum: Descēde ⁊ contestare populū: ne forte velit transcēdere terminos

ad vidēdū dñm,& pereat ex eis plurima multitudo. Sacerdotes quoq; qui accedūt ad dñm sanctificentur, ne peutiat eos. Dixitq; Moyses ad Dñm, Non poterit vulgus ascendere in montē Sinai,tu enī testificatus es & iussisti dicēs: Pone termi nos circa montē,& sanctifica illū. Cui ait dñs: Vade, descende,ascēdesq; tu & Aarō tecūm: sacerdotes aūt & populus nō transeāt termi nos,nec ascendant ad dñm, ne forte interficiat illos. Descenditq; Moyses ad populum,& oia narrauit eis.

ritate nō ficta,in vbo vitatis, in veritate dei, p arma iustitie a dextris et a sinistris,per gloriā & ignobilitatē,p infamiam & bonā famā,vt seductores, et veraces,sicut q̄ ignoti,& cogniti quasi morientes,& ecce viui mus vt castigati & nō mortificati.quasi tristes,semper autē gaudētes sicut egētes, multos aūt locupletantes, tanq̄ nihil habentes & omnia possidentes. Os nostrū patet ad vos o Corinthij, cor nostrum dilatatum est. Nō angustamini in nobis, angustiamini aūt in viscēribus vestris. Eandē autē habentes remunerationem (tanq̄ filijs dico) dilatamini & vos . Nolite iugū ducere cū infidelibus. Que enī participatio iustitie cū iniquitate? Aut que societas lucī ad tenebras? Que aūt cō uentio Christo ad Belial? Aut que pars fideli cū infideli? Quis autē consensus templo dei cū idolis? Vos enī estis templū dei viui: sicut dicit deus: Quōniā inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos,& ero illorū deus, & ipsi erunt mihi populus. Propter qđ exite de medio eorū,& separamini dicit dominus, & immundū ne tetigeritis,& ego recipiā vos,&

Ex epi.q. Pau.ad Cor.i.cj.

Ca.6. Adiuuātes aūt exhortamur Ne in vacuū gratiam dei recipiatis. Ait enī Tpe accepto exaudiui te:et in die salutis adiuui te. Ecce nūc tēpus acceptabile: ecce nūc dies salutis. Nemini dantes vllā offensionem vt nō vituperetur ministerium nostrum,sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros,in multa patiētia, in tribulationibus,in necessitatibus, in angustijs,in plagis,in carceribus,in seditionibus, in laboribus,in vigilijs, in ieiunijs,in castitate,in scientia, in lōganimitate, in suauitate,in spūsancto,in cha-

ero vobis in patrē, ⁊ vos e-
ritis mihi in filios ⁊ filias,
dicit Dominus oēs.

¶ Sabbato et Exodo. L. 1

Dixitq; est deus cū
cctos sermōes hos. E-
go sum dñs deus tu⁹, q̄ edu
xi te de terra Egypti de do
mo seruitutis. Nō habe bis
deos alienos coꝝ me. Nō
facies tibi sculptile, neq; om
nē similitudinē que est in ce
lo desup, ⁊ que in terra de-
orsum, nec eoꝝ que sunt in
aquis sub terra. Nō adoza
bis ea, neque coles ego sum
dñs deus tuus foꝛtis zelo-
tes, visitās iniquitatē pa-
trū ī filios, in tertiā ⁊ quar
tā ghationē eoꝝ qui ode-
runt me, ⁊ faciens misericoꝛ
diā in millia his qui diligūt
me, et custodiunt pceptā
mea. Nō assumes nomē do
mini dei tui ī vanū: nec em
habebit insontē dñs eū, qui
assumpserit nomē Dñi dei
sui frustra. Memēto vt diē
sabbati sanctifices. Sex die
bꝰ operaberis, ⁊ facies oīa
opa tua. Septimo aūt die
sabbatū dñi dei tui est: non
facies omne opus in eo, tu
⁊ filius tuꝰ et filia tua, ser-
uus tuus ⁊ ancilla tua, iu-
mentū tuū ⁊ aduena qui est
intra portas tuas. Sex em
diebus fecit deus celū ⁊ ter
rā ⁊ mare, ⁊ oīa que in eis
sunt: ⁊ requeuit die septi-
mo: idcirco benedixit Dñs
diei sabbati, et sanctificauit
eum. Honoza patrē tuū et
matrē tuā, vt sis lōgeuus
super terrā quā dñs dē tu
us dabit tibi. Non occides.
Nō mechaberis. Nō fur-
tū facies. Nō loqueris cō-
tra pximū tuū falsū testi-
moniū. Nō cōcupisces do-
mū pximi tui. Nec desyde
rabis vxoꝛē eiꝰ nō seruū, nō
ancillā, nō bouē, nō asinū,
nec omnia que illius sunt.

¶ Ex epistola. ii. Pauli ad Corinthios. I. cato lectiōis. Ca7.

Has ergo habētes pmis-
siones charissimi,
mūdemus nos ab oī inqui
namēto carnis ⁊ spūs perfi
cientes sanctificationē in ti
moze dei. Capite nos: Ne-
minē lesimus, neminē coꝝ
rupimus, neminē circūuent
mus. Nō ad cōdēnationem
vestrā dico. Pꝛedixim⁹ em
quod in coꝝdibus nēis estis
ad cōmoziendū ⁊ ad cōui-
uendū. Multa mihi fiducia
est apū vos: multa mihi glo
riatio pꝛo vobis, repletus
sum cōsolatione, supabūdo
gaudio in oī tribulatiōe no
stra. Nam ⁊ cū venissemus
in Macedoniā, nullā requē
habuit caro nostra: sed om
nem tribulationē passi su-
mus: foꝛis pugne, intus ti-

mozes. Sed ꝺ̄ consolat̄ humiles, cōsolatus est nos deus in aduētu Titi. Nō solū aūt in aduentu eius, sed etiā in cōsolatione, qua cōsolatus est in vobis referēs nobis vestrū desideriū, vestrū fletū, vestrā emulationē pro me, ita vt magis gauderem: quoniā etsi contristaui vos in epistola, nō me penitet: etsi peniteret, videns ꝺ̄ epistola illa (etsi ad hozā) vos cōtristauit. Nūc gaudeo: non ꝺ̄ contristati estis: sed ꝺ̄ cōtristati estis ad penitentiā. Contristati estis secm̄ Deum: vt in nullo detrimentū patiamini ex nobis: que est secundū deū tristitia est: penitentiā in salutē stabilem operatur: seculi aūt tristitia mozt̄ operatur. Ecce est hoc ipsum, secm̄ deum contristari vos: quātā i vobis operat̄ solicitudinē, sed defensionē, sed indignationē sed timozem, sed desiderium, sed emulationem, sed vindictā, in oibus exhibuistis vos, incōtāminatos esse negotio. Igit̄ etsi scripsi vobis nō ꝓpꝑ eū ꝺ̄ fecit iniuriā, nec ꝓpter eū ꝺ̄ passus est, sed ad manifestandā solicitudinē nostram quā habemus pro vobis coram deo, ideo consolati sum⁹. In cōsolatione aūt nostra, abūdātius magis gauisi sum⁹ sup gaudio Titi, quia refectus est spūs ei⁹ ab oibus vobis. Et si quid apud illū de vobis gloriatus sum, nō sum cōfusus, sed sicut omnia vobis i veritate locuti sumus ita ⁊ gloziatio nēa que fuit ad Titum, vitas facta est: ⁊ viscera eius abūdantius in vobis sunt, reminiscentis oim vestrū obedientiā, qūo cū timoze ⁊ tremoze excepistis illum. Gaudeo: qō in oibus cōfidꝰ i vobis. ¶ Missa. vtij. post pentecosten ex Exodo. Lect. i.

Audiebat voces ⁊ lampades ⁊ sonitum buccine, mōtem̄ fumātem, ⁊ perterritiæ pauoze contusi: stetezunt procul. dicentes Moisi, Loquere tu nobis, ⁊ audiemus, non loquat̄ nobis Dominus, ne forte moziamur. Et ait Moises ad populum. Nolite timere, vt eū pbaret vos venit deus, ⁊ vt terroz illius esset in vobis ⁊ nō peccaretis. Stetit aūt ꝑplus de lōge. Moyses aūt accessit ad caliginē īqua erat deꝰ. Dixit ꝓterea dñs ad Moisen, Hec dices filiis Israel, Vos vidistis qō de celo locutus sū vobis. Nō facietis mecū deos argēte-

os nec deos aureos facietis vobis. Altare de terra facietis mihi, & offeretis sup eo holocausta et pacifica vèa, oues vestras & boues o i lo co i quo memoria fuerit nominis mei, veniã ad te: & benedicã tibi, Quod si altare lapideũ feceris mihi, nõ edificabis illud de sectis lapidibus si efferas leuaueris cultrũ tuũ sup eũ, polluet. Non ascendes per gradus altare meũ, ne reueleꝛ turpitudo tua. Hec sunt iudicia que proponeꝛ eis: Si emeris seruum Hebreum, sex annis seruiet tibi, in septimo egredietur liber gratis. Cũ quali veste intrauerit: cum tali exeat si habens vxoꝛẽ: & vxoꝛ egredieꝛ simul. Sin autem Dominus dederit illi vxoꝛem, & peperit filios & filias mulier & liberi eius erunt Dñi sui: ipse vero exibit cum vestitu suo. Quod si dixerit seruus, Diligo dominum meum & vxoꝛem ac liberos: non egrediar liber: offeret eũ Dñs dñs, & applicabitur ad ostiũ & postes: & fodabit & aurem eius subula: & erit ei seruus in seculũ. Si quis vendiderit filiam suam in famulam, nõ egredietur sicut ancille exire cõsueuerunt. Si displicuerit oculis Dñi sui: cui tradita fuerit: dimittet eam populo autẽ alieno vendendi nõ habebit potestatẽ si sprenerit eã: Si nautẽ filio suo desponderit eã, iuxta morem filiarum faciet illi. Quod si alterã ei acceperit, prouidebit puelle nuptias, & vestimenta, & precium pudicitie non negabit. Si tria ista non fecerit, egredietur gratis absq; pecunia.

℣ Ex epistola sc̃a Pauli ad Corinthios. Lectio. ij.

Notam autẽ facimus vobis fratres gratiã dei, que data est in ecclesijs Macedonie, quod in multo experimento tribulationis abundantia gaudij ipsoꝝ fuit, & altissima paupertas eoꝝ abũdauit in diuitias simplicitatis eoꝝ, quia secundũ virtutem (testimonium illis reddo) et supra vires voluntarij fuerunt, cum multa exhortatione obsecrantes nos gratiam et communicationem ministerij quod fit in Sanctos. Et non sicut speraui-mus, sed semetipsos dederũt, primũ dño, deinde nobis per voluntatem dei, ita vt rogaremus Titum, vt quẽadmodũ cepit ita et pficiat in vobis etiã gr̃am istã Sed sicut in oib⁹ abũdatis fide & sermõe, & sciẽtia, & oi

Ca. 8

ſolicitudie,inſup & charita-
te veſtra in nos, vt & in hac
gratia abūdetis. Nō quaſi
imperās dico,ſed per aliorū
ſolicitudinē, etiā veſtre cha
ritatis ingenuū bonū com
probās. Scitis enī gratiā
dñi noſtri Ieſu Chriſti,q̃m
propter vos egenus factus
eſt, cū eſſet diues: vt illius
inopia,vos diuites eſſetis.
Et conſiliū in hoc do. Hoc
enī vobis vtile eſt, q̃ non ſo
lū facere, ſed & velle cepiſtis
ab anno priore, nūc vero et
facto perficite, vt quēadmo
dū promptus eſt animꝰ vo
lūtatis, ita ſit et pficiendi
ex eo quod habetis, Si enī
voluntas prompta eſt, ſecū
dum id quod nō habet,acce
pta eſt, nō ſecundum id qō
non habet. Non enim vt
aliis ſit remiſſio: vobis au
tem tribulatio, ſed ex e-
qualitate. In preſenti tēpo
re vra abundantia,illorum
inopiam ſuppleat, vt & illo-
rū abundantia, vre inopie
ſit ſuppletū: vt fiat equa
litas ſicut ſcriptū eſt. Qui
multum,non abundauit:et
q̃ modicū, non minorauit.
Gratias aūt ago deo,qui de
dit eandē ſolicitudinē pro
vobis in corde Titi,q̃m ex-
hortationē quidē ſuſcepit:
ſed cum ſolicitior eſſet, ſua
voluntate profectus eſt ad
vos. Miſimus etiā cū illo
fratrē noſtrum, cuius laus
eſt in euāgelio per oēs eccle
ſias,non ſolū aūt ſed & ordi
natꝰ eſt ab eccleſijs comes
peregrinatiōis noſtre hāc
gratiā que miniſtratur a no-
bis ad dñi gloriā: & deſtina
tā voluntatē noſtram,deui
tantes hoc:ne quis nos vi-
tuperet in hac plenitudine
que miniſtratur a nobis in
dñi gloriam. Prouidemus
enī bona:nō ſolū coram deo:
ſed etiā coram hoibus. Miſi
mus aūt cū illis & fratrē no
ſtrū:quē probauimꝰ in mul
tis ſepe ſolicitum eſſe, nūc
aūt multo ſolicitiorē, cōfi-
dentia multa in vos ſiue
pro Tito qui eſt ſocius me-
us et in vobis adiutor,ſiue
fratres noſtri:apoſtoli eccle
ſiarū: gīa Chriſti. Oſten-
ſionē ergo que eſt charita-
tis veſtre et noſtre glorie p
vobis in illos oſtendite in
facie eccleſiarum.

Tertia lectio ſcōm Lucā. Ca.16

In illo tempore, Dixit
Ieſus diſcipulis ſuis
parabolā hāc, homo quidā
erat diues q̃ habebat villi-
cum, et hic diffamatus eſt
apud illum quaſi diſſipaſ-
ſet bona ipſius. Et reliqua.

Homilia.s. Hieronimi pre.

Queſtiunculā propo-
ſuiſti q̃d ſit villicus

titudinis, ꝙ voce dñi laudat: Cuius cū vellem scire rationē & de quo fonte pro cesserat: reuelari volumē euāgelicū, & inter cetera repperi ꝙ appropinquātibus saluatori publicanis et peccatoribus vt audirēt eum, murmurabant pharisei et scribe dicentes. Quare iste peccatores suscipit, & comedit cum eis, qui locutus est eis parabolam centū ouiū & vnius perdite, que inuēta pastoris humeris reposita est. Et cū esset posita, ḡtulatim intulit. Dico vobis q̄ ita gaudiū erit in celo, super vno peccatore penitentiam agente: magis q̄ super nonaginta nouem iustis q̄ nō habēt opus penitentia. Alia quoq; parabolā decem dragmarum, vnius quoq; perdite atq; reperte ēi propositit: similiter eam fine cōpleuit, sic dico vobis gaudium erit angelis Dei sup vno peccatore penitentiam agente. Tertiā quoq; parabolam proposuit homīnis habentis duos filios & diuidentis inter eos substantiā. Cūq; minor facultatibus pditis egere cepisset & comedere siliquas porcorū cibū, & reuersus ad pēm susceptus est ab eo. Frater aūt̄ senior inuidēs pēis voce roxripit, quod letari debuerit et gaudere ḡa frater eius mortuus erat & reuixit: perierat et inuentus est Oratio.

Largire nobis quelumus Dñe semp spūs cogitandi que recta sunt, p pītius & agēdi: vt, qui sine te esse nō possumus: sēm te viuere valeamus. Per.

¶ Feria.ij.ex Exodo.L.1.

Qui percusserit hominē volens occidere, morte moriatur: Qui aūt non est insidiatus: sed deus illū tradidit in manus eius, constituam tibi locū in quē fugere debeat. Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias ab altari meo auelles eū vt moriatur. Qui percusserit patrē suum aut matrē morte moriatur. Qui furatus fuerit hominem, & vēdiderit eū, conuictus noxe morte moriatur. Qui maledixerit patri suo vel matri, morte moriatur? Si rixati fuerint viri, & percusserit alter proximū suū lapide vel pugno, & ille mortuus nō fuerit sed iacuerit in lectulo. Si surrexerit et ambulauerit foris sup baculū suū, innocēs erit ḡ percusserit, ita tm vt operas eius, & impensas in medicos, restituat. Qui

percusserit seruū suū, vel an
cillā virga, & mortui fuerit
in manibus eius, criminis
reus erit. Si nautē vno die
vl duobus superuixerit nō
subiacebit pene, quia pecu-
nia illius est. Si rixati fue-
rint viri, & percusserit, ds
mulierē prægnantē & abor-
tiuū quidē fecerit, sed ipsa
vixerit, subiacebit damno
quantū maritus mulieris
expetierit, & arbitri iu-
dicauerint. Si nautē mors
ei⁹ fuerit subsecuta, reddet
alam pro aia, oculū pro o-
culo, dētem pro dēte, manū
pro manu pedē pro pede, ad
ustionē pro adustione, vul-
nus pro vulnere liuorē pro
liuore. Si percusserit quispiā
oculū serui sui aut ancille, &
luscos eos fecerit, dimittet
eos liberos pro oculo quē
eruit. Dentē quoq; excus-
serit seruo vel ancille sue, si
militer dimittet eos libe-
ros. Si bos cornu percus-
serit virum aut mulierem,
& mortui fuerint, lapidibus
obruet, & nō comedētur car
nes eius, dñs quoq; bouis
innocēs erit. Quod si bos
cornupeta fuerit ab heri et
nudiustertius, & contestati
sunt Dñm eius, nec reclu-
serit eū, occiderit q; virum
aut mulierē: bos lapidibus
obruet, & dñm illius occi-
dent. Mō si precium fuerit
ei impositū, dabit pro ani-
ma sua quicqd fuerit postu-
latus. Filiū quoq; & filiam
si cornu percusserit, simili
sententie subiacebit. Si ser-
uū ancillamq; inuaserit, tri
ginta siclos argenti Do-
mino dabit, bos vero lapi-
dibus opprimetur.

¶ Ex Epistola ij. Pauli ad Corinthios. Lectio secūda. ca. 5.

Dim de ministerio qđ
sit in sanctos: ex abū-
danti est mihi scribere vo-
bis. Scio enī prōptum ani
mū vestrū, pro quo de vo-
bis glorior apud Macedo-
nes. Quia & Achaia parata
est ab anno pterito, & vre æ-
mulatio prouocauit pluri-
mos. Misimꝰ aūt fratres,
vt ne ād gloriamur de vo-
bis, euacuet in hac parte, vt
(quēadmodū dixi) parati si
tis, ne cū venerint Macedo
nes mecū, & inuenerint vos
imparatos, erubescamus
nos, vt nō dicamus vos in
hac substantia. Necessariū
ergo existimaui rogare fra
tres, vt prueniāt ad vos,
& præparēt repromissam ben
dictionē hāc, paratā esse sic
quasi benedictionē, nō tan-
quā auaritiā. Hoc aūt dico
Qui parce seminat, parce &
metet: & qui seminat in ben
dictionibus, de bēdictioni-

hō ꝫ metet. Manuſcſq; pzo
vt deſtinauit in cozde ſuo
nō ex triſtitia aut ex neceſſi
tate. Hilarē enim datozem
diligit Deus. Potēs eſt au
tē deus oēm gratiā abun-
dare facere in vobis, vt in
oibus ſemp oēm ſufficien-
tiā habentes abundetis in
omne opus bonū, ſicut ſcri
ptū eſt, Diſperſit, dedit pau
peribus, iuſtitia eius ma-
net in ſeculū ſeculi, qui aūt
miniſtrat ſemē ſeminan
ti, ꝫ panē ad māducandum
præbabit, ꝫ multiplicabit ſe
mē veſtrū, ꝫ augebit incre-
mēta frugū iuſtitie veſtre,
vt in omnibus locupletati
abūdētis in omnē ſimplici-
tatem, que operatur p nos
gratiarū actionē deo. Mīſ
miniſteriū huius officij nō
ſolum ſupplet ea que deſūt
ſanctis, ſed etiā abūdant p
multas gratiarū actiones
in dño, per pzobationē mi-
miſterij huius gloxificātes
deum in obedientia confeſ-
ſionis veſtre in euangelio
Chriſti, ꝫ ſimplicitate com
municationis veſtre in il-
los, ꝫ in omnes, ꝫ in ipſozū
obſecratiōe pzo vobis, deſy
derātiū vos pzopter emi-
nentem gratiā dei in vobis
Gratias ago deo ſuper ine
narrabili dono eius.

Feria. iij. ex Exodo. L.x.

SI quis apuerit ciſter
nam, ꝫ foderit, ꝫ non
operuerit eam cecideritque
bos aut aſinus in eā reddet
dominus ciſterne pzetium
iumentozū, quod aūt moz-
tuū eſt: ipſius erit. Si bos
alienus bouē alterius vul-
neraverit, ꝫ ille moztuꝰ fue
rit, vēdent bouē viuū: ꝫ di
uident ptium, cadauer aūt
moztui inter ſe diſpertiēt.
Si aūt ſciebat ꝙ bos coznu
peta eſſet ab heri ꝫ nuditu
ſterti⁹, ꝫ nō cuſtodiuit eum
dñs ſuus, reddet bouē pzo
bouē ꝫ cadauer integrū ac-
cipiet. ¶ Si quis furatus Ca.22
fuerit bouē aut ouē, ꝫ occi
derit, vel vendiderit, ꝙq;
boues pzo vno boue reſti-
tuet, ꝫ quatuoz oues ꝓ vna
oue. Si effringēs fur domū
ſiue ſuffodiēs fuerit inuen
tus, ꝫ accepto vulnere moz
tuus fuerit, pcuſſoz nō erit
reus ſanguinis. Mō ſi ozto
ſole hoc fecerit, homicidiū
ꝑpetrauit, ꝫ ipſe moziet̄ur.
Si nō habuerit qō pzo fur
to reddat, ipſe venūdabit̄,
ſi inuentū fuerit apud eum
qō furatus eſt, viuens, ſiue
bos, ſiue aſin⁹, ſiue ouis: du
plū reſtituet. Si leſerit q̄ſ
piā agrū vel vineā ꝫ dimi-
ſerit iumentū ſuū vt depa
ſcat aliena q̄cq̄ optimū ha
buerit i agro ſuo vl i vinea

pro dāni estimatione restituet. Si egressus ignis inuenerit spicas, & cōprehenderit aceruos frugū, siue stantes segetes in agris, reddet dānū q̄ ignē succēderit. Si q̄s cōmēdauerit amico pecuniā aut vas ī custodiā, & ab eo q̄ susceperat, furto ablata fuerint si inuenitur fur, duplum reddet: si latet fur, Dñs domus applicabitur ad deos, & iurabit q̄ nō extenderit manum in rē proximi sui, ad perpetrandam fraudem, tam in boue quā in asino: & oue ac vestimento, & quicquid damni inferre potest, ad deos vtriusq̄ causa perueniet, & si illi iudicauerint, duplū restituet proximo suo.

¶ Ex Epistola secūda Pauli ad Corinthios. Lectio. ij.

IPse aūt ego Paulus obsecro vos per mansuetudinē & modestiā christi, qui in facie quidem humilis sum inter vos: absēs aūt confido in vobis. Rogo aūt vos, ne presens audeā per eā confidentiā qua existimor audere ī quosdā, qui arbitrantē nos tanquā secundum carnē ambulemus. In carne enī ambulantes: nō secūdum carnem militamus. Nā arma militie nostre nō carnalia, sed potētia deo ad destructionē munitionū, cōsilia destruentes, & omnē altitudinem extollentē se aduersus scientiā dei, & in captiuitatē redigentes oēm intellectū in obsequiū Christi, & in promptu habentes vlcisci omnē inobedientiam cū impleta fuerit vestra obedientia. Que secundū facie sunt videte. Si quis confidit sibi, Christi se esse hoc cogitet iterū apud se, q̄ sicut ipse Christi est, ita & nos. Nā & si amplius aliq̄d gloriatus fuero de potestate nostra quā dedit nobis dñs in edificationē & non in destructionē vestrā, non erubescā. Ut autem nō existimer tā quam terrere vos per epistolas. (Quoniam quidē epistole inquiunt, graues sunt et fortes presentia aūt cor poris infirma, & sermo contēptibilis) hoc cogitet qui eiusmodi est, quia quales sumus verbo per epistolas absentes, tales & presentes in facto. Nō enī audemus inserere aut cōparare nos quibusdā, qui seipsos commēdāt sed ipsi ī nobis nolentes ipsos metientes, & comparantes nosmetipsos nobis. Nos aūt nō in immensum gloriabimur, sed sēm mēsurā regule qua mēsus

est nobis deus mensurā per
tingendi vsq ad vos, Non
em quasi nō pertingentes
ad vos, superextendimus
nos. Usq ad vos em perue
nimus in euangelio Chri
sti, non in immensum glo
riantes in alienis laborib⁹,
spē autē habentes crescētis
fidei vestre, in vobis magni
ficari secundū regulā no
strā in abūdātia, etiā in illa
que vltra vos sunt euange
lizare, nō in aliena regula,
in ijs q̄ preparata sunt glo
riari. Qui autē gloziatur,
in domino glozietur, Non
enim qui ipsum commen
dat, ille probatus est: sed
quem deus commendat.

¶ Feria.iiij.ex Exodo.xxij.

Si quis cōmēdauerit
proximo suo asinum,
bouē, ouē, & omne iumen
tū ad custodiā, & mortuum
fuerit, aut debilitatū vel ca
ptū ab hostib⁹, nullusq hoc
viderit, iusiurādum erit in
medio qō nō extēderit ma
nū ad rēproximi sui suscipi
etq dñs iuramentū, et ille
reddere nō coget, qō si fur
to ablatū fuerit, restituet
dāno Dño, si comestū a be
stia, deferat ad eū quod occi
sum est, & nō restituet. Qui
a proximo suo quicqd horū
mutuo postulauerit, & debi
litatū aut mortuū fuerit,
dño nō ptēte: reddere cōpel
let. Qd si ipzelentiay dñs
fuerit, nō restituet, maxime
si cōductū venerat pro mer
cede operis sui. Si leduxe
rit qs virginē, necdū desponsatā, dormierit cū ea, do
tabit eā, & habebit eā vro
rē. Si pater virginis dare
noluerit reddet pecuniā iu
xta modū dotis, quā virgi
nes accipere consueuerunt.
Maleficos nō patieris vi
uere. Qui coierit cū iumē
to, morte moriat. Qui im
molat dijs, occidet, preter
dño soli. Aduenā nō contri
stabis, neq; affliges eū, ad
uene em & ipsi fuistis in ter
ra Egypti. Vidue & pupil
lo nō nocebitis. Si leserit
tis eos, vociferabūt ad me,
& ego audiā clamorē eorū:
& indignabit furor meus p
cutiāq vos gladio, et erūt
vxores vre vidue, & filij vri
pupilli. Si pecuniā mutuā
dederis populo meo paupe
ri qui habitat tecū, nō vr
gebis eū quasi exactor, nec
vluris opprimes. Si pign⁹
a proximo tuo acceperis ve
stimentū, ante solis occasum
reddes ei. Ipse em est solū q̄
operit idumētū carnis ei⁹,
nec habet aliō in q̄ dormiat, si
clamauerit ad me, exaudiā
eum quia misericors sum.
Dijs nō detrahes. & principi

populi tui non maledices. Decimas tuas & primitias tuas non tardabis offerre, primogenitū filiozū tuozū dabis mihi. De bobus ꝙq & ouibus similiter facies, leptē dieb⁹ sit cū matre sua, die octaua reddes illū mihi. Viri sancti eritis mihi, carnē que a bestijs fuerit prægustata, non comedetis, sed proijcietis canibus.

¶ Ex epistola secūda Pauli ad Corinthios.

Lectio secunda.

Cap. 11

UTinam sustineretis modicū quid insipientie mee sed & supportate me Emuloz enī vos de emulatiōe. Despondi enī vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Timeo autē ne sicut serpens Euā seduxit astutia sua, ita cozrumpāt sensus vestri, & excidāt a simplicitate, q̄ est i Christo. Nā si is qui venit, aliū Christū p̄dicat quē nō p̄dicauimus, aut aliū spm accipitis quem nō accepistis, aut aliud euāgeliū quod non recepistis recte pateremini. Existimo enim nihil me minus fecisse a magnis apostolis, Nā etsi imperitus sermone, sed nō scientia. In oib⁹ autē manifestus sum vobis. Aut nunqd peccatū feci, meipsum humilias, vt vos exaltemini? quoniam gratis euangelium dei euangelizaui vobis? alias ecclesias expoliaui, accipiens stipēdia ad ministerium vestrum? Et cum essem apud vos: & egerem: nulli onerosus fui, nam quod mihi deerat, supplecuerunt fratres qui venerunt a Macedonia: & in omnibus sine onere me vobis seruaui, & seruabo. Est veritas Christi in me: qm hec gloriatio nō infringetur in me in regionib⁹ Achaie. Quare q̄a nō diligo vos? Deus scit. Mā autē facio, & faciam vt amputē occasionem eozū q̄ volūt occasionē, vt in quo gloriant inueniāt sicut & nos. Nā eiusmodi pseudo apostoli sunt operarij subdoli, trāsfigurantes se in apostolos Christi. Et nō mirum: ipse enī satanas trāsfigurat se in angelum lucis, non est ergo magnum, si ministri eius trāsfigurentur velut ministri iustitie, quozum finis erit secundum opera ipsozum. Iterum dico, ne quis me putet insipientem esse: alioquin velut insipientem accipite me, vt et ego modicum quid gloriet. Quod loquor, non loquor secundum Deum sed quasi in insipientia, in hac sub-

stantia glozie. Quoniam multi gloziantur secundū carnem, ꝫ ego gloziaboz.

Feria.v.ex Exodo. Le.1.

Dñ suscipies vocem mendacij, nec iunges manum tuam vt pzo impio dicas falsum testimonium. Non sequeris turbam ad faciendū malum, nec in iudicio pluriū mozum acquiesces sententie vt a vero declines. Pauperis quoq; non miserebere in iudicio. Si occurreris boui inimici tui aut asino erranti, reduc ad eum. Si videris asinum odientis te, iacere sub onere, non pertransibis, sed sublevabis cum eo. Non declinabis in iudicium pauperis. Mendaciū fugies. Insontem ꝫ iustum non occides, quia auersoz impium. Nec accipies munera, que etiam excecant pzudentes, ꝫ subuertunt verba iustoꝝ. Peregrino molestus non eris, scitis enim aduenarum animas, quia ꝫ ipsi peregrini fuistis in terra Egypti. Sex annis seminabis terram tuam, ꝫ congregabis fruges ei⁹ āno aūt septimo dimittes eam, ꝫ requiescere facies, vt comedant pauperes populi tui, ꝫ quicquid reliquū fuerit, edant bestie agri ita facies in vinea, et in oliueto tuo. Sex diebus operaberis, septimo die cessabis, vt requiescat bos, ꝫ asinus tuus, et refrigeretur filius ancille tue, et aduena. Omnia que dixi vobis, custodite, et per nomen externorum deozum non iurabitis neque audietur ex oze vestro. Tribus vicibus per singulos annos mihi festa celebzabitis. Solennitatem azymozum custodies, Septem diebus comedes azyma, sicut pzecepi tibi tempoze mensis nouozum, quando egressus es de Egypto, non apparebis in conspectu meo vacuus. Et solennitatem messis pzimitiuozū operis tui quecūq; seminaueris in agro, solēnitatē quoq; in exitu anni, quando congregaueris oēs fruges tuas de agro. Ter in anno appabebit omne masculinum tuum coram Domino Deo. Non immolabis super fermento sanguinem victime mee, nec remanebit adeps solennitatis mee vsq; mane. Pzimitias frugum terre tue deferes in domum domini dei tui, non coques hedum in lacte matris sue.

Ex Epistola secunda Pauli ad Corinthios. Lectio.ij.

LIbenter enī suffertis insipientes, cū sitis sapientes. Sustinetis enī, si ds vos i seruitutē redigit, si ds deuozat, si ds accipit, si quis extollit, si quis in faciē vos cedit. Scōm ignobilitatē dico, quasi nos infirmi fuerimus in hac parte. In quo quis audet (insipientia dico) audeo et ego. Hebrei sunt, ⁊ ego: Israelite sunt, ⁊ ego. Semen Abrahe sunt, ⁊ ego: ministri christi sunt (vt min⁹ sapiēs dico) plus ego: in labozib⁹ plurimis, in carceribus abundātius, in plagis supza modū, in moztibus frequēter. A Judeis ḡnquies quadragenas, vna minus accepi. Ter virgis cesus sum, semel lapidatus sum, ter naufragiū feci nocte ⁊ die in pzofundo maris fui, in itineribus sepe, periculis fluminū, periculis latronū, periculis ex gñe, periculis ex gētib⁹, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus, in laboze ⁊ erumna, in vigilijs multis, in fame ⁊ siti, in ieiunijs multis, in frigoze et nuditate p̄ter illa que extrinsecus sūt: instātia mea quotidiana, sollicitudo oīm ecclesiaꝝ. Quis infirmatur: ⁊ ego nō infirmoz? Quis scandalizat: et ego nō vroz? Si gloziari oportet: ⁊ infirmitatis mee sunt: gloziabor. Deus ⁊ pāt dñi nr̄i Jesu Christi, q̄ est bñdictus in secula, scit q̄ nō mētioz. Damasci, pzepositus gentis Aretē regis, custodiebat ciuitatē Damascenoꝝ vt me cōpzehēderet ⁊ per fenestrā in spoztā demissus sum per murum, et sic effugi manus eius.

¶ Feria.vi. ex Exodo. L.i.

ECce ego mittā angelū meū qui pcedat te, ⁊ custodiat i via, ⁊ introducat i locū quē pparaui. Obserua eum, ⁊ audi vocē eius, nec cōtēnendū putes: quia nō dimittet cū peccaueritis, ⁊ est nomē meū in illo. Quod si audieris vocē eius, et feceris oīa que loquoz, inimicus ero inimicis tuis, ⁊ affligā affligētes te. Pzecedetq̄ te angelus meus, ⁊ introducet te ad Amoz rheū, ⁊ Hetheū ⁊ Pherezeū, ⁊ Chananeū, ⁊ Heueū ⁊ Jebuseū, quos ego cōteram. Nō adozabis deos eoꝝ, nec coles eos: nō facies opera eoꝝ, sed destrues eos: ⁊ cōfringes statuas eoꝝ. Seruietis q̄ Dño deo vr̄o, vt bñdicā panib⁹ tuis, ⁊ aquis: ⁊ auferā infirmitatē de medio tui. Nō erit

inferunda,nec sterilis in terra tua:numerū dierū tuorū implebo. Terrorē meū mittā in præcursum tuū & occidam omnē populū ad quem ingredieris:cūctorū inimicorū tuorū colla te terga vertā,emittēs crabrones priusqui fugabūt Heueū,& Chananeū,& Hetheū,anteq̄ ingredaris. Non ejciā eos a facie tua anno vno: ne terra in solitudinem redigatur,& crescāt cōtra te bestie. Paulatim expellā eos de conspectu tuo, donec augearis, et possideas terrā. Ponā aūt terminos tuos a mari rubro vsq̄ ad mare Palestino rum,& a deserto vsq̄ ad fluuium:tradā in manibus vestris habitatores terre,& ejciā eos de conspectu vestro. Nō inibis cū eis fedus,nec cū dijs eorū. Non habitent in terra tua,ne forte peccare te faciant in me,si seruieris dijs eorū:quod tibi certe erit in scandalum.

Ad Corinthios. Lectio secunda.

Si gloriari oportet(nō expedit quidē) veniā aūt ad visiones & reuelationes dñi. Scio hominem in Christo añs annos quatuordecim (sue in corpore, siue extra corpus,nescio:deꝰ scit) raptum huiusmodi vsq̄ ad tertiū celum. Et scio huiusmodi hominē (sue in corpore, siue extra corpus nescio: deus scit) q̄m raptus est in paradisū:& audiuit arcana verba quenō licet hoī loqui Pro huiusmodi gloriaboꝛ: pro me aūt nihil,nisi infirmitatibus meis. Nam & si voluero gloriari,non ero insipiens:veritatē enī dicam. Parco autē:ne quis me existimet supra id q̄ videt in me,aut aliquid audit ex me Et ne magnitudo reuelationum extollat me: datus est mihi stimulus carnis mee angelus satane, vt me colaphizet. Propter q̄ ter dñm rogaui vt discederet a me,& dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea:nā virtus in infirmitate perficit. Libēter igitur gloriaboꝛ in infirmitatibus meis: vt inhabitet in me virtus Christi. Propter q̄ placeo mihi in infirmitatibus meis, in cōtumelijs, in necessitatibus,in persecutionibus, in angustijs pro Christo. Cū enī infirmor: tunc potēs sum. Factꝰ sum insipiens: vos me coegistis. Ego enī a vobis debui commendari. Nihil enī minus feci ab ijs qui sunt supra modum apostoli: tametsi nihil sum. Signa tamen apostoli facta sunt super vos in om-

ni patientia, in signis, & pro
digijs, & virtutibus. Quid
est enim qđ minus habuistis
pre ceteris ecclesijs: nisi qđ
ego ipse non grauaui vos?
Donate mihi hanc iniuriã.
Ecce tertio hoc paratꝰ sum
venire ad vos: & nõ ero gra
uis vobis. Non enim quero
q̃ vestra sunt: sed vos. Nec
enim debent filij parentibus
thesaurizare: sed parẽtes fi
lijs. Ego aũt libẽtissime im
pendã & superimpendar ipe
pro animabus vestris: licet
plus vos diligens minꝰ di
ligar. Sed esto: ego vos nõ
grauaui: sed cũ essem astutꝰ
dolo vos cepi. Mũquid per
aliquẽ eorum quos misi ad
vos, circũuent vos? Rogau
i Titũ: & misi cum illo fra
trẽ. Nunquid Titus vos
circumuenit? nonne eodem
spũ ambulauim⁹? nonne iisdẽ
vestigijs? Olim putatis
qđ excusem⁹ nos apud vos:
Coram Deo in Christo loqui
mur. Omnia enim charissimi
propter edificationẽ vestrã.
Timeo enim ne forte cũ vene
ro, nõ quales volo, inuenã
vos: & ego inueniar a vobis
qualẽ nõ vultis: ne forte cõ
tentiones, emulationes, ani
mositates, dissensiones, de
tractiones, susurrationes, in
flationes, seditiones sint in
ter vos: ne iterũ cũ venero
humiliet me deus apud vos
& lugeã multos ex ijs q̃ ãte
peccauerunt, & non egerunt
pñam super immunditia &
fornicatione, & impudicitia
quam gesserunt.

Sabbato ex Exodo. L. 1. ca. 24

Mysi quoq; dixit: Ascende ad dñm tu & Aa
ron, Nadab & Abiu, & septua
ginta seues ex Israel, & ado
rabitis procul. Solusq; Moy
ses accedet ad dñm, & illi nõ
appropinquabunt: nec popu
lus ascendet cũ eo. Venit er
go Moyses, & narrauit ple
bi oĩa verba dñi, atq; iudi
cia: respondit q; cunctus po
pulus vna voce: Oĩa verba
dñi, quæ locutus est, faciem⁹.
Scripsit ergo Moyses vni
uersos sermones dñi: & ma
ne, cõsurgens edificauit altã
re dño ad radices mõtis, et
duodecim titulos per duode
cim tribus Israel. Misitq;
iuuenes de filijs Israel, & ob
tulerunt holocausta, immo
lauerunt q; victimas pacifi
cas dño, vitulos. Tulit ita
que Moyses dimidiã partẽ
sanguinis, & misit in crate
ras: partẽ aũt residuã fudit
super altare. Assumẽsq; vo
lumen federis, legit audiẽte
populo: q; dixerunt: Omnia
que locutus est dominus fa
ciemus, & erimus obedientes
Ille vero, sumptũ sanguinẽ

relperlit in populum, & ait: Hic eſt ſanguis federis, qđ pepigit dñs vobiſcum ſuper cunctis ſermonibus his. Aſcenderũt q̃q; Moyſes & Iarõ Nadab & Abiu, & ſeptuaginta de ſenioribus Iſrael: & viderunt deũ Iſrael ſub pedibus eius quaſi opꝰ lapidis ſaphirini, & quaſi celũ cum ſerenum eſt. Nec ſuper eos qui procul receſſerant de filiis Iſrael, miſit manũ ſuã. Viderunt deũ, & comederunt, ac biberunt. Dixit autem dominus ad Moyſen: Aſcende ad me in montẽ, et eſto ibi: dabo q̃ tibi tabulas lapideas, & legẽ ac mandata que ſcripſi: vt doceas eos. Surrexerunt Moyſes, et Joſue miniſter eius: aſcendens q̃ Moyſes in montẽ dei, ſenioribus ait: Expectate hic, donec reuertamur ad vos: habetis Aaron, & Hur vobiſcum: ſi quid natũ fuerit quęſtionis, referetis ad eos. Cumq; aſcẽdiſſet Moyſes, operuit nubes montem & habitauit gloria domini ſuper Sinai, tegens illũ nube ſex diebus: ſeptimo autẽ die vocauit eũ de medio caligenis. Erat autem ſpecies gloriæ domini, quaſi ignis ardens ſuper verticẽ mõtis in conſpectu filiorũ Iſrael. Ingreſſus q̃ Moyſes medium nebule, aſcendit in mõtem: et fuit ibi quadraginta diebus, et quadraginta noctibus.

Ex epiſtola ſecunda Pauli ad Corinthios.

Lectio ſecunda.

Ecce tertio hoc venio ad vos. In ore duoꝝ vel trium teſtiũ ſtabit omne verbum. Prędixi enim, & prędico vt præſens vobis, et nunc abſens iis qui ante peccauerunt & ceteris omnib⁹, quoniam ſi venero iterum, non parcam. In experimentũ queritis eius qui in me loquitur Chriſtus: qui in vobis non infirmatur, ſed potens eſt in vobis: Nam etſi crucifixus eſt ex infirmitate: ſed viuit ex virtute dei Nam et nos infirmi ſum⁹ in illo: ſed viuimus cum eo ex virtute Dei in vobis. Nosmetipſos tẽtate, ſi eſtis in fide: Ipſi vos prębate: An non cognoſcitis vosmetipſos quia Chriſtus Jeſus in vobis eſt? niſi forte reprobi eſtis. Spero autem quod cognoſcitis quia nos non ſumus reprobi. Oramus autem Deum vt nihil mali faciatis: non vt nos prębati appareamus, ſed vt vos quod bonum eſt faciatis nos autem vt reprobi ſimus. Non enim Ca. 13.

pſſumus aliquid aduerſus veritatem, ſed pro veritate. Gaudemus enim cum nos infirmi ſumus: vos aũt potẽtes eſtis. Hoc & oramus, veſtrã conſummationẽ. Ideo hec abſens ſcribo: vt nõ pre ſens durius agã ſecundum poteſtatẽ quã dñs dedit mihi in edificationẽ & nõ in deſtructionẽ. De cetero frẽs, gaudete, perfecti eſtote, exhortamini, idipſum ſapite, pacẽ habete, & deus pacis & dilectionis erit vobiſcũ. Salutate inuicẽ in oſculo ſancto. Salutant vos oẽs ſcti. Gratia dñi nr̃i Jeſu Chriſti et charitas dei, & coicatio ſãcti ſpũs ſit cũ oib⁹ vobis. Amẽ.

Phinees, ſacerdotes domini

Venit ergo dies, & immola uit Elcana, dedit q̃ Phenẽne vxori ſue & cunctis filijs eius, & filiabus partes: Anne aũt dedit partẽ vnam triſtis, quia Annam diligebat. Dñs aũt cõcluſerat vulua eius. Affligebat quoq; eam emula eius, & vehemẽter angebat, in tantũ vt exprobraret q̃ dñs concluſiſſet vulua eius. Sic faciebat per singulos annos, cũ rediẽte tẽpore aſcenderent ad tẽplũ dñi: & ſic puocabat eã. Porro illa flebat, & non capiebat cibũ. Dixit ergo ei Elcana vir ſuus: Anna cur fles? et quare non comedis? & quã ob rẽ affligitur cor tuũ? nũquid nõ ego melior tibi ſũ, quã decẽ filij? Surrexit aũt Anna poſtq̃ comederat, & biberat in Silo. Et Heli ſacerdote ſedente ſuper ſellã ad poſtes domus dñi, cũ eſſet

¶ Dñica nona poſt Pentecoſten. Liber. i. Samuelis.

Quẽ nos primũ Regũ dicimus. Lectio prima.

Cap. i. Erat vir vnus de Ramathaim Sophim, de monte Ephraim et nomen eius Elcana, filius Jerohã, filij Eliu, filij Thau, filij Suph Ephrathe⁹: & habuit duas vxores, nomẽ vni Anna, & nomẽ ſecunde Phenenna. Fuerunt q̃ Phenẽne filij, Anne aũt non erãt liberi. Et aſcendebat vir ille de ciuitate ſua ſtatutis dieb⁹, vt adoraret, & ſacrificaret dño exercituũ in Silo. Erãt aũt ibi duo filij Heli, Ophni et

Anna amaro animo, orauit ad dñm flens largiter, & votũ vouit dicẽs: Domine exercituũ, ſi reſpiciẽs videris afflictionẽ famule tue, & recordatus mei fueris, nec oblitus tue ſexũ virilẽ, dabo eũ domino oĩbus diebus vite eius, & nouacula non aſcendet ſuper caput eius.

¶ Sanctum Jeſu Chriſti

24 Lectio secunda.

LIber generatiōis Je
su Christi filij Dauid
filij Abrahā. Abrahā genuit
Isaac. Isaac aūt genuit Ja
cob. Jacob aūt genuit Iu-
dam, & fratres eius. Judas
aūt genuit Phares & Zarā
de Thamar. Phares autē,
genuit Esron. Esron autē,
genuit Aram. Aram aūt, ge
nuit Aminadab. Aminadab
aūt genuit Naason. Naa-
son autem genuit Salmon.
Salmon aūt, genuit Booz
de Raab. Booz aūt genuit
Obed ex Ruth. Obed autē
genuit Jesse. Jesse aūt, ge-
nuit Dauid regem. Dauid
aūt rex, genuit Salomonē
ex ea que fuit Urie. Salo-
mon aūt genuit Roboam.
Roboā aūt, genuit Abiam.
Abia autē, genuit Asa. Asa
autē, genuit Josaphat. Jo
saphat autē, genuit Joram.
Joram autē, genuit Oziam.
Ozias aūt genuit Joathā.
Joathā autē, genuit Achaz
Achaz aūt, genuit Ezechiā.
Ezechias autē, genuit Ma
nasses. Manasses autē, ge-
nuit Amon. Amon autē, ge
nuit Josiā. Josias aūt, ge-
nuit Jechoniā & fratres eius
in translmigratione Baby-
lonis. Et post trāslmigratio
nē Babylonis, Jechonias
genuit Salathiel. Salathiel
aūt, genuit Zorobabel. Zo-
robabel autē, genuit Abiud
Abiud aūt, genuit Eliachi.
Eliachim autē, genuit Azor
Azor autē, genuit Sadoch.
Sadoch aūt, genuit Achim
Achim autē genuit Eliud.
Eliud autē, genuit Eleazar
Eleazar aūt, genuit Mathā
Mathan aūt, genuit Jacob
Jacob autē genuit Joseph
virū Marie, de qua natus
est Jesus q̄ vocat Christus
℣ Omnes itaq; generatio-
nes ab Abrahā vsq; ad Da
uid generationes quatuor-
decim: & a Dauid vsque ad
trāslmigrationē Babylonis
generatiōes quatuordecim
& a translmigratione Baby
lonis, vsq; ad Christū, gene
rationes quatuordecim.
℣ Christi aūt generatio sic
erat. Cū esset desponsata ma
ter Jesu Maria Joseph, an
tequā conueni rēt, inuenta
est in vtero habens de spiri
tu sancto. Joseph autē vir
eius cū esset iustus & nollet
eā traducere: voluit occulte
dimittere eā. Hec aūt eo co
gitante, ecce angelus dñi ap
paruit in somnis ei, dicens:
Joseph fili Dauid noli time
re accipere Mariā coniugē
tuā, gō enim in ea natū est, de
spiritu sancto est: pariet aūt
filiū, & vocabis nomē eius

Jesum: ipse eñ saluū faciet populum suū a peccatis eorum. (Hoc autē totū factū est, vt adimpleret qđ dictū est a dño per pzopheta dicentē: Ecce virgo in vtero habebit & pariet filiū: & vocabunt nomē ei⁹ Emmanuel quod est interpretatū nobiscū deus.) Exurgens autem Joseph a somno, fecit sicut pzecepit ei angelus dñi, & accepit coniugē suā. Et nō cognoscebat eam donec peperit filiū suū pzimogenitū: & vocauit nomē eius Jesum.

℣ Tertia lectio lcōm Lucā. Ca. 19

IN illo tpe: Cū appzopinquaret Jesus Jerusalē: vidēs ciuitatem fleuit super illam dicens: Quia si cognouisses & tu, & quidē in hac die tua: que ad pacē tibi nunc aūt abscōdita sunt ab oculis tuis. Et reliqua.

℣ Homelia tanti Gregozij pape.

LEctionē sancti euāgelij frēs charissimi bzeuissim possum (volo sermone pereurrere, vt illis in ea pzolixioz detur intētio q̄ scrūt ex paucis multa cogitare. Quod flente dño illa Jerosolymozū subuersio ꝛc scribebatur: q̄ a Uespasiano & Tito Romanis pzincipib⁹ facta est null⁹ q̄ hystoziā euersionis eiusdē legit ignozat Romani etem pzincipes designātur eā dicit: Quia venient dies in te: & circundabunt te inimici tui vallo: et circundabūt te & coangustabūt te vndiq̄: & ad terram pternēt te: & filios tuos q̄ in te sunt. Hoc quoq̄ qđ additur: non relinquēt te lapidem super lapidē: etiā ipsa eiusdē ciuitatis trāsmigratio testatur. Quia dñs in eo loco nunc cōstructa est: vbi extra pozta dñs fuerat crucifixus pzioz illa Jerusalem (vt dicitur) funditus est euersa: cui etiā ex qua culpa euersionis sue pena fuerit illata subiungitur: eo q̄ non cognouerit tēpus visitationis tue. Creatoz quippe omnium per incarnationis sue mysteriū hāc visitare dignatus est: sed ipsa timozis et amozis illius recozdata nō est. Unde etiā per pzopheta in increpatiōe cozdis humani aues celi ad testimoniū deducunt, dū dicit: Milus in celo cognouit tēpus suū: turtur & hirūdo & ciconia custodierūt tēpus aduēt⁹ sui populus aūt me⁹ nō cognouit iudicium dñi. Oratio.

PReceant aures mīe tue dñe pzecibus supplicantiū: & vt petētibus desideratā cōcedas. fac eos, que tibi sunt placita, postulare; per-

¶ Feria .ij. Ex. 1. lib. Regũ.

Lectio prima.

Factum est aũt, cũ illa multiplicaret ꝓces coram dño, dt Heli obseruaret os eius. Porro Anna loquebatur in corde suo, tantũmodo labia illius mouebãt, & vox penitus nõ audiebat. Estimauit ergo eã Heli temulẽtã, dixitq; ei. Vsq; quo ebria eris? digere paulisp vinum quo mades. Respondens Anna dixit. Nequaquã, inquit, dñe mi. Nã mulier infelix nimis ego sum, vinũ & omne quod inebriare potest, nõ bibi, sed effudi aiam meã in conspectu dñi. Ne reputes ancillã tuã quasi vnã de filiabꝰ Belial: quia ex multitudine dolozis & meroꝛis mei loquta sũ vsq; quo in ꝓsens. Tunc Heli ait ei: Vade in pace, & Deus Israel det tibi petitionem tuam, quã rogasti eum. Et illa dixit: Vtinam inueniat ancilla tua gratiã in oculis tuis. Et abiit mulier in viã suam, & comedit vultusq; illius non sunt amplius in diuersa mutati. Et surrexerũt mane & adozauerunt coram dño: reuersiq; sũt, & venerũt in domũ suã in Ramatha.

¶ Secundũ Matthẽũ .i.

Cum ergo natus esset Jesus in Bethlehem Jude, in diebus Herodis regis, ecce Magi ab oꝛiẽte venerunt Jerosolymã dicentes. Vbi est qui natꝰ est rex Judeoꝝ? Vidimus enim stellã eius in oꝛiente, & venimus adozare eum. Audiens aũt Herodes rex, turbatus est, & oꝰis Jerosolyma cũ illo. Et congregans oẽs ꝓncipes sacerdotũ & scribas populi, sciscitabatur ab eis vbi Chꝛistus nasceretur. At illi dixerunt ei: In Bethlehem Jude: sic enim scriptũ est per ꝓphetã: Et tu Bethlehẽ terra Juda, nequaquam minima es in ꝓncipibus Juda, ex te enim exiet dux qui regat populum meum Israel. Tunc Herodes clã vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tẽpus stelle que apparuit eis: & mittens illos in Bethlehẽ, dixit: Ite, & interrogate diligenter de puero: et cum inueneritis, renuntiate mihi, vt et ego veniens adozem eum. Qui cum audissent regem, abierunt. Et ecce stella quam viderant in oꝛiente, anteredebat eos, vsq; dum veniens staret supza vbi erat puer. Videntes aũt stellam, gauisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius: & ꝓcidentes adozauerunt eum:

& apertis thesauris suis ob tulerunt ei munera, aurum thus & myrrhã. Et rñso ac cepto in somnis ne rediret ad Herodẽ, per aliã viam re uersũ sunt in regionẽ suam.

℣ Qui cum recessissent, ecce angel⁹ dñi apparuit in somnis Joseph, dicens: Surge, & accipe puerũ & matrẽ eius & fuge in Egyptũ: & esto ibi vsquedũ dicã tibi. Futurũ est enim vt Herodes querat puerũ ad perdẽdũ eũ. Qui consurgẽs accepit puerũ, et matrẽ eius nocte: et recessit in Egyptũ. Et erat ibi vsq ad obitũ Herodis vt adimpleretur qđ dictũ est a dño per pzophetã dicentẽ: Ex egypto vocaui filium meum.

℣ Tunc Herodes videns qm illusus esset a magis, iratus est valde: & mittens occidit oẽs pueros q̃ erant in Bethlehem & in omnibus finib⁹ eius, a bimatu & infra secũdm tẽpus qđ exquisierat a Magis. Tunc adimpletũ est qđ dictũ est per Jeremiã pphetã, dicentem: Vox in Rama audita est, plozatus & vlulatus multus, Rachel plozãs filios suos, & noluit consolari, qa nõ sunt. ℣ Defũcto aũt Herode, ecce angelus dñi apparuit in sõnis Joseph in Egypto, dicẽs: Surge & accipe puerũ & matrem eius, & vade in terrã Jsrael defuncti sunt enim qui quere bant aiam pueri. Qui consurgens, accepit puerũ & matrẽ eius, & venit in terrã Jsrael. Audiẽs aũt qđ Archelaus regnaret in Judea p Herode patre suo, timuit illo ire: & admonitus in somnis, secessit in partes Galilee. Et veniẽs habitauit in ciuitate que vocatur Nazareth: vt adimpleretur qđ dictũ est per pzophetas. Quoniã Nazareus vocabitur.

℣ Feria.iij. Ex.i. Reg.i.

Agnouit aũt Elcana Annã vxorẽ suã: & recordatus est eius dñs. Et factũ est post circulũ dierũ, cõcepit Anna, & peperit filiũ vocauit q̃ nomen eius Samuel: eo quod a dño postulasset eũ. Ascendit aũt vir eius Elcana & ois domus eius, vt immolaret domino hostiã solennẽ & votũ suum & Anna non ascendit, dixit enim viro suo: Non vadã donec ablactetur infans: & ducam eũ, vt appareat ante cõspectũ dñi, & maneat ibi vsq; ter. Et ait ei Elcana vir suus: Fac quod bonũ tibi videt⁹ mane donec ablactes eum: precor q̃ vt impleat dominꝰ verbũ suum. Mansit ergo mulier, & lactauit filiũ suũ, donec amoueret eũ a lacte.

Et adduxit eū secū. postq̄ ablactauerat, in vitulis tribus, & vno modio farine, et amphora vini, & adduxit eū ad domū dñi in Silo. Puer aūt erat adhuc infantulus: & immolauerunt vitulū. et obtulerunt puerū Heli. Et ait: Obsecro mi dñe, viuit anima tua dñe: ego sum illa mulier, que steti coram te, hic orans dñm pro puero isto. Quod, & dedit mihi dñs petitionē meam, quā postulaui eū. Idcirco & ego commodauī eum dño cunctis diebus, quibus fuerit accōmodatus domino. Et adorauerunt ibi dominū. Et orauit Anna, et ait.

Secundū Matthēū. L. ij

In diebus aūt illis venit Joannes baptista prædicēs in deserto Judee, & dicens. Penitentiā agite: appropinquauit enī regnū celorū. Hic est enī de quo dictū est per Isaiā prophetam dicentē. Vox clamantis in deserto: Parate viā domini rectas facite semitas eius. Ipse autem Joannes habebat vestimentū de pilis camelo rum, & zonam pelliceā circa lūbos suos: esca aūt eius erat locuste & mel syluestre. Tūc exibat ad eū Jerosolyma & omis Judea, & omis regio circa Jordanē: & baptizabāt ab eo in Jordane cōfitētes peccata sua. Videns autem multos Pharisēorū & Sadducēorū venientes ad baptismum suū, dixit eis: Progenies viperarū, quis demonstrauit vobis fugere a ventura ira? Facite ergo fructū dignū penitētie. Et ne velitis dicere intra vos. Patrē habemus Abrahā: dico enī vobis, qm potens est de lapidibus istis suscitare filios Abrahe. Jam enī securis ad radicē arborū posita est. Omis ergo arbor que nō facit fructū bonū excidetur & in ignē mittetur. Ego q̄dē baptizo vos in aqua in penitentiam: qui aūt post me venturus est, fortior me est cuius nō sum dignus calcea menta portare, ipse vos baptizabit in spū sancto & igni. Cuius ventilabrū in manu sua, & permūdabit aream suā & congregabit triticū in horreū suū, paleas aūt cōburet igni inextinguibili. Tunc venit Jesus a Galilea in Jordanē, ad Joannē: vt baptizaretur ab eo. Joannes aūt prohibebat eū dicēs: Ego a te debeo baptizari, & tu venis ad me? Respondēs aūt Jesus, dixit ei: Sine modo: sic enim decet nos implere oēm iustitiā. Tunc dimisit eū. Baptizatus aūt Jesus

confestim ascendit de aqua, ꝛ ecce aperti sunt ei celi, ꝛ vidit spm Dei descendentē sicut colūba, ꝛ venientē super ipsum. Et ecce vox de celis dicens: Hic est filius meus dilect⁹ in quo mihi cōplacui.

¶ Feria.iiij.Ex primo libro Regū. Lectio prima.

Cap. 2

Exultauit coz meum in dño, ꝛ exaltatū est cornu meū in dño. Dilatatum est os meū super inimicos meos, quia letata sum in salutari tuo. Non est sanctus vt est dñs, neq; est alius extra te, ꝛ nō est foztis sicut Deus noster. Nolite multiplicare loqui sublimia, gloriantes: recedant vetera de oze vestro: quia Deus scientiarū dominus est, ꝛ ipsi pze parantur cogitationes. Arcus foztiū superatus est, et infirmi accincti sunt roboze. Repleti pzius pro panibus se locauerūt, ꝛ famelici saturati sunt, donec sterilis peperit plurimos, ꝛ que multos habebat filios, infirmata est Domin⁹ moztificat ꝛ viuificat, deducit ad inferos, et reducit. Dñs pauperē facit ꝛ ditat, humiliat ꝛ sublevat. Suscitat de puluere egenū, ꝛ de stercoze eleuat paupere: vt sedeat cū pzincipibus ꝛ solium glozie teneat. Dñi enim sunt cardines terre ꝛ posuit super eos orbē. Pedes sanctoꝝ suoꝝ seruabit, et impij in tenebzis cōticescēt: quia non in foztitudine roborabitur vir. Dñm formidabunt aduersarij eius, super ipsos in celis tonabit: dñs iudicabit fines terre, et dabit imperiū regi suo, ꝛ sublimabit cornu Chzisti sui. Et abiit Elcana in Ramatha, in domū suam: puer autem erat minister in cōspectu dñi ante faciē Heli sacerdotis.

¶ Secūm Matthēū. Le.ij. Ca.4

Vnc Jesus ductus est in desertum a spiritu, vt tentaretur a diabolo. Et cū ieunasset quadzaginta diebus ꝛ quadzaginta noctibus, postea esurijt. Et accedens tentator dixit ei: Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Qui respondens dixit: Scriptū est. Nō in solo pane viuit homo, sed in omni verbo qđ pzocedit de ore dei. Tūc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatē, ꝛ statuit eū super pinnaculū templi, ꝛ dicit ei. Si filius dei es, mitte te deoꝛsum. Scriptum est enim: Quia angelis suis mādauit de te, ꝛ in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidē pedē tuū. Ait illi Jesus rursum: Scriptū est: Non tentabis dñm Deū tuū. Iterū assumpsit

ẽ diabolus in montẽ excel
sum valde, & ostendit ei oĩa
regna mundi, & gloziã eozũ
& dixit ei. Hec oĩa tibi dabo,
si cadẽs adozaueris me. ¶ Tũc
dicit ei Jesus, Vade satana
scriptũ est enim dñm deũ tuũ
adozabis: & illi soli seruies.
¶ Tunc reliquit eũ diabolus
et ecce angeli accesserunt, et
ministrabãt ei. ¶ Cum aũt
audisset Jesus q̃ Joannes
traditus esset, secessit in Ga
lileã, & relicta ciuitate Naza
reth, venit & habitauit in ci
uitate Capharnaũ maritti
ma, in finibus Zabulon et
Nephthalim vt adimpleret
quod dictũ est per Jsaiã pro
phetam, ¶ Terra Zabulon et
terra Nephthalim, via, ma
ris trans Jozdanẽ Galilee
gentiũ: populus qui ambu
labat in tenebzis vidit lucẽ
magnã: & sedentibus in re
gione vmbze moztis, lux oz
ta est eis. Exinde cepit Jes'
predicare, & dicere: Peniten
tiam agite: appzopinquauit
enim regnũ celozũ. ¶ Ambu
lans aũt Jesus iuxta mare
Galilee, vidit duos fratres
Simonem qui vocatur Pe
trus, & Andzeã fratrẽ eius,
mittẽtes rete in mare (erãt
enim piscatozes) & ait illis:
Venite post me: & faciã vos
fieri piscatozes hoim. At illi
cõtinuo relictis retibus se-
cuti sunt eũ. Et pzocedens
inde, vidit alios duos frẽs,
Jacobũ Zebedei & Joannẽ
fratrẽ eius in naui cũ Zebe
deo patre eozũ reficiẽtes re
tia sua: & vocauit eos. Illi
autẽ statim relictis retibus
& patre secuti sunt eum.
¶ Et circumibat Jesus to
tam Galileam, docens in sy
nagogis eozum, & pzedicãs
euangeliũ regni, & sanãs om
nem languozẽ & omnẽ infir
mitatẽ in populo. Et abijt
opinio eius in totam Sy
riam: & obtulerũt ei omnes
male habentes, varijs lan
guozibus & tozmentis com
pzehẽsos, & qui demonia ha
bebant: & lunaticos, & para
lyticos, & curauit eos: & se
cute sunt eum turbe multe
de Galilea & Decapoli: & Je
rosolymis et de Judea, et
trans Jozdanem.

¶ Feria quinta. Ex libzo primo Regum.

Lectio prima.

POzro filij Heli: filij Be
lial: nescientes dominũ
neq; officium sacerdotũ ad
populum sed quicunq; im
molasset victimam venie
bat puer sacerdotis dum co
querentur carnes: et habe
bat fuscinulam tridentẽ in
manu sua, et mittebat eam
in lebetem, vel in caldariam
aut in ollam, siue in cata-

bum: ⁊ omne quod leuabat fuscinula: tollebat sacerdos sibi: sic faciebant vniuerso Israeli, venienti hic in Silo. Etiã antequã adolerent adipẽ, veniebat puer sacerdotis ⁊ dicebat immolãti: Da mihi carnem, vt coquã sacerdoti: nõ enim accipiã a te carnẽ cocta, sed crudã. Dicebatq; illi immolãs: Incẽdatur prius iuxta morẽ hodie adeps ⁊ tolle tibi quantũcunq; desyderat aia tua. Qui rñdẽs aiebat ei: Nequaquã, nunc em dabis alioquin tollã vi. Erat ergo peccatũ puerorũ grande nimis coram dño: dedetrahebãt homines sacrificio dñi. Samuel aũt ministrabat ante faciẽ domini: puer accinct9 ephod lineo. Et tunicam paruã faciebat ei mater sua, quã afferebat statutis diebus, ascendẽs cũ viro suo, vt immolaret hostiã solẽnem. Et bñdixit Heli Elcane ⁊ vroꝛi eius, dixitq; ei: Reddat tibi dominus semẽ de muliere hac, p fenore qd cõmodasti domino. Et abierunt in locum suum. Visitauit ergo dominus Annam, ⁊ concepit, ⁊ peperit tres filios, ⁊ duas filias: ⁊ magnificat9 est puer Samuel apũ dominum. Heli autem erat senex valde, ⁊ audiuit oia q̃ faciebant filij sui vniuerso Israeli: ⁊ quomodo dormiebant cum mulieribus que obseruabant ad ostiũ tabernaculi, ⁊ dixit eis: Quare facitis res huiusmodi, quas ego audio, res pessimas, ab oi populo? Nolite filij mei. nõ enim est bona fama quã ego audio vt transgredi faciatis populum domini. Si peccauerit vir in virũ, placabit ei deus: si aũt in dñm peccauerit vir, ꝙs orabit pro eo? Et non audierũt vocẽ patris sui quia voluit dominus occidere eos. Puer aũt Samuel proficiebat atq; crescebat, ⁊ placebat tã Deo quam hominibus.

Secundũ Matthẽũ. L. ii. Ca. se.

Videns aũt Jesus turbas ascendit in montẽ, ⁊ cũ sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius, ⁊ aperiens os suũ docebat eos, dicens: Beati pauperes spũ. qm ipsoꝝ est regnũ celoꝝ. Beati mites, quoniam ipsi possidebũt terrã. Beati qui lugent, qm ipsi cõsolabunt. Beati qui esuriũt, ⁊ sitiunt iustitiã, qm ipsi saturabũt. Beati misericordes, quoniã ipsi misericordiã cõsequent. Beati mundo corde, qm ipsi Deum videbũt. Beati pacifici: quoniã filij Dei vocabuntur. Beati qui persecutionẽ patiuntur ꝓpter iu

Vitis,quoniam ipsorum est regnum celorū. Beati estis cū maledixerint vobis homines,& persecuti vos fuerint,& dixerint omne malū aduersum vos mentientes propter me,gaudete & exultate: quonia merces vestra copiosa est in celis,sic enī persecuti sunt prophetas qui fuerūt ante vos. Vos estis sal terre. Quod si sal euanuerit,in quo salietur? ad nihilū valet vltra,nisi vt mittatur foras,et conculcetur ab hominibus. Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi supra montē posita:neq; accendunt lucernam,& ponunt eam sub modio,sed sup candelabrū, vt luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus:vt videant opera vestra bona,et glorificent patrem vestrum qui in celis est. ¶ Nolite putare quoniā veni soluere legem aut prophetas: non veni soluere,sed adimplere. Amē quippe dico vobis,donec trāseat celum & terra, iota vnū aut vnus apex non preteribit a lege:donec omnia fiāt. Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis,et docuerit sic homines: minimus vocabitur in regno celorum,qui autē fecerit & docuerit:hic magnus vocabit in regno celorum. Dico aūt vobis,quia nisi abundauerit iustitia vestra plusquam scribarū & pharisеorum, nō intrabitis in regnū celorū. Audistis quia dictum est antiquis: Nō occides:qui autem occiderit:reus erit iudicio. Ego autem dico vobis, quia oīs qui iracscitur fratri suo reus erit iudicio qui autem dixerit fratri suo, raca, reus erit concilio, qui autē dixerit,fatue:reus erit gehēne ignis. Si ergo offers munus tuum ad altare,& ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersū te,relinque ibi munus tuū ante altare & vade, prius reconciliare fratri tuo,& tunc veniens offer munus tuū.

¶ Feria sexta,Ex primo Regum. Lectio prima.

Venit autē vir Dei ad Heli,& ait ad eū: Hec dicit dominus: Nunquid non aperte reuelatus sum domui patris tui,cum esset in Egypto in domo Pharaonis? & elegi eum ex omnibus tribubus Israel,mihi in sacerdotem,vt ascenderet ad altare meum & adoleret mihi incensum, & portaret Ephod coram me,& dedi domui patris tui oīa de sacrificijs filiorū Israel. Quare

ealce abiecistis victimã meã et munera mea que vzecepi vt offerrentur in templo, et magis honozastis filios tuos quã me, vt comederetis pzimitias omnis sacrificij Israel populi mei? Pzopterea ait dñs Deus Israel: Loquẽs locutus sum, vt domus tua ⁊ dom⁹ patris tui ministraret in cõspectu meo vsq; in sempiternũ. Nunc autẽ, dicit dñs: Absit hoc a me, sed quicunq; honozificauerit me, glozificabo eũ: qui autem contẽnunt me, erũt ignobiles. Ecce dies veniũt ⁊ precidã bzachium tuum, ⁊ bzachiũ domus patris tui, vt nõ sit senex in domo tua Et videbis emulũ tuũ in tẽplo, in vniuersis pzperis Israel, ⁊ nõ erit senex in domo tua omnibus diebꝰ. Meruntamen non auferã penitus virũ ex te ab altari meo sed vt deficiãt oculi tui, ⁊ tabescat aia tua, et pars magna domus tue moziẽt cũ ad virilem etatem venerit. Hoc autem erit tibi signum quod venturũ est duobus filijs tuis Ophni et Phinees, In die vno moziẽtur ambo. Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum et animã meam faciet, ⁊ edificabo ei domum fidelem, ⁊ ambulabit cozam Christo meo cũctis diebus. Futurũ est autẽ, vt quicunque remãserit in domo tua veniat vt ozet pro eo, ⁊ offerat nummum argenteũ, ⁊ toztã panis dicat: Dimitte me obsecro ad vnam partem sacerdotalem, vt comedam buccellam panis.

¶ Secõm Matthei. Lect.ũ.

Esto cõsentiẽs aduersario tuo cito, dum es in via cũ eo, ne forte tradat te aduersarius iudici, et iudex tradat te ministro, ⁊ in carcerẽ mittaris. Amẽ dico tibi, nõ exies inde donec reddas nouissimũ quadrantẽ. ¶ Audistis quia dictũ est antiquis, Non mechaberis. Ego autẽ dico vobis, quia omnis qui viderit mulierẽ ad concupiscendũ eã, iã mechatus est eam in coze suo. Quod si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, ⁊ pzoĳce abs te, expedit enim tibi vt pereat vnum membzozum tuozum, quam totum cozpus tuum mittatur in gehennam ignis. Et si dextera manus tua scandalizat te, abscinde eam, et pzoĳce abs te: expedit enim tibi vt pereat vnum membzozum tuozum, quam totum cozpus tuum eat in gehennam. ¶ Dictum est autẽ: Quicunq; dimiserit vxoꝛẽ

suam, det ei libellum repudij. Ego autem dico vobis, quia omnis qui dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam mechari, et qui dimissam duxerit, adulterat. ¶ Iterū audistis quia dictum est antiquis. Non periurabis, reddes autem domino iuramenta tua. Ego aūt dico vobis nō iurare omnino, neq; per celū, quia thronus Dei est. neq; per terram quia scabellum est pedum eius: neque per Hierosolymam, quia ciuitas est magni regis: neq; per caput tuum iuraueris: quia non potes vnum capillum album facere aut nigrum. Sit autem sermo vester, est est, non non: quod autem his abundātius est, a malo est. Audistis quia dictum est: Oculū pro oculo, & dentem pro dente. Ego autem dico vobis, non resistere malo: sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, prebe illi et alteram. et ei qui vult tecum in iudicio contendere: & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium, & quicunque te angariauerit mille passus vade cum illo et alia duo. Qui autem petit a te, da ei, et volenti mutuare a te, ne auertaris. ¶ Audistis quia dictū est: Diliges proximū tuum, et odio habebis inimicum tuū. Ego autē dico vobis, diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persequētibus et calūniantibus vos: vt sitis filij patris vestri qui in celis est, qui solē suū oriri facit super bonos & malos, & pluit sup iustos & iniustos. Si enī diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedē habetis? nonne et publicani hoc faciunt? Et si salutaueritis fratres vēos tantum, quid amplius facitis? nonne & ethnici hoc faciunt? Estote ergo vos perfecti, sicut & pater vester celestis perfectus est.

¶ Sabbato. Ex libro primo Regum. Lectio prima.

Puer autē Samuel ministrabat domino coꝝ Heli et sermo domini erat pretiosus. In diebus illis non erat visio manifesta. Factum est ergo in die qua dā Heli iacebat in loco suo, & oculi eius caligauerāt nec poterat videre lucernā Dei antequam extingueretur. Samuel autem dormiebat in templo domini, vbi erat arca Dei. Et vocauit dominꝰ Samuel. Qui rñdens ait: Ecce ego. Et cucurrit ad Heli, & dixit: Ecce ego, Cap. 3

vocasti enim me. Qui dixit
Non vocaui, reuertere, et
dormi. Et abijt, & dormiuit
Et adiecit dñs rursum vo-
care Samuelē. Cōsurgēsq;
Samuel abijt ad Heli, & di-
xit: Ecce ego, qa vocasti me
Qui respondit: Nō vocaui
te fili mi reuertere & dormi.
Porro Samuel necdū scie
bat dominū, nec reuelatus
fuerat ei sermo dñi. Et adie
cit dominus, & vocauit ad-
huc Samuelē tertio. Qui
consurgens abijt ad Heli, et
ait: Ecce ego, qa vocasti me.
Intellexit ergo Heli qa do-
minus vocaret puerū, & ait
ad Samuelē. Vade, & dormi
& si dixerit tibi: Loquere dñe, qa au-
dit seruus tuus. Abijt ergo
Samuel, & dormiuit in loco
suo. Et venit dñs, & stetit:
et vocauit sicut vocauerat
secundo: Samuel Samuel.
Et ait Samuel: Loquere,
quia audit seruus tuus. Et
dixit dñs ad Samuelē: Ec
ce ego facio verbū in Israel
quod quicunq; audierit, tin
nient ambe aures eius. In
die illa suscitabo aduersum
Heli, omnia que locutus sum
super domū eius: incipiam
& complebo. Prædixi enim
ei quod iudicaturus essem
domum eius in eternū, pro
peer iniquitatē eius, eo qō
nouerat idigne agere filios
suos, & non corripuerit eos
Idcirco iuraui domui Heli
quod non expietur iniqtas
domus eius victimis & mu
neribus vsq; in eternum.

¶ Secundu Matthēū. L. ij Ca. 6.

ATtendite ne iustitiā
vestrā faciatis coram
hominibus: vt videamini
ab eis, alioquin mercedē nō
habebitis apud patrem ve-
strū qui in celis est. Cum er
go facis eleemosynam, noli
tuba canere ante te, sicut hy
pocrite faciūt in synagogis
& in vicis, vt honorificētur
ab hominibus: amē dico vo
bis, receperunt mercedē suā
Te aūt faciēte eleemosynā:
nesciat sinistra tua quid fa-
ciat dextera tua: vt sit elee-
mosyna tua in abscondito,
& pater tuus qui videt in ab
scōdito, reddet tibi. ¶ Et cū
oratis, nō eritis sicut hypo
crite qui amāt in synagogis
& in angulis plateaū stan-
tes orare, vt videantur ab
hominibus: amen dico vo
bis, receperūt mercedē suā.
Tu aūt cū oraueris, intra
in cubiculum tum, & clauso
ostio ora patrem tuum in
abscondito, & pater tuus q̄
videt in abscondito, reddet
tibi. Orantes autem nolite
multum loqui: sicut ethnici
faciunt, putant enim q̄ in

multiloquio suo exaudiant.
Nolite ergo assimilari eis: scit enim pater vester quid opus sit vobis, antequā petatis eum. Sic ergo vos orabitis: Pater noster q̄ es in celis, sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnū tuū. Fiat voluntas tua, sicut in celo, & in terra. Panem nostrum supersubstantialē da nobis hodie. Et dimitte nobis ꝺ̄bita nostra, sicut & nos dimittim⁹ debitozib⁹ nr̄is. Et ne nos inducas in tentationē. Sed libera nos a malo Amen. Si enim dimiseritis hominibus peccata eorū: dimittet et vobis pater vester celestis delicta vestra. Si autem non dimiseritis hominibus: nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. ¶ Cum autem ieiunatis, nolite fieri sicut hypocrite tristes, extermināt enim facies suas, vt pareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem suam. Tu autē cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam lauа: ne videaris hominibus ieiunans: sed patri tuo qui est in abscōso: et pater tuus q̄ videt in abscōso reddet tibi. ¶ Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra: vbi erugo & tinea demolitur: et vbi fures effodiunt & furantur. Thesaurizate autē vobis thesauros in celo: vbi nec erugo nec tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt neque furantur. Vbi enim est thesaurus tu⁹, ibi est et coz tuum. ¶ Lucerna cozpozis tui, est oculus tu⁹. Si oculus tuus fuerit simplex: totum cozpus tuū lucidum erit. Si autē oculus tuus fuerit nequam: totū cozpus tuum tenebzosum erit. Si ergo lumen quod in te est, tenebze sunt: ipse tenebze quante erunt?

¶ Dominica decima post pētecostē. Ex primo Reg. I.

Dzimus autem Samuel vlq; mane, aperuitq; ostia domus domini. Et Samuel timebat indicare visionē Heli. Vocauit ergo Heli Samuelē, & dixit Samuel fili mi. Qui respōdens ait: Pzesto sum. Et interrogauit eū: Quis est sermo qui dictus est ad te, ozo te ne celaueris me: hec faciat tibi Deus, & hec addat, si absconderis a me sermonem ex omnibus verbis que dicta sunt tibi. Indicauit itaq; ei Samuel vniuersos sermones, & non abscondit ab eo. Et ille respondit: Dominus est: quod bonū est in oculis suis: faciat.

Creuit aũt Samuel, ⁊ dñs erat cũ eo: ⁊ non cecidit ex omnibus verbis eius i terram. Et cognouit vniuersus Jsrael a Dan, vsq; Berlabee, q̃ fidelis Samuel ꝓpheta esset domini. Et addidit Dñs vt appareret in Silo quoniam reuelatus fuerit dominus Samueli in Silo: iuxta verbum domini. Et euenit sermo Samuelis vniuerso Jsraeli.

cap.4 ¶ Et factũ est in diebus illis, cõuenerũt Philisthijm in pugnã. Egressus est nãque Jsrael obuiam Philisthijm in ꝓliũ: ⁊ castrametatus est iuxta Lapidẽ adiutorij. Porro Philisthijm venerũt in Aphec ⁊ instruxerunt aciẽ contra Jsrael. Initoq; aũt certamine: terga vertit Jsrael Philistheis: ⁊ cesa sunt in illo certamine passim per agros, quasi quatuor milia virorũ. Et reuersus est populus ad castra: dixeruntq; maiores natu de Jsrael. Quare percussit nos Dñs hodie cora Philisthijm? Afferamus ad nos de Silo arcã federis dñi, ⁊ veniat in mediũ nostri, vt saluet nos de manu inimicorum nostrorũ. Misit ergo populũ in Silo: et tulerũt inde arcam federis domini exercituum sedentis super cherubim: erãtq; duo filij Heli cũ arca fœderis dñi, Ophni ⁊ Phinees

¶ Deũ Matthei. Lc. ii.

Nemo potest duobus dñis seruire, aũt enim vnũ odio habebit, ⁊ alterũ diliget: aut vnũ sustinebit, ⁊ alterũ contẽnet. Nõ ꝓtestis Deo seruire, ⁊ mãmone. ¶ Ideo dico vobis, ne soliciti sitis anime vestre quid manducetis, neq; corꝑi vestro quid induamini Nonne anima plus ẽ ꝙ esca, ⁊ corꝑus plus ẽ ꝙ vestimentum? Respicite volatilia celi, quoniam non serunt neq; metunt, neque congregant in horrea, ⁊ pater vester celestis pascit illa: Nõne vos magis pluris estis illis? Quis autem vestrũ cogitans, potest adiicere ad staturam suã cubitũ vnũ? Et de vestimento quid solliciti estis? Considerate lilia agri quomodo crescũt: non laborant neque nent. Dico aũt vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut vnum ex istis. Si enim fenũ agri qđ hodie est, ⁊ cras in clibanũ mittitur Deus sic vestit, quanto magis vos modice fidei? Nolite ergo soliciti esse, dicentes: Quid mãducabimus, aut qđ bi-

bemus, aut ḣ operiemur? hec est omnia gentes inquirunt. Scit enim pater quia his oibus indigetis. Querite ergo primū regnū Dei & iustitiā eius, & hec oia adiicientur vobis. Nolite ergo solliciti esse in crastinū, crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi, sufficit diei malitia sua. ¶ Nolite iudicare, & non iudicabimini, nolite condēnare, & non condēnabimini. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini, & in qua mensura mēsi fueritis, remetietur vobis. Quid aūt vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo nō vides? Aut quomodo dices fratri tuo: Frater, sine eiciam festucā de oculo tuo, & ecce trabs ē in oculo tuo? Hypocrita eijce primū trabē de oculo tuo, & tunc videbis eijcere festucam de oculo fratris tui. ¶ Nolite dare sanctū canibus: neq; mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcēt eas pedibus suis, & conuersi dirumpāt vos.

¶ Terna lectio secūm Lucā.

In illo tēpore: Dixit Jesus ad quosdā qui in se confidebāt tanq; iusti, & aspernabant ceteros, parabolam istam. Duo homines ascenderunt in templū vt orarēt: vnus Phariseus & alter publicanus. Et reli.

¶ Homilia. s. August. epi.

Diceret saltem Phariseus: nō sum sicut ceteri homines. Quid ē ceteri homines nisi oēs ꝓter ipsum. Ego (inq;t) iustus sum, ceteri peccatores. Nō sum sicut ceteri homines iusti auari, raptores adulteri. Et ecce tibi & vicino ex publicano maiorē tu moris occasio. Sicut (inq;t) publicanus iste. Ego (inq;t) solus sum. Iste de ceteris est Non sum (inquit) talis qualis iste p iustitias meas ḋbus iniquus nō sum. Jeiuno bis i sabbato: decimas do oim ḋ possideo. Quid rogauerit deū ḟre in ꝺbis ei? & nihil inuenies. Ascēdit oratre: noluit rogare deū, sed se laudare. Parū est nō Deū rogare, sed se laudare, insup & rogāti insultare Publicanus aūt de longinq; stabat, & tm deo ipe apꝛopinquabat, cordis eū cōscientia remouebat, pietas applicabat Publicanus aūt de longinq; stabat, sed dns eū de ꝓpiq; attendebat. Excelsus est dns & humilia respicit: excelsos aūt qualis erat ille Phariseus a lōge cognoscit Excelsa quidē Deus a lōge cognoscit, sed non ignoscit. Adhuc aūt audi humilitatē

publicani. Parū est quia de longinquo stabat nec suos oculos ad celū leuabat. Ut aspiceretur non aspiciebat.

Oratio.

Deus, qui omnipotentiā tuā parcendo maxime, & miserēdo manifestas multiplica super nos misericordiā tuā: ut ad tua promissa currētes celestiū bonorū facias esse consortes. Per.

℣ Feria secunda ex primo Regū. Lectio prima.

Cumq; venisset arca federis dñi in castra, vociferatus est omis Israel clamore grandi, & personuit terra, & audierunt Philisthiim vocē clamoris, dixeruntq;: Quenā est hec vox clamoris magni in castris Hebreorū? Et cognouerūt qđ arca dñi venisset in castra. Timueruntq; Philisthiim, dicētes. Venit Deus in castra Et ingemuerunt dicentes: Ue nobis, nō enim fuit tanta exultatio heri et nudiusterti9: ve nobis. Quis nos saluabit de manu deorū sublimiū istorū? hi sunt dii q̄ percusserunt Egyptū omni plaga in deserto. Confortamini & estote viri. Philisthiim, ne seruiatis Hebreis, sicut & illi seruierūt nobis, cōfortamini, & bellate. Pugnauerūt ergo Philisthiim & cesus est Israel & fugit vnusquisq; in tabernaculum suū: & facta est plaga magna nimis, & ceciderūt de Israel triginta milia peditū, & arca Dei capta est: duo quoq; filij Heli mortui sunt Ophni & Phinees. Currēs aūt vir de Beniamin ex acie venit in Silo in die illa, scissa veste, & conspersus puluere caput. Cumq; ille venisset, Heli sedebat super sellā contra viā spectās. Erat em cor eius pauēs pro arca Dei. Ut autem ille postq̄ ingressus est nuntiauit vrbi, & vlulauit omis ciuitas. Et audiuit Heli sonitū clamoris, dixitq;: Quis est hic sonitus tumultus huius? At ille festinauit: & venit, & nuntiauit Heli. Heli aūt erat nonaginta & octo annorū, & oculi eius caligauerant, & videre nō poterat. Et dixit ad Heli: Ego sum qui veni de pselio, & ego qui de acie fugi hodie. Cui ille ait: Quid actum est fili mi? Respondēs aūt ille qui nuntiabat, Fugit, inquit, Israel cora Philisthiim, et ruina magna facta est in populo, insuper, & duo filij tui mortui sunt, Ophni & Phinees, et arca Dei capta est. Cūq; ille nominasset arcā Dei, cecidit de sella retrorsū iuxta ostiū, & fractis cerui-

bus mortuꝰ est. Senex erat vir, & grandeuus: & ipe iudicauit Israel quadragin ta annis Nurus autē eius uxor Phinees: pregnāserat vicinaq; partui: & audito nū cio qđ capta esset arca Dei, & mortuus esset socer suus: & vir suus, incuruauit se et peperit: irruerant enī in eā dolores subiti. In ipso aūt momento mortis eius dixe runt ei que stabāt circa eā. Ne timeas, quia filiū peperisti Que nō respondit eis nec animaduertit. Et vocauit puerū Icabod, dicēs Translata est gloria Israel, eo qđ capta esset arca Dei et pro socero suo, & pro viro suo, aiēs: Trāslata est gloria dei ab Israel, eo qđ capta esset arca Dei.

¶ Secundū Matthēū. x.ii

Dēite & dabitur vobis querite, et inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omis enim qui petit accipit: & qui querit, inuenit: & pulsanti aperiet. Aut quis est ex vobis homo, quē si petierit filius suus panē, nūquid lapidē porriget ei? Aut si pisces petierit: nunqđ serpentē porriget ei? Si ergo vos cū sitis mali: nostis bona data dare filiis vestris, quāto magis pater vester qui in celis est, dabit bona petentib⁹ se?

Omia ergo quecūq; vultis vt faciant vobis hoīes: ita et vos facite illis Hec est enim lex & pphete. Intrate per angustā portā: qa lata porta, & spaciosa via est que ducit ad perditionem, & multi sunt q̄ intrant per eā. Quā angusta porta & arcta via est que ducit ad vitam: & pauci sunt qui inueniunt eam.

¶ Attendite a falsis pphetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouiū, intrinsecus aūt sunt lupi rapaces, a fructibus eorū cognoscetis eos. Nunqđ colligūt de spinis uuas, aut de tribulis ficus? Sic oīs arbor bona, fructus bonos facit: mala autē arbor, malos fructꝰ facit: non potest arbor bona malos fructus facere: neque arbor mala, bonos fructus facere. Omnis arbor que non facit fructū bonū excidetur & in ignē mittetur. Igt ex fructibus eorū cognoscetis eos. Non oīs qui dicit mihi: Dñe dñe, intrabit in regnum celorū: sed qui facit voluntatē patris mei q̄ in celis est, ipse intrabit in regnū celorū. Multi dicent mihi illa die: Dñe dñe, nonne in nomine tuo pphetauimus: & in noīe tuo demonia eiecimus, et in nomine tuo virtutes multas fecimus?

Et tunc confitebor illis. Quia nũq̃ noui vos dilexi dite a me omnes q̃ agitis iniquitatẽ. ¶ Dis ergo qui audit verba mea hec, & facit ea: assimilabit̃ viro sapienti q̃ edificauit domum suam super petram, & descendit pluuia, & venerũt flumina, & flauerũt venti & irruerũt in domũ illã: & nõ cecidit: fundata em̃ erat supra petrã. Et ois qui audit v̄ba mea hec, & nõ facit ea, similis erit viro stulto: q̃ edificauit domum suam super arenã, & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerũt venti: & irruerũt in domũ illã, & cecidit, & fuit ruina illi⁹ magna. ¶ Et factũ est: cũ cõsummasset Jesus v̄ba hec, admirabant̃ turbe super doctrina ei⁹. Erat em̃ docẽs eos sicut potestatem habens & non sicut scribe eorum et Pharisei.

¶ Feria tertia. Ex primo Regum. Lectio prima

Ca. 5. Philisthiim autẽ tulerũt arcã dei, & allocauerũt eam a lapide adiutorij in Azotũ. Tuleruntq̃ Philisthiim arcã dei & intulerunt eã in templũ Dagõ, statuerũt eã iuxta Dagõ. Cũq̃ surrexissent diluculo Azotij altera die, ecce Dagon iacebat pronus in terra ante arcã dñi: & tulerũt Dagõ, & restituerunt eũ in locum suũ. Rursumq̃ mane die alt̃a consurgentes, inuenerunt Dagon iacentẽ sup fa ciẽ suã in terra cor̃a arcã domini: caput aũt Dagon, et due palme manuũ eius abscise erant sup limẽ, porro Dagon solus truncus remanserat in loco suo. Propter hanc causam nõ calcãt sacerdotes Dagon & oẽs q̃ ingrediunt templũ eius: super limen Dagon in Azoto, vsq̃ in hodiernũ diẽ. Aggrauata est autem manus dñi super Azotios, & demolitus est eos: & percussit in secretiori pte natiũ Azotũ, & fines eius. Et ebullierũt ville et agri in medio regionis illius, et nati sunt mures, & facta est confusio mortis magne i ciuitate. Videntes autem viri Azotij hui⁹cemodi plagam, dixerũt: Non maneat arca Dei Israel apud nos: quoniam dura est manus eius super nos, & super Dagon deũ nostrum. Et mittentes cõgregauerunt omnes satrapas Philisthinozũ ad se, et dixerũt: Quid faciemus de arca Dei Israel? Responderunt q̃ Gethei: Circumducat arca Dei Israel. Et circunduxerũt arcã dei Is-

rael. Illis aũt circunducẽti bus eã, fiebat manus Dñi p singulas ciuitates inter fectionis magne nimis: & p cutiebat viros vniuscuiusq; vsq; a paruo vsq; ad maiozẽ, et cõputrescebant prominẽtes extales eozũ. Inierunt q; Gethei consilium, & fecerunt sibi sedes pellicees. Miserunt ergo ad eã Dei in Accarõ. Cũq; venisset arca Dei in Accaron exclamauerunt Accaro nite, dicẽtes: Adduxerunt ad nos arcã dei Israel, vt interficiat nos & populum nostrum. Miserunt itaq; & congregauerunt omnes satrapas Philisthinozũ, qui dixerunt: Dimittite arcam dei Israel, & reuertat in locum suum, vt nõ interficiat nos cum populo nostro. Fiebat em pauoz mortis in singulis vrbibus: et grauissima valde manus Dei. Viri quoq; qui mozrẽ nõ fuerãt, percutiebãt in secretiozi pte natiõ, & ascendebat vlulat9 vniuscuiusq; ciuitatis in celum.

Jesus manũ, tetigit eũ dicens: Volo, Mundare. Et cõfestim mundata est lepra eius. Et ait illi Jesus: Vide nemini dixeris sed vade, ostende te sacerdoti, & offer munus tuum quod precepit Moyses in testimoniũ illis. ¶ Cũ autẽ introisset Capharnaum, accessit ad eũ Centurio, rogans eũ, et dicens: Dñe, puer meus iacet in domo paralyticus, et male torquetur. Et ait illi Jesus: Ego veniã, & curabo eũ. Et respondens Centurio, ait: Dñe, nõ sum dignus vt intres sub tectum meũ, sed tm̃ dic verbo, & sanabitur puer meus. Nã et ego hõ sum sub potestate cõstitutus, habens sub me milites, & dico huic vade, & vadit: & alio veni, & venit, & seruo meo fac hoc, et facit. Audiens aũt hec, Jesus, mirat9 est, & sequentibus se dixit: Amen dico vobis, nõ inueni tantã fidẽ in Jsrael. Dico autẽ vobis q̃ multi ab oziẽte & occidẽte venient, & recũbent cũ Abzahã & Isaac & Jacob in regno celozũ, filij aũt regni ejicient in tẽbras exteriozes, ibi erit fletus & stridoz dentiũ. Et dixit Jesus Centurioni: Vade, & sicut credidisti fiat tibi. Et sanat9 est puer ex illa hora.

Sequentia Matthei. Le. vij.

Cum autẽ descendisset de monte, secute sunt eũ turbe multe, & ecce leprosus veniẽs, adorabat eũ dicẽs: Dñe si vis potes me mũdare. Et extẽdens

¶ Et cum venisset Jesus in domũ Petri, vidit socrum eius iacentẽ & febricitãtem, & tetigit manũ eius, & dimisit eã febris, & surrexit & ministrabat eis. ¶ Vespere autem facto, obtulerũt ei multos demonia habentes, & eiciebat spũs verbo, & oẽs male habẽtes curauit, vt adimpleretur quod dictũ est per Isaiã prophetã, dicentem. Ipse infirmitates nostras accepit, & egrotationes nostras portauit. ¶ Vidẽs autem Jesus turbas multas circũ se, iussit discipulos ire trans fretũ. Et accedẽs vnus scriba, ait illi: Magister, sequar te quocunq; ieris. Et dicit ei Jesus: Vulpes foueas habent, & volucres celi nidos: filius autẽ hois non habet vbi caput suũ reclinet Alius autẽ de discipulis ei ait illi: Dñe, pmitte me primũ ire & sepelire patrẽ meũ Jesus autẽ ait illi: Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos.

¶ Feria quarta. Ex primo Regũ. Lectio prima.

Ca.6. Erit ergo arca dñi in regione Philisthinorum septẽ mensibus. Et vocauerunt Philisthim sacerdotes et diuinos, dicentes: Quid faciemus de arca domini? indicate nobis quo re mittamus eã in locũ suum. Qui direrũt: Si remittitis arcam Dei Jsrael, nolite dimittere eã vacuã, sed quod debetis, reddite ei pro pcõ, & tunc curabimini, & scietis quare non recedat manus eius a vobis. Qui direrũt Quid est q̃ pro delicto reddere debeamus ei: Responderunt q̃ illi: Juxta numerum pr̃ouinciarũ Philisthim nozum quinq; anos aureos facietis, & quinq; mures aureos: quia plaga vna fuit omnibus vobis: & statuas vẽs. Facietisq; similitudines anozũ vestrozũ, & similitudines murium qui demoliunt terram, & dabitis Deo Jsrael gloziam: si forte releuet manũ suã a vobis, et a dijs vestris, & a terra vestra. Quare aggrauatis cozda vestra sicut aggrauauit Egyptus, & Pharao cozsuã? nonne postq̃ percussus est, tunc dimisit eos, & abierũt? Nunc ergo arripite & facite plaustrũ nouũ vnũ, & duas vaccas fetas, quibus nõ est impositum iugũ, iungite in plaustro, et recludite vitulos earũ domi. Tolletisq; arcã dñi, & ponetis in plaustro, & vasa aurea q̃ exoluistis ei pro delicto, ponetis in capsellã ad latus eius, & dimittite eã vt vadat. Et as

plectis, ꝛ ſiquidē p uiā ſ-
nū ſuoꝝ aſcenderit cōtra
Bethſames, ipe fecit nobis
hoc malū grande, ſinautem
minime: ſciem⁹ ḥa nequaꝫ
manus eius tetigit nos, ſed
caſu accidit. Fecerūt ergo
illi hoc modo, ꝛ tollētes du
as uaccas que lactabant ui
tulos: iunxerunt ad plau-
ſtrum, uitulosq; earum cō-
cluſerunt domi. Et poſue-
runt arcā Dei ſuper plau-
ſtrū, ꝛ capſellā que habebat
mures aureos ꝛ ſimilitudi
nē anozū. Ibāt aūt in di-
recū uacce p uiā que ducit
Bethſames, ꝛ itinere uno
gradiebant, pergētes ꝛ mu
gientes, ꝛ non declinabant
neq; ad dextram neq; ad ſi
niſtrā. Sed ꝛ Satrape phi
liſthiim ſequebantur, uſq;
ad terminos Bethſames.

Theōm Matthei. Le. ij.

ET aſcendēte eo in na
uiculam, ſecuti ſunt
eum diſcipuli ei⁹ ꝛ ecce mo-
tus magnus factus eſt in
mari, ita ut nauicula oper-
iretur fluctib⁹, ipſe uero dor
miebat. Et acceſſerunt ad
eū diſcipuli eius ꝛ ſuſcita-
uerūt eū, dicentes: Dñe ſal
ua nos, perimus. Et dicit
eis Jeſ⁹: Quid timidi eſtis
modice fidei? Tunc ſurgēs
imperauit uētis ꝛ mari, et
facta eſt tranquillitas ma-
gna. Pozro hoīes mirati
ſunt dicētes: Qualis eſt hic
qa uēti et mari obediūt ei?
¶ Et eū uenīſſet Jeſ⁹ trās
fretū i regionē Geraſenoꝝ,
occurrerūt ei duo habētes
demonia, de monumētis ex
eūtes, ſeui nimis, ita ut ne-
mo poſſet trāſire p uiā illā.
Et ecce clamauerūt dicētes.
Quid nobis ꝛ tibi Jeſu fi-
li dei? Veniſti huc ante tē-
pus tozquere nos? Erat au
tē nō lōge ab illis grex mul
tozū pozcozū paſcens. De-
mones aūt rogabāt eū di-
cētes Si eiſcis nos hīc, mit
te nos i gregē pozcoꝝ, ꝛait
illi: Jte. At illi exeūtes, abi
erūt i pozcos, ꝛ ecce magno
impetu abiit totus grex p
ceps i mare, et moztui ſūt
in aquis. Paſtozes aūt fu-
gerūt: ꝛ uenientes in ciuita
tē, nūciauerūt hec oīa, ꝛ de
hīs q̄ demonia habuerant.
Et ecce tota ciuitas exiit
obuiā Jeſu Et uiſo eo, ro-
gabāt eū ut tranſiret a fini
bus eoꝝum. ¶ Et aſcendēs Ca.9.
Jeſus in nauiculā, trāſfre
tauit, ꝛ uenit i ciuitatē ſuā.
Et ecce offerebāt ei paraly
ticū iacentē in lecto. Et vi-
dens Jeſus fidē illoꝝ, dixit
paralytico. Confide fili, re-
mittunt tibi peccata tua.
Et ecce quidā de ſcribis di-
xerūt intra ſe: Hic blaſphe-

mat. Et cū vidisset Jesus cogitationes eoꝝ dixit: Ut q̄d cogitatis mala in cordib⁹ vēis? Quid est facilius dicere: Dimittunt tibi peccata tua, an dicere: Surge & ambula? Ut autē sciatis quia filius hoīs habet pte statē in terra dimittēdi peccata (tunc ait paralytico) Surge, tolle lectū tuū, & vade in domum tuam. Et surrexit: & abiit in domū suā. Videntes aūt turbe timuerunt, & glorificaverūt deū, qui dedit potestatē talē hoībus. ¶Et cū transiret inde Jesus, vidit hominē sedentem in telonio: Matthеum nomine. Et ait illi, Sequere me. Et surgens, secutus est eum. Et factū est: discūbente eo in domo, ecce multi publicani & peccatores venientes, discūbebāt cū Jesu & discipulis eius. Et videntes Pharisei, dicebāt discipulis ei⁹: Quare cū publicanis & peccatoribus māducat magister vester? At Jesus audiens, ait: Nō est opus valentibus medico, sed male habētib⁹ eūtes autē, discite q̄d est, Miam volo: & non sacrificiū. Nō enī veni vocare iustos, sed peccatores.

¶ Feria quarta. Ex primo Regum. Lectio prima.

In Dro Bethsamite metebāt tritic̄ū in valle: & eleuātes oculos suos, viderūt arcā. & gauisi sunt cū vidissēt. Et plaustrū venit in agrū Josue Bethsamite & stetit ibi. Erat aūt ibi lapis magnus & cōciderunt ligna plaustri, vaccasq; imposuerūt sup ea holocaustum dño. Leuite aūt deposuerūt arcā Dei, & capsellā q̄ erat iuxta eā in qua erant vasa aurea, & posuerūt sup lapidē grandē. Viri aūt Bethsamite obtulerūt holocausta, & īmolauerūt victimas in die illa dño. Et quīq; satrape Philisthiim⁹ videtrūt, & reuersi sunt in Accarō in die illa. Hi sunt aūt anī aurei quos reddiderūt Philisthiim pro delicto, dño Azot⁹ vnū, Gaza vnū, Ascalon vnū, Geth vnū, Accarō vnū: & mures aureos sc̄dm numerū vrbiū Philisthiim quinq; principatuū, ab vrbe munita, vsq; ad villā q̄ erat absq; muro, & vsq; ad Abel magnū sup quē posuerūt arcā dñi q̄ erat vsq; in die illa in agro Josue Bethsamitis. Percussit aūt dñs de viris Bethsamitib⁹, eo q̄ vidissent arcā dñi: & percussit de populo septuaginta viros, et quinquaginta milia plebis. Luxit q̄q; pl⁹, eo

¶ Tertia lectio secundum Matheum.

Ca.6. IN illo tpe: Dixit Jesꝰ discipulis suis: Nemo potest duobus dominis seruire. Et reliqua.

¶ Homilia s. Ambrosij. epi.

NOlite soliciti esse aīe vestre quid manducetis:neq; corpori vestro quid induamini. Nonne anima plus est q̄ escaꝫ corpꝰ plus q̄ vestimentū? Nihil enim mozalius ad faciendā fidem oībus credētibus a deo pol se cōferri,quā q̄ aereus ille spiritus vitale collegiū:aīe corporis q̄ cōtubernio federatū:sine nostro labore per petui nec salutaris vlus deficit alimenti:nisi cum venerit supzema dies moziendi: Cū igitur anima indumento corporis vestiatur: vt viuat aīe corpus animet,abundat est:vt victus nobis copiā defuturā deputemus qui viuēdi iugē subsantiā consequimur. Considerate (inquit)volatilia celi. Magnū sane ⁊ aptū q̄ fide sumamus exemplū. Nā si volatilibus celi,ābus nullā exercitiū cultionis, nullus de messiū fecunditate prouentus est: indeficientem tamē pzouidētia diuina largitur alimoniā: verū est causam inopie nostre auaritiā videri. Etenim illis iceirco sine labore pabule vlus exubeat:q̄ fructus sibi cōmunē ad escā datos speciali ādam nesciūt vēdicare dominatu. Nos cōmunia amissimus; dū pzopria vēdicam⁹. Oēo. Mastodi dñe ecclesiam tuā pzopitiatiōe ppetua:⁊ quia sine te labit humana moztalitas, tuis semper auxilijs et abstrahatur a noxijs,⁊ ad salutaria dirigatur:Per.

¶ Feria.ij.Ex primo Regū Lectio prima.

ET ait Dauid ad viros qui stabāt secū,dicēs:Quid dabitur viro qui percusserit Philisthēū hūc, ⁊ tulerit oppzobrium de Is

rael: quis est enim hic Philistheus incircūcisus qui ex
probrauit acie Dei viuētis?
Referebat aūt ei populꝰ eū
dem sermonē: dicēs: Hec da
bunt viro qui p̄cusserit eū.
Quod cū audisset Eliab fra
ter eius maior loquente eo
cū alijs, iratus est cōtra Da
uid, & ait: Quare venisti, et
quare dereliquisti pauculas
oues illas in deserto? ego no
ui superbiā tuā, & nequitiā
cordis tui: quia vt videres
pelliū, descendisti. Et dixit
Dauid: Quid feci? nūquid
non verbum est? Et declina
uit paululū ab eo ad alium:
dixitq; eundē sermonē. Et
rēdit ei ppls ꝯbū sicut pri⁹.
Audita sunt aūt verba que
locutus est Dauid, & annū
tiata in cōspectu Saul. Ad
quē cū fuisset adductus, lo
cutus est ei: Nō cōcidat cor
cuiusquā in eo: ego seruus
tuus badam, & pugnabo ad
uersus Philistheū. Et ait
Saul ad Dauid. Nō vales
resistere Philistheo isti, nec
pugnare aduersus eū, quia
puer es, hic aūt vir bellator
est ab adolescentia sua. Di
xitq; Dauid ad Saul: Pa
scebat seruus tuꝰ patris sui
gregē, & veniebat leo vel vr
sus et tollebat arietē de me
dio gregis et p̄sequebar eos
& percutiebam eruebāq; de
ore eorū, & illi cōsurgebant
aduersum me, et apprehen
debam mentū eorum, & suf
focabam, interficiebāq; eos
Nam & leonē & vrsum inter
fecit ego seruꝰ tuus: erit igit
& Philistheus hic incircum
cisus quasi vnꝰ ex eis. Nec
vadam & auferā opprobriū
populi: quonā quis est iste
Philistheus incircuncisus?
quia aulsus est maledicere
exercitui Dei viuentis. Et
ait Dauid: Dominus q̄ eri
puit me de manu leonis, et
de manu vrsi, ipse me libera
bit de manu Philistthei huiꝰ
Dixit autem Saul ad Da
uid: Vade, & dñs tecum sit.

¶ Secundū Matthei. L. ij

Et egressus Jesus de
tēplo, ibat. Et accesse Ca. 24.
runt discipuli eius vt osten
derent ei edificatiōes tēpli.
Ipse aūt respondens, dixit
illis: Videtis hec oīa? Amē
dico vobis, non relinquetur
hic lapis sup lapidē qui nō
destruatur. Sedente aūt eo
super montē oliueti, accesse
runt ad eū discipuli secreto,
dicētes: Dic nobis, quādo
hec erunt? & quod signū ad
uētus tui, & cōsummatiōis
seculi? Respōdens Jesus, dixit
eis: Videte ne ās vos sedu
cat: multi enī veniēt in noīe
meo, dicētes: Ego sū Chri
stus: et multos seducent.

Audituri enim estis prelias & opiniones prelioꝝ. Videte ne turbemini, oportet enim hec fieri: sed nondū est finis consurget enī gens in gentē & regnū in regnū: & erūt pestilentie, & fames, & terremotus per loca: hec aūt omnia initia sunt dolorū. Tūc tradent vos in tribulationē, et occident vos: et eritis odio oībus gētibus propter nomen meū. Et tunc scandalizabuntur multi: et inuicem tradēt, & odio habebunt inuicē. Et multi pseudo pphete surgēt: & seducēt multos. Et qm abundabit iniqtas, refrigescet charitas multoꝝ qui aūt perseuerauerit usq; in finem, hic saluus erit. Et predicabitur hoc euangeliū regni in vniuerso orbe: in testimoniū oībus gentib⁹: et tunc veniet consummatio.

℣ Cū ergo videritis abominationē desolatiōis, que dicta est a Daniele propheta, stantē in loco sancto (q̄ legit intelligat) tūc qui in Judea sunt, fugiant ad montes: et q̄ in tecto, non descendat tollere aliquid de domo sua: et qui in agro, non reuertatur tollere tunicā suā. Ve aūt pregnantibus & nutrientibus in illis diebus. Orate autem vt non fiat fuga vestra in hyeme vel sabbato. Erit enī tunc tribulatio magna, qualis nō fuit ab initio mundi usq; modo, neq; fiet. Et nisi breuiati fuissēt dies illi, non fieret salua oīs caro sed ꝓpter electos breuiabuntur dies illi. ℣ Tunc si quis vobis dixerit: Ecce hic est Chr̄istus, aut illic: nolite credere: surgent enī pseudo chr̄isti & pseudo prophete: et dabunt signa magna & prodigia, ita vt in errorē inducantur (si fieri potest) etiam electi. Ecce p̄dixi vobis. Si ergo dixerint vobis: Ecce in deserto est: nolite exire: ecce in penetralibus: nolite credere. Sicut enī fulgur exit ab oriente, & paret usq; in occidentē: ita erit & aduentus filij hominis. Vbicūq; fuerit corpus, illuc cōgregabuntur & aquile. Statim aūt post tribulationē dierū illoꝝ sol obscurabitur, & luna nō dabit lumen suū, & stelle cadent de celo, & virtutes celorum cōmouebuntur: et tūc parebit signū filij hominis in celo: & tunc plangent oēs tribus terre: & videbūt filiū hominis venientem in nubibus celi cum virtute multa & maiestate. Et mittet angelos suos cum tuba & voce magna: & congregabunt electos eius a quatuor ventis, a summis celoꝝ usq; ad

terminos eozum. Ib arboze
ad̃ fici, discite parabolã: cũ
iam ramus eius tener fue-
rit & folia nata, scitis ꝙa pzo
pe est estas: ita & vos cũ vi-
deritis hec omnia, scitote ꝙa
pzope est in ianuis. Amen di
co vobis: quia nõ pzeteribit
generatio hec, donec hec oia
fiant. Celũ & terra trãsibũt
sba aũt mea nõ pzeterib̃t.

℣ Feria.iij. Ex pzimo Regũ
Lectio pzima.

ET induit Saul Da-
uid vestimẽtis suis, & im-
posuit galeã ereã sup ca-
put eius, & vestiuit eũ lozica
Icingtus ergo Dauid gla-
dio eius sup vestẽ suã, cepit
ẽtare si armatus posset an-
cedere: non em̃ habebat con
suetudinẽ. Dixitq; Dauid
ad Saul: Non possum sic
incedere, quia non vsum ha
beo. Et deposuit ea, & tulit
baculũ suũ, quẽ semp habe-
bat in manib⁹: et elegit sibi
quinq; limpidissimos lapi-
des de torrente, & misit eos
in perã pastozalẽ quã habe-
bat tectã, & fundã manu tu-
listheum Ibat autẽ Phili-
stheus incedens, & appzopin
quans aduersum Dauid et
armiger eius ante eũ. Cũq;
inspexisset Philistheus, et
vidisset Dauid, despexit eũ.
Erat aũt adolescens rufus,
et pulcher aspectu. Et dixit
Philistheus ad Dauid: Nũ
quid ego canis sum, qõ tu
venis ad me cũ baculo? Et
maledixit Philistheus Da-
uid in dijs suis, dixitque ad
Dauid: Veni ad me, & dabo
carnes tuas volatilib⁹ celi,
& bestijs terre. Dixit autẽ
Dauid ad Philistheũ: Tu
venis ad me cũ gladio, & ha-
sta, & clypeo: ego autẽ venio
ad te in noie dñi exercituũ
Dei agminũ Jsrael, cui⁹ ex-
pzobzasti hodie, & dabit te do
minus in manu mea, & per-
cutiã te, & auferã caput tuũ
a te: & dabo cadauera castro
rũ Philistiim hodie vola-
tilibus celi, et bestijs terre:
vt sciat oĩs terra ꝙa est deꝰ
in Jsrael. Et nouerit vni-
uersa ecclesia hec quia nõ in
gladio nec in hasta saluat do
minus: ipsi⁹ em̃ est bellũ, et
tradet vos in manus nr̃as.
Cũ ergo surrexisset Phili-
stheus, & veniret, & appzin-
quaret cõtra Dauid, festina
uit Dauid, & cucurrit ad pu
gnã ex aduerso Philistthei.
Et misit manũ suã in perã,
tulitq; vnũ lapidẽ, & funda
iecit, & percussit Philistheũ
in fronte: & infixus est lapis
in fronte eius, & cecidit in fa
ciem suam super terrã. Pze
ualuitq; Dauid aduersum
Philistheum in funda & la-

pide,percussumq; Philistheū interfecit.Cūq; gladiū non haberet in manu Dauid,cucurrit & stetit sup philistheū & tulit gladiū eius,& eduxit eū de vagina sua:& interfecit eū,precidit q; caput eius.

¶ Secdm Matthēū. Lect.ij.

DE die aūt illa & hora nemo scit,neq; angeli celorū,nisi solus pater. Sicut aūt in diebus Noe.ita erit & aduentus filij hois:sicut enim erant in diebus ante diluuiū comedētes & bibentes,nubentes & nuptui tradentes,vsq; ad eum diē quo intrauit Noe in arcā, et nō cognouerunt donec venit diluuiū,& tulit oēs:ita erit et aduentus filij hois. Tunc duo erūt in agro: vnus assumetur,& vnus relinquet: due molentes in mola,vna assumet,& vna relinquetur: duo in lecto,vnus assumet, & vnus relinquetur. Vigilate ergo, quia nescitis qua hora dñs vester vēturus sit Illud aūt scitote, qm̄ si sciret paterfamilias qua hora fur vēturus esset, vigilaret vtiq;, & non sineret perfodi domū suā. Ideo & vos estote parati:qa qua nescitis hora filius hois venturus est.

¶ Quisputas est fidelis seruus & prudēs,quē cōstituit dñs suus sup familiā suā, vt det illis cibū in tpe? Beatus ille seruus,quē cū venerit dñs eius,inuenerit sic facientē. Amē dico vobis, qm̄ sup oīa bona sua cōstituet eū. Si aūt dixerit malꝰ seruus ille in corde suo. Moram facit dñs meus venire & ceperit pcutere p seruos suos māducet aūt & bibat cū ebriosis: veniet dñs serui illius in die qua nō sperat,et hora qua ignorat,& diuidet eum, partēq; eius ponet cū hypocritis illic erit fletꝰ & stridor dentiū. ¶ Tūc simile erit regnū celorū decē virginibus q̄ accipiētes lampades suas exierūt obuiā sponso. Quinq; aūt ex eis ,erant fatue et quinq; prudētes,sed quinq; fatue,acceptis lāpadibꝰ, nō sumplerūt oleū secū: prudētes vero, acceperūt oleū in vasis suis cū lāpadibꝰ. Moram aūt faciēte sponso,dormierūt oēs ac dormierunt. Media aūt nocte clamor factus est.Ecce spōsus venit, exite obuiā ei. Tūc surrexerunt oēs vgines ille,& ornauerūt lāpades suas. Fatue aūt,sapiētibus dixerūt.Date nobis de oleo vestro,qa lāpades nr̄e extinguūt.Rñdērunt prudētes,dicētes, Ne forte non sufficiat nobis et vobis, ite potius ad vendētes,& emite vobis.Dū aūt

ca.25

ſtet emere, venit ſpōſus, & q̄ parate erāt: intrauerūt cū eo ad nuptias, & clauſa eſt ia nua. Nouiſſime vō veniūt & reliq̄ vgines, dicentes, Dñe, dñe, api nobis. At ille ſtēns, ait, Amē dico vobis neſcio vos. Vigilate itaq̄ ia neſcitis diē neq̄ horam.

Feria.iiij.Ex.1.Reg.xx.

QIdentes aut̄ Philiſthīm q̄ moꝛtuus eſt foꝛtiſſimus eoꝛum, fugerunt. Et conſurgentes viri Iſrael et Iuda vociferati ſunt, & perſecuti ſunt Philiſtheos vſq̄dum veniret in vallē, & vſq̄ ad poꝛtas Accaron: ceciderunt q̄ vulnerati de Philiſthīm in via, Saaim, & vſq̄ ad Geth, & vſq̄ ad Iecaron. Et reuertētes filij Iſrael poſt q̄ perſecuti fuerant Philiſtheos, inuaſerūt caſtra eoꝛū. Aſſumens aūt Dauid caput Philiſthei attulit illud in Ieruſalē, arma vero eiꝰ poſuit in tabernaculo ſuo. Eo aūt tēpoꝛe quo viderat Saul Dauid, egrediētē cōtra Philiſtheū: ait ad Abner pꝛincipem militie. De qua ſtirpe deſcendit hic adoleſcēs Abner? Dixit q̄ Abner, Viuit anima tua, rex, ſi noui. Et ait rex, Interroga tu, cuius filius ſit iſte puer. Cū q̄ regreſſus eſſet Dauid, percuſſo Philiſtheo, tulit eū Abner & intro duxit coꝛā Saule, caput philiſthei habentē in manu ſua. Et ait ad eū Saul, De qua pꝛogenie es o adoleſcēs? Dixit q̄ Dauid, Filiꝰ ſerui tui Iſai Bethlehemite ego ſū.

Et factū eſt: cū cōpleſſet loqui ad Saul, aīa Jonathe conglutinata eſt anime Dauid et dilexit eū Jonathas quaſi aīmā ſuam. Tulit q̄ eū Saul in die illa, & non cōceſſit ei vt reuerteꝛetur in domū patris ſui. Inierūt aūt Dauid et Jonathas fedus: diligebat enī eū quaſi aīam ſuā. Nam expoliauit ſe Jonathas tunica que erat indutus, & dedit eam Dauid, & reliqua veſtimēta ſua vſq̄ ad gladiū & arcū ſuū, & vſq̄ ad Baltheū. Egrediebatur quoq̄ Dauid ad omnia que cū q̄ miſiſſet eū Saul, & pꝛudenter ſe agebat: poſuitque eum Saul ſuper viros belli & acceptus erat in oculis vniuerſi populi, maximeq̄ in conſpectu famulozū Saul. ca.18.

¶ Secōm Matthēū. Lect.ij.

SIcut enī homo peregre pꝛofciſcens, vocauit ſeruos ſuos, et tradidit illis bona ſua. Et vni dedit quinque talenta, alij autem duo alij vero vnū, vnicuiq̄ ſecundum pꝛopꝛiam virtutem, & pꝛofectus eſt ſtatim,

Abūt autē ā quinq talenta acceperat, ⁊ operatus est in eis, ⁊ lucratus est alia ānq. Similiter ⁊ qui duo acceperat, lucratus est alia duo. Qui autem vnū acceperat abiēs, fodit in terram, ⁊ abscōdit pecuniā dñi sui. Post multū vero tēpoꝛis venit, dñs seruoꝛū illoꝛū ⁊ posuit rationē cū eis. Et accedens qui quinq talēta acceperat obtulit alia quinq talenta, dicēs, Dñe, ānq talēta tradidisti mihi, ecce alia quinq superlucratus sum. Ait illi dñs eius. Euge serue bone ⁊ fidelis, ꝺa sup pauca fuisti fidelis, sup multa te constituā, intra in gaudiū dñi tui. Accessit aūt ⁊ qui duo talēta acceperat, ⁊ ait, Dñe duo talenta tradidisti mihi: ecce alia duo superlucratus sum. Ait illi dñs eius, Euge serue bone ⁊ fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, sup multa te constituā, intra in gaudiū dñi tui. Accedēs autē et qui vnū talētum acceperat, ait, Domine scio ꝺa homo durus es, metis vbi non seminasti, ⁊ cōgregas vbi nō sparsisti: ⁊ timēs abij, ⁊ abscondi talentū tuum in terra: ecce habes quod tuū est. Respondens autē dominꝰ eius, dixit ei, Serue male ⁊ piger, sciebas quia meto vbi non semino, ⁊ congrego vbi non sparsi, oꝑtuit ergo te cōmittere pecuniā meā nummulariis, ⁊ veniēs ego recepissem vtiq qđ meū est cū vsura. Tollite itaque ab eo talentū, ⁊ date ei qui habet decē talenta, omni enī habenti, dabitur et abundabit ei, aūt qui non habet, ⁊ qđ videtur habere auferet ab eo. Et inutilē seruū eiicite in tenebꝛas exteꝛiores: illic erit fletus ⁊ stridoꝛ dentiū.

¶ Feria .v. ex .1. Regū .1.

Poꝛro cū reuerteretur percusso philistheo Dauid egresse sunt mulieres ⁊ vniuersis vꝛbibus Israel, cantātes, chꝛoꝛosq ducentes in occursū Saul regis, in tympanis letitie ⁊ in sistris. Et ꝓcinebāt mulieres ludētes, atq dicētes. Percussit Saul mille, ⁊ Dauid decem millia. Iratus est aūt Saul nimis ⁊ displicuit in oculis eiꝰ ser mo iste dixitq, Dederūt Dauid decē millia, ⁊ mihi mille dederunt. qđ ei superest, nisi solū regnū? Nō rectis ergo oculis Saul aspiciebat Dauid a die illa et deinceps. Post diem autem alteram, inuasit spiritus Dei malus Saul, et ꝓpopherabat in medio domus sue: Dauid autem psallebat manu sua sicut per singulos dies.

Tenebatq; Saul lanceā, et misit eam, putans qđ confi gere posset Dauid cū pariete, & declinauit Dauid a facie eius secundo. Et timuit Saul Dauid, eo quod dñs esset cū eo, & a se recessisset. Amouit ergo eū Saul a se, et fecit eū tribunum super mille viros, & egrediebatur, & ingrediebat in conspectu ppli. In oībus quoq; vijs suis Dauid pzudenter agebat, & dñs erat cum eo: Videns itaq; Saul quod pzudēs esset nimis: et cepit cauere eū. Omnis autē Israel et Juda diligebat Dauid ipse aūt egrediebatur & ingrediebatur ante eos. Dixitq; Saul ad Dauid. Ecce filia mea maior Merob, ipsam dabo tibi vxorem: tantum modo esto vir fortis, & pzeli are bella dñi. Saul autem reputabat, dicens. Non sit manus mea in eū, sed sit super eum manus Philisthiim eum. Iit autem Dauid ad Saul. Quis ergo ego sum, aut que est vita mea, aut cognatio patris mei in Israel, vt fiam gener regis.

¶ Sedm Matthēū. Lect. ij.

Cum aūt venerit filius hominis in maiestate sua, & oēs angeli cum eo, tūc sedebit super sedem maiestatis sue: & congregabunt ante eum oēs gētes, & separabit eos ab inuicē, sicut pastor segregat oues ab hedis: & statuet oues quidē a dextris suis, hedos aūt a sinistris. Tunc dicet rex his qui a dextris eius erunt. Venite benedicti pris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi, esurui enī & dedistis mihi manducare, sitiui & dedistis mihi bibere, hospes erā & collegistis me: nudus, & operuistis me, infirmus, et visitastis me, in carcere erā, & venistis ad me. Tunc rñdebūt ei iusti, dicentes Dñe quādo te vidimus esurientem, & pauimus, sitientem, & dedimus potū? quādo autē te vidimus hospitē, & collegimus te: aut nudū & cooperuimus te? aut quando te vidimus infirmū, aut in carcere & venimus ad te? Et rñdēs rex dicet illis. Amē dico vobis, quādiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Tūc dicet et his q̄ a sinistris erūt. Discedite a me maledicti, in ignē eternū, q̄ paratus est diabolo & angelis ei9, esurini enī: & non dedistis mihi manducare, sitiui: & nō dedistis mihi potū, hospes erā & nō collegistis me, nud9, & nō operuistis me, infirmus, & in car

cere et non vilitatis me. Tūc rñdebūt ei et ipsi. dicē tes, Dñe, qñ te vidimus e lurientē, aut sitientē, aut ho spitē, aut nudum, aut infir mū, aut in carcere, & nō mi nistrauimus tibi? Tūc rñ debit illis dicēs, Amen dico vobis, quā diu nō feciſtis, vni de minozibus his nec mihi feciſtis, Et ibunt hi, in supplicium eternum, iusti autem in vitam eternam.

¶ Feria.vi.ex.i.Regū. L.i

Actum est aūt tēpus eū deberet dari Me rob filia Saul Dauid, data est Hadzie Molathite vxor Dilexit autē Michol filia Saul altera Dauid. Et nū tiatū est Saul & placuit ei. Dixitq; Saul. Dabo eā il li, vt figat ei in scādalū, & sit sup eū manus Philisthino rū Dixitq; Saul ad Dauid In duab⁹ rebus gener me us eris hodie. Et mādauit Saul seruis suis: Loqmi ni ad Dauid clā me, dicen tes. Ecce places regi: & oēs serui ei⁹ diligūt te. Nūc er go esto gener regis. Et locu ti sūt serui Saul i auribus Dauid oīa verba hec: et ait Dauid, Nū parū videt vo bis generū esse regis? ego aūt sum vir paup & tenuis. Et renuntiauerūt serui Saul dicētes, Huiuscemodi

Iba locutus est Dauid, di xit aūt Saul, Sic loquimi ni ad Dauid, Nō habet rex ꝯsalia necesse, nisi tātū cē tū p̄ceputis Philisthinozū, vt fiat vltio de inimicis re gis. Pozro Saul cogitabat tradere Dauid in manus Philisthinozū. Cūq; renū tiassent serui eius Dauid ꝯ ba que dixerat Saul, pla cuit sermo i oculis Dauid, vt fieret gener regis Et p̄t paucos dies surgēs Dauid, abijt cum viris qui sub eo erant, Et percussit ex Phi listhijm ducentos viros: et attulit eozū p̄putia: & ān numerauit ea regi, vt esset gener eius. Dedit itaque Saul ei Michol filiā suam vxorē. Et vidit Saul, & in tellexit quod dñs esset cum Dauid Michol autem filia Saul, diligebat eum: Et Saul magis cepit timere Dauid, factusq; est Saul ini micus Dauid, cūctis diēb⁹. Et egressi sunt p̄ncipes Philisthinozū, a p̄ncipio aūt egressionis eozum p̄u dentius se gerebat Dauid, quā oēs serui Saul, & cele bre factū ē nomē ei⁹ nimis.

¶ Beati Jude Apostoli Epistola catholica. Lectio.ij. Ca.i

Judas Jesu Christi seruus, frater aūt Ja cobi, his qui sunt in deo pa

tre dilectis & Christo Jesu conseruatis, et vocatis, Misericordia vobis, & pax & charitas adimpleatur.

¶ Charissimi, omnē solicitudinē faciens scribendi vobis de cōmuni vestra salute, necesse habui scribere vobis deprecans supercertari semel tradite sanctis fidei. Sub introierunt enim qui dā homines (qui olim prescripti sunt in hoc iudiciū) impij, dñi nr̄i gratiā trāslerentes in luxuriā, & solum dominatorē & dñm nostrū Jesum Christū negantes. Cōmonere autē vos volo, sciētes semel omnia, quod Jesus, populum de terra Egypti saluās, secundo eos q̄ nō crediderūt perdidit angelos vero qui non seruauerūt suū principatū, sed dere liquerunt suum domicilium, in iudiciū magni diei, vinculis eternis sub caligine reseruauit. Sicut Sodoma & Gomorrha, et finitime ciuitates simili modo ex fornicate, & abeūtes post carnē alteram, facti sunt exemplū ignis eterni, penam sustinentes, similiter & hi carnē quidem maculant, dominationem autem spernunt, maiestatem autem blasphemant. Cum Michael archāgelus, cum diabolo disputans altercaretur de Moysi corpore: non est ausus iudicium inferre blasphemie sed dixit, Imperet tibi deus, hi aūt quecunq; q̄dē ignorant, blasphemant, quecunq; autem naturaliter, tā quam muta animalia norunt, in his corrumpuntur

¶ Sabbato Ex primo Regum. Lectio prima.

Locutus est aūt Saul ad Jonathan filiū suum, et ad oēs seruos suos, vt occiderent Dauid. Porro Jonathas filius Saul, diligebat Dauid valde. Et indicauit Jonathas dauid, dicēs, Querit Saul pater meus occidere te: quapropter observa te quesо mane & manebis clam, & absconderis. Ego autē egrediēs stabo iuxta patrē meū i agro, vbicunque fuerit, & ego loquar de te ad patrē meum, & quodcunq; videro, nūtiabo tibi. Locutus est ergo Jonathas de Dauid bona, ad Saul patrem suum: dixitq; ad eū. Ne peccet rex in seruū suū Dauid, q̄a nō peccauit tibi, & opera eius bona sunt tibi valde, et posuit animam suam i manu tua, et percussit Philistheum, et fecit dominus salutem magnam vniuerso Israeli vidisti, et letat⁹ es quare ergo Ca. 19

pecas in sanguine innoxio, interficiens Dauid, qui est ablq culpa? Quod cum audisset Saul placatus voce Jonathe, iurauit. Viuit dominus qa nō occidetur, Vocauit itaq Jonathas Dauid, & indicauit ei omnia ꝛ ba hec, & introduxit Jonathas Dauid ad Saul, & fuit añ eum, sicut erat heri & nudiustertius. Motū est aūt rursum bellum, & egressus Dauid, pugnauit aduersus Philisthīm: percussitq eos plaga magna, & fugerūt a facie eius. Et factus est spūs dñi malus in Saul, sedebat aūt in domo sua, & tenebat lanceam: pozro Dauid psallebat manu sua. Misitq ē Saul cōfigere Dauid lācea in pariete & declinauit Dauid a facie Saul, lācea autē tallo vulnere, perlata est in parietē, & Dauid fugit, & saluatus est nocte illa.

ℂ Ex epistola Jude apostoli. Lectio secunda.

DE illis, q in vīa Cain abierunt, & erroze Balaam mercede effusi sunt, et in contra dictione Core perierunt. Hi sunt in epulis suis, macule cōuiuantes sine timoze, semetipsos pascētes, nubes sine aqua, q a vētis circumferūtur, arbozes autūnales infructuose, bis moztue, eradicate, fluctus fe ri maris, despumātes suas confusiones, lydera errantia quibus procella tenebza cū seruata est in eternum. Prophetauit autē & de his septimus ab Adā, Enoch, dicens, Ecce venit Dñs in sanctis millibus suis, facere iudicium cōtra oēs, & arguere oēs impios de oibus operibus impietatis eoz q̄bus impie egerunt, & de omnib? duris que locuti sunt cōtra eum peccatozes impij. Hi sunt murmuratozes, querulosi, secundū desyderia sua ambulantes: & os eozum locquitē superbiā, mirantes personas questus causa, Vos autem charissimi, memozes estote verbozū, que predicta sunt ab apostolis dñi nostri Jesu Chzisti, q dicebāt vobis. Mīh in nouissimis tēpozibus venīēt illusozes secundū desyderia sua ambulantes in impietatibus. Hi sunt qui segregant semetipsos, animales, spiritū nō habentes. Vos autē charissimi, superedificātes vosmetipsos sanctissime nostre fidei, in spū sancto ozantes, vosmetipsos in dilectiōe dei: seruate expectantes misericozdiā dñi nostri Jesu Chzisti in vitā eternā. Et hos q dē arguite iudicatos, illos

vero saluate, de igne rapien
tes. Iijs autē misereminī
in timore, odientes et eā que
carnalis est, maculatā tuni-
cam. Et aūt qui potens est
vos cōseruare sine peccato,
et constituere aī conspectū
gloꝛie sue immaculatos in
exultatione in aduētu Dñi
nostri Jesu Chꝛisti soli deo
saluatoꝛi nostro per Jesum
Chꝛistū dominū nostrū glo
riam magnificentia, imperiū
potestas, ante omnia secu
la, et nunc et in omnia secu-
la seculoꝛum. Amen.

Dominica. xv. post Pen-
teco. Et primo Regū. Ie.xix.

Misit ergo Saul satel
lites suos in domū
dauid, vt custodirēt eū, et in
terficerēt mane. Quod cū
annūtiasset Dauid Michol
uꝛoꝛi sue, dicens: Nisi salua
ueris te nocte hac, cras mo-
rieris. Deposuit eū per fene-
strā, poꝛro ille abiit et fugi-
it atq; saluatus est. Tulit
autē Michol statuā, et po-
suit eā sup lectū et pellē pi-
losam capꝛarū posuit ad ca
put eius, et operuit eā vesti
mentis: Misit autē Saul
apparitoꝛes ut raperēt Da-
uid, et respondit est quod
egꝛotaret. Rursumq; misit
Saul nuntios vt viderent
Dauid, dicēs, Afferte eum
ad me in lecto: vt occidatur.
Cumq; venissent nūtij, in-
uentū est simulachꝛū super
lectū, et pelles capꝛarū ad ca-
put eius. Dixitq; Saul ad
Michol, Quare sic illusisti
mihi, et dimisisti inimicū me
um vt fugeret. Et respōdit
Michol ad Saul, qꝛa ipse lo
cutus est mihi, Dimitte me
alioquin interficiam te. Da
uid autem fugiens, saluat⁹
est et venit ad Samuel i Ra
matha, et nūtiauit ei omnia
que fecerat sibi Saul, et abi
erunt ipse et Samuel, et mo
rati sunt in Naioth. Nun-
tiatum est aūt Sauli et di-
cētibus: Ecce Dauid i Na
ioth in Ramatha. Misit er
go Saul lictoꝛes, vt rape-
rent Dauid: q̄ cū vidissent
cuneū pꝛophetarū vaticinā
tium, et Samuelē stantem
super eos, factus est etiā spi
ritus Dñi in illis, et pꝛophe
tare ceperunt etiā ipsi. Nō
cū nūtiatum esset Sauli,
misit et alios nuntios, pꝛo
phetauerūt autē et illi: Et
rursum misit Saul tertios
nūtios: q̄ et ipsi pꝛophetaue
runt. Abiit etiā ipse in Ra-
matha et venit vsque ad ci-
sternā magnā que est in So
cho, et interrogauit, et dixit,
Jn quo loco sunt Samuel
et Dauid? Dictūq; est ei. Ec
ce i Naioth sunt in Rama-
tha. Et abiit in Naioth in

Ramatha, ⁊ factus est etiã super eũ spũs dñi, ⁊ ambulabat ingrediens, ⁊ prophetabat vlquedum veniret in Naioth i Ramatha. Et exposuit etiã ipse se vestimẽtis suis, ⁊ prophetauit cum ceteris coꝝ Samuele, ⁊ recumbit nudus tota die illa, et nocte. Unde ⁊ exiuit prouerbium, Num et Saul inter prophetas?

¶ Epistola beati Pauli Apostoli. Ad Hebreos. Lectio. i.

Ca.1

Multipharie multisq; modis olim deus loquens patribus in prophetis: nouissime diebus istis locutus est nobis in filio quẽ constituit heredẽ vniuersoꝝ, per quẽ fecit ⁊ secula, qui cũ sit splendor glorie⁊ figura substantie eius, portãsq; omnia verbo virtutis sue, purgationẽ peccatorum faciens, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis tanto melior angelis effectus, quanto differentius prę illis, nomẽ hereditauit. Cui enim dixit aliquãdo angelorũ. Filius meus es tu, ego hodie genui te? Et rursum, Ego ero illi in patrẽ, ⁊ ipse erit mihi in filium. Et cum iterũ introducit primogenitũ in orbẽ terre, dicit, Et adorẽt eum oẽs angeli Dei. Et ad angelos quidã dicit, Qui facit angelos suos spiritus: ⁊ ministros suos flammã ignis. Ad filium aũt, Thronus tuus Deus in seculũ seculi, virga equitatis, virga regni tui. Dilexisti iustitiã ⁊ odisti iniquitatẽ propterea unxit te deus, deus tuus oleo exultationis prę participibus tuis. Et, Tu in principio dñe terram fundasti: et opera manuum tuarum sunt, celi. Ipsi peribunt tu autem permanebis, ⁊ omnes vt vestimentũ veterascent. Et velut amictũ mutabis eos, ⁊ mutabuntur, tu aũt idem ipse es, ⁊ anni tui non deficient. Ad quẽ autem angelorum dixit aliquando, Sede à dextris meis. Quoadusq; ponam inimicos tuos scabellum pedum tuoꝝ? Nonne omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos qui hereditatem capient salutis.

¶ Tertia lectio secundum Lucam.

In illo tempore. Ibat ca.7 Jesus in ciuitatẽ que vocatur Naim, et ibant cũ eo discipuli eius et turba copiosa. Et reliqua.

¶ Homilia. s. Augusti epi.

Iuuene illo tetulit dato gaudia est mater vidua: de hominibus quo-

tidie in spiritu resuscitatis gaudet, mater ecclesia, Ille quidem mortuus erat corpore: illi autē mente. Illius mors visibilis visibiliter plāgebatur: illozum mors insensibilis: alibi nec quereb artur ner videbatur. Que suit ille qui nouerat mortuos. Ille solus nouerat mortuos qui poterat facere viuos. Nisi enim ad mortuos suscitandos venisset: apostolus nō diceret surge qui dormis & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. Dormientē audis cū dicit surge qui dormis. Sed mortuum intellige cum audis, & exurge a mortuis. Dicti sunt sepe dormientes mortuos ei q potest excitare dormiunt. Mortuus enim tibi mortuus est, qui quantūlibet expulses, quantumlibet clames, quantumlibet vellices: non expergiscit. Christo autem ille dormiebat: erat dictum est Surge: et cōtinuo surrexit. Nemo tā facile excitat in lecto, q̄ facile Christus i sepulchro. Tres ergo mortuos inuenimus a dño resuscitatos visibiliter: filia inuisibiliter. Oratio.

Celestia tua dñe misericordia cōtinuata munbet & muniat: & quia sine te non potest salua consistere: tuo semp munere gubernetur: Per dominum.

℣ Feria.ij. Ex.j. Regū.L.j. Ca.20

Hvgit autē Dauid de Naioth que est i Ramatha, veniēsq; locutus est coram Jonatha. Quid feci? que est iniquitas mea, & quod peccatū meū in patrem tuū da querit animā meā. Qui dixit ei, Absit, nō morieris: nec; ecce faciet pater meus rem grāde vel paruū, nisi prius indicauerit mihi: hūc ergo celauit a me pater meus sermonē tantūmodo? Nequaq; erit istud. Et iurauit rursum. Dauid et ille ait, Scit profecto pater tuus, q̄a inueni gratiā i oculis tuis & dicet, Nesciat hoc Jonathas ne forte tristet. Quin immo viuit dñs & viuit aīa tua, q̄a vno tātū (vt ita dicā) gradu, ego morsq; diuidimur. Et ait Jonathas ad Dauid, Quōcūq; dixerit mihi aīa tua, factā tibi. Dixitq; aūt Dauid ad Jonatham, Ecce calēdē sūt crastino, & ego ero mecū sedēte coleo iuxta regē ad vesperā dimitte ergo me vt abscōdar in agro vsq; ad vesperā diei tertie. Si respiciens requisierit me pr̄ tuus, rndebis ei, Rogauit me da mihi, vt iret celeriter in Bethlehē ciuitatē suā,

quia bittime solēnes ibi sūt vniuersis cōtribulib⁹ suis. Si dixerit bene pax erit seruo tuo, si autem fuerit iratus, scito ḋa cōpleta est malitia eius, Fac ergo mīam in seruū tuū, ḋa fedus dñi me famulū tuū tecū inire feci, si aūt est iniquitas aliqua ī me, tu me interfice, et ad patrē tuū ne introducas me. Et ait Jonathas. Absit hoc a te nec⁊ eri fieri potest, vt si certe cognouero cōpletā esse patris mei malitiam cōtra te, non annuntiē tibi.

¶ Ex epistola Pauli ad Hebreos. Lectio secunda.

Ca.2

PRopterea abūdanti⁹ oportet obseruare nos ea ā audiuimus, ne forte p̄effluamus. Si enī qui p angelos dictus est sermo, factus est firmus, ⁊ oīs p̄teuaricatio ⁊ inobedientia accipit iustā mercedis retributionē: qūo nos effugiemus si tantā neglexerimus salutē, que cū initiū accepisset enarrari per dñm, ab eis qui audierunt, in nos cōfirmata est, contestāte deo signis ⁊ portētis ⁊ varijs virtutibus, ⁊ spūs sancti distributionibus secundū suā volūtatē: Nō enī angelis subiecit deus orbē terre futurū, de quo loquitur. Testatus est aūt in quodā loco quis, dicens: Quid est homo q̄ memor es eius, aut filius hoīs q̄m visitasti eū? Minuisti eū paulominus ab angelis, gloria ⁊ honore coronasti eū ⁊ cōstituisti eum super opera manuū tuarū. Oīa subiecisti sub pedibus eius. In eo enī quod omnia ei subiecit: nihil dimisit nō subiectū ei. Nūc aūt nondū videm⁹ oīa subiecta ei. Eū aūt qui modico quā angeli, minoratus est, videmus Jesum propter passionē mortis gloria ⁊ honore coronatū: vt gratia dei, p̄o omnibus gustaret mortē. Decebat enī eū propter quē oīa ⁊ p quē omnia, qui multos filios in gloriā adduxerat, authorē salutis eorum, per passionē cōsummari. Qui enī sanctificat ⁊ qui sanctificant, ex vno oēs. Propter quā causam nō confunditur frēs eos vocare dicēs: Nūtiabo nomē tuū fratribus meis, in medio ecclesie laudabo te. Et iterū: Ego ero fidens in eū. Et iterū: Ecce ego ⁊ pueri mei, quos dedit mihi deus: Quia ergo pueri cōmunicauerunt carni et sanguini: ⁊ ipse similiter participauit eisdem vt per mortē destrueret eū qui habebat mortis imperiū, id est diabolū, ⁊ liberaret eos q̄ ti-

moze moztis ꝑ totā vitam obnoxij erāt seruituti. Nusquā em angelos apprehendit, sed semē Abzahe apprehendit. Unde debuit ꝑ oīa fratribus similari: vt misericors fieret ⁊ fidelis ponti fex ad deū, vt repzopitiaret delicta populi. In eo em in quo passus est ipse et tentatus, potens est ⁊ eis qui tentant auxiliari.

¶ Feria tertia. Ex ꝑmo Regum. Lectio prima.

Respondit Dauid ad Jonathā: Quis renūtiabit mihi, si quid fozte responderit tibi pater tuus dure? Et ait Jonathas ad Dauid: Veni ⁊ egrediamur foras in agrū. Cūq exisset ambo in agrum, ait Jonathas ad Dauid: Dñe deus Israel, si inuestigauero sententiā patris mei crastino vel perendie, ⁊ aliquid boni fuerit super Dauid, ⁊ nō statim misero ad te, ⁊ notū tibi fecero, hec faciat dñs Jonathā, ⁊ hec augeat, si autē perseuerauerit patris mei malitia aduersum te, reuelabo aurē tuam, ⁊ dimittā te, vt vadas in pace, ⁊ sit Dñs tecū, sicut fuit cū patre meo. Et si vixero, facies mihi misericordiā dñi: si vero mozruus fuero, non auferes misericordiā tuā a domo mea vsq in sempiternum. Aut si non fecero, qñ eradicauerit Dñs inimicos Dauid, vnumquēq de terra. Pepigit ergo Jonathas fedus cū domo Dauid, requisiuit dñs de manu inimicozum Dauid. Et addidit Jonathas deierare Dauid, eo qō diligeret illū: sicut em aiam suā, ita diligebat eū: Dixit q ad eū Jonathas: Cras calende sunt, ⁊ requireris, requiret em sessio tua vsq perendie. Descendes ergo festinus, ⁊ venies in locū vbi celādus es in die qñ operari licet, ⁊ sedebis iuxta lapidem cui nomen est Ezel. Et ego tres sagittas mittā iuxta eū, ⁊ tacitā quasi exercens me ad signū. Mittā quoq ⁊ puerum dicens ei: Uade ⁊ affer mihi sagittas. Si dixero puero: Ecce sagitte intra te sunt, tolle eas, tu veni ad me, ꝺa pax tibi est, et nihil est mali, viuit dñs. Si aūt sic locut⁹ fuero puero: Ecce sagitte vltra te sunt: vade in pace quia dimisit te dominus. De verbo autem locuti sumus ego et tu: sit dominus inter me ⁊ te, vsque in sempiternum.

¶ Ex epistola Pauli ad Hebreos. Lectio secunda. cap.3.

Vde fratres sancti, vocatiōis celestis par

ticipes cõsiderate apo stolũ
& põtificẽ confessionis no-
stre Iesum, qui fidelis est
ei q̃ fecit illũ, sicut & Moy
ses i oĩ domo eiꝰ. Amplio-
ris em glozie iste pzo Moy
se dignus habitus: quanto
ampliozẽ honozẽ domo qui
fabzicauit illã. Omnis nã-
q̃ domus, fabzicatur ab ali
quo: qui aũt oĩa creuit: de-
us est. Et Moises quidem
fidelis erat in tota domo
eius tanq̃ famulus in testi
monĩũ eozum, que dicenda
erãt: Chzistus vero tanq̃
filius in domo sua: q̃ domꝰ
sumus nos, si fiducã & glo-
riã spei vsq̃ ad finem, fir-
mã retineamus. Qua pzo-
pter sicut spũs sanctus. Ho
die si vocẽ eius audieritis,
nolite obdurare cozda ve-
stra sicut in exacerbatione
secundũ diẽ tentationis in
deserto, vbi tentauerũt me
patres vestri, pzobauerũt &
viderũt opera mea quadza-
ginta annis pzopter qõ in-
fensus fui generationi huic
& dixi: Semper errãt cozde.
Ipsi aũt nõ cognouerũt vi
as meas: q̃bus iuraui in ira
mea. Si introibũt in requẽ
meã. Videte fratres, ne q̃s
sit i aliq̃ vestrũ coz malũ in
credulitatis discedẽdi a deo
viuo: sed adhoztamini vos
metipsos per singulos dies
donec Hodie cognominat,
vt nõ obdurẽt quis ex vo-
bis fallacia peccati. Partici
pes enim Chzisti effecti su-
mus: si tñ initiũ substantie
eius vsq̃ ad finẽ firmũ reti
neamus dũ dicitur: Hodie
si vocẽ eius audieritis, nos
lite obdurare cozda vestra
quemadmodum in illa exa-
cerbatione. Quidã em au-
dientes, exacerbauerũt, sed
nõ vniuersi q̃ pzofecti, sunt
ab Egypto per Moysen.
Quibus autẽ infensus est
quadzaginta annis? Non
ne illis qui peccauerũt, quo
rũ cadauera pzostrata sunt
in deserto? Quibus autem
iurauit non introire in re-
quiẽ ipsius: nisi illis qui in
crediili fuerunt? Et vide-
mus q̃a non potuerunt in-
troire in requiẽ ipsius pzo-
pter incredulitatem.

¶ Feria quarta. Ex primo Regum. Lectio prima.

Abscondit⁹ est ergo
Dauid in agro, & ve-
nerunt calende et sedit rex
ad comedendũ panẽ. Cũq̃
sedisset rex sup cathedzam
suã sicõm cõsuetudinẽ. que
erat iuxta parietẽ, surrexit
Jonathas & sedit Abner ex
latere Saul, vacuusq̃ appa
ruit locus Dauid. Et non
est locutus Saul q̃q̃ i die
illa: cogitabat em q̃ dixe

enienisset ei vt nō esset mundus, nec purificatus. Cūq; illuxisset dies secunda post kalendas, rursus apparuit vacuus locus Dauid. Dixitq; Saul ad Jonathā filiū suū: Cur non venit filius Jsai, nec heri nec hodie ad discendū? Rēditq; Jonathas Sauli: Rogauit me obnixe, vt iret in Bethleḥē, & ait: Dimitte me q̄m sacrificiū solēne est ī ciuitate, vnus de fratrib⁹ meis accersuit me: nūc ergo si inueni gratiam in oculis tuis, vadā cito & videbo frēs meos: ob hāc causā nō venit ad mensam regis. Irat⁹ aūt Saul aduersus Jonathā dixit ei: Fili mulieris virū vltro rapientis, nūd ignozo q̄a dilegis filiū Jsai in cōfusionē tuā, & ī cōfusionē ignominie matris tue? Dibus enī diebus q̄bus filius Jsai viuerit sup terrā, non stabilieris tu, neq; regnū tuū, itaq; nūc mitte, & adduc eum ad me, q̄a filius moztis est. Rēdens autem Jonathas Sauli patri suo ait. Quare moziet̄ur, q̄d fecit? Et arripuit Saul lanceā, vt percuteret eū. Et intellexit Jonathas q̄ definitū esset a patre suo, vt interficeret dauid

Ex epistola Pauli ad Hebreos. Lectio secunda.

Timeamus ergo nequa te relicta pollicitatione introeūdi in requiē ei⁹, existimetur aliquis ex vobis deesse. Etenim & nobis nūtiatū ē, quēadmodū & illis sed nō pfuit illis sermo auditus nō admist⁹ fidei ex ijs q̄ audierūt. Ingrediemur enī in requiē qui credimus: quemadmodū dixit: Sicut iurauī in ira mea, si introibunt in requiē meā: & quidem operibus ab institutione mūdi perfectis, dixit enī in quodam loco de die septima sic: Et requeuit deus die septima ab oībus operibus suis. Et in isto rursum: Si introibunt in requiē meā. Quoniā ergo superest introire quosdā in illā, & ij q̄b⁹ pziozibus annūtiatū est nō introierūt pzopter incredulitatē: iterū terminat diē quendā hodie, in Dauid dicendo, post tantum tēpozis, sicut supzadictū est: Hodie si vocem eius audieritis: nolite obdurare cozda vestra. Nā si eis Jesus requiē pzestitisset: nunquam de alia loqueretur post hac die. Itaq; reliquitur sabbathismus populo dei. Qui enim ingressus est in requiem eius: etiam ipse requieuit ab operibus suis, sicut et a suis deus. Festinem⁹ ergo

ingredi in illā requiē: vt ne
in idipsum ꝺs incidat incre
dulitatis exemplū. Viuus
est em sermo dei ⁊ efficax et
penetrabilior oī gladio anci
piti: ⁊ pertingēs vsq; ad di-
uisionē anime ac spūs, com
pagū quoq; ac medullarū,
ac discretor cogitationum
⁊ intentionum cordis. Et
non est vlla creatura inuisi
bilis in cōspectu eius, om-
nia autē nuda ⁊ aperta sūt
oculis ei⁹, ad quē nobis ser-
mo. Habentes ergo pontifi
cē magnū qui penetrauit ce
los Iesum filiū dei. teneā-
mus spei nostre confessionē
Nō em habemus pontificē
qui nō possit compati infir-
mitatibus nostris: tentatū
aūt per oīa pro similitudi-
ne absq; peccato. Ideamus
ergo cū fiducia ad throno
gratie eius: vt miam conse
quamur, ⁊ gratiā inueniā-
mus in auxilio oportuno.

¶ Feria quinta. Ex primo Regum. Lectio prima.

SVrrexit ergo Jona-
thas a mensa in ira fu
rore, ⁊ non comedit in die
calendarū secunda panem.
Contristatus est em super
Dauid. eo quod cōfudisset
eū pater suus. Cumq; illuc
isset mane, venit Jonathas
in agrū iuxta placitum Da
uid, ⁊ puer paruulus cū eo.
Et ait ad puerū suū: Vade
⁊ affer mihi sagittas quas
ego iacio. Cumq; puer cu-
curriset, iecit aliam sagittā
trans puerū. Venit itaque
puer ad locum iaculi, quod
miserat Jonathas: ⁊ clama
uit Jonathas post tergum
pueri, ⁊ ait: Ecce ibi est sa-
gitta porro vltra te. Clama
uitq; iterū Jonathas post
tergum pueri, dicēs: Festi-
na velociē, ne steteris. Col-
legit autē puer Jonathe sa
gittas, ⁊ attulit ad dñm su
um: ⁊ ād ageretur penitus
ignorabat. tm̄modo em Jo
nathas ⁊ Dauid rem nouē
rāt. Dedit ergo Jonathas
arma sua puero, et dixit ei:
Vade ⁊ defer in ciuitatem.
Cūq; abisset puer surrexit
Dauid de loco qui ꝺgebat
ad austrū, ⁊ cadens pronus
in terrā, adorauit tertio: et
osculantes se alterutrū, fle-
uerunt pariter: Dauid autē
amplius. Dixit ergo Jona
thas ad Dauid: Vade i pa-
ce quecūq; iurauimus am-
bo in nomine dñi dicentes:
Dñs sit inter me ⁊ te et in
ter semē meum
vsq; in sempiternū. Et sur-
rexit Dauid et abiit: Jo
nathas ingressus est ci- ca.21
uitatem. ¶ Venit autē Da
uid in Nobe ad Achimelech
sacerdotē: ⁊ obstupuit Achi

melech, eo qō venisset Da-
uid. Et dixit ei: Quare tu
solus & nullus est tecū? Et
ait Dauid ad Achimelech
sacerdotē: Rex præcepit mi-
hi sermonē & dixit: Nemo
sciat rē, propter quā missus
es a me, & cuiusmodi præce-
pta tibi dederim: nam & pue
ris meis condixi in illum &
illum locum. Nunc ergo si
quid habes ad manum vel
quinq; panes, da mihi, aut
quicquid inueneris. Et re-
spōdēs sacerdos ad Dauid,
ait illi. Non habeo laicos
panes ad manum, sed tan-
tū panē sanctum: si mundi
sunt pueri maxime a mulie
ribus. Et respondit Da-
uid sacerdoti & dixit ei: Ēh
demū de mulieribus agit,
cōtinuimus nos ab heri et
nudiustertius, qñ egredie-
bamur, & fuerunt vasa pue
rōrū sancta: porro via hec
polluta est, sed & ipsa hodie
sanctificabitur in vasis. De
dit ergo ei sacerdos sanctū
cartū panem, neq; enim erat
ibi panis, nisi tātum panes
propositionis, qui sublati
fuerant a facie domini, vt
ponerentur panes calidi.

¶ Epistola Pauli ad He-
breos. Lectio secunda.

OMnis nāq; pontifex
ex hominibus assum
ptus pro hominibus consti
tuit in ijs que sunt ad deū:
vt offerat dona & sacrificia
pro peccatis: qui condolere
possit ijs qui ignorāt et er-
rāt: qñ & ipse circundatus
est infirmitate: & propterea
debet, quemadmodū pro po
pulo, ita etiā & pro semetip-
so offerre pro peccatis. Nec
quisquam sumit sibi hono-
rē, sed q̄ vocatur a deo, quē
admodū & Aarō. Sic & chri
stus nō semetipsum clarifi-
cauit vt pontifex fieret: sed
qui locutus est ad eum: Fi
lius meus es tu, ego hodie
genui te. Quēadmodum &
in alio loco dicit: Tu es sa-
cerdos in eternum secundū
ordinē Melchisedec. Qui
in diebus carnis sue, preces sup
plicationes q; ad eum q̄ pos-
sit illum salū facere a mor
te, cum clamore valido & la-
chrymis offerens exaudi-
tus est pro sua reuerentia.
Et quidem cum esset filius
dei, didicit ex ijs que passus
est, obedientiam, & consum
matus, factus est omnibus
obtemperantibus sibi, cau-
sa salutis eterne, appellatus
a deo pontifex iuxta ordinē
Melchisedec. De quo nobis
grandis sermo & interpreta
bilis ad dicendum: quoniā
ibeciles facti estis ad audi-
endum. Etenim cum debe-
retis magistri esse propter

ꝑpus rursum indigetis vt vos doceamini que sint elementa exordij sermonū dei: & facti estis quibus lacte opus sit,nō solido cibo. Omis enī qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitie,paruulus enī est. Perfectorum autem est solidus cibus, eorum qui ꝓpter ipsam cōsuetudine exercitatos habent sensus ad discretionē boni & mali.

℣ Feria.iexta. Exōmo Regum. Lectio ꝓma.

Erat aūt ibi vir quidam de seruis Saul, in die illa intus in tabernaculo dñi,& nomē eius Doeg Idumeus, potentissimus pastorū Saul. Dixitq; autē Dauid ad Achimilech: Si habes hic ad manum hastā aut gladiū? da gladiū meū, & arma mea non tuli mecū: sermo enī regis vrgebat. Et dixit sacerdos: Ecce gladius Goliath Philisthei,quē percussisti in valle terebinthi, est inuolutus pallio post ephod:si istū vis tollere,tolle, neq; enī hic est alius absq; eo. Et ait Dauid: Non est huic alter similis: da mihi eū. Surrexit itaq; Dauid, et fugit in die illa a facie Saul & venit ad Achis regē Geth Dixitq; serui Achis ad eū: Nūqd nō iste ē Dauid rex terre? nōne huic cantabant ꝙ chorꝫ dicentes: Percussit Saul mille, & Dauid decem millia? Posuit aūt Dauid sermōes istos in corde suo,& extimuit valde a facie Achis regis Geth. Et imutauit os suū coram Achis,& collabebat inter manus eorū: & impingebat i ostia porte,defluebāt q; saliue eius in barbā: Et ait Achis ad seruos suos: Vidistis hominē insanū,quare adduxistis eū ad me? An rerū aūt nobis furiosi,qđ intro duxistis istū, vt fureret me ꝓsente: Hiccine ingrediet̄ur domum meam?

℣ Epistola Pauli ad Hebreos. Lectio secunda.

Quapropter intermittentes inchoationis Christi sermonē, ad ꝑfectionē feramur,non rursum fundamentū pēnitētie ab operibus mortuis et fidei ad deū, baptismatū doctrine impositiōis q; manuū, ac resurrectiōis mortuorū,& iudicij eterni. Et hoc faciem⁹,si dē⁹ permiserit deꝰ. Impossibile enī est eos q; semel sūt illuminati, gustauerūt etiā donū celeste,& participes facti sūt spūs sancti, gustauerūt nihilominꝰ bonū dei vbū, virtutes q; seculi venturi, & ꝓlapsi sūt: rursus

reuocari ad pfitiã, etiãsi cu-
ñigẽtes ũbimetipis filium
dei, ẽ ostentui habẽtes. Ter
ã efi sepe veniẽtẽ sup se bi
bẽs imbzẽ, ẽ germinãs her
bã oppzturia illis a ꝯbus
colitur, accipit benedictionẽ
a deo: pferens autẽ spinas
ac tribulos, reproba est, et
maledicto pximia cuius cõ
sumatio in cõbustionem.
Cõfidimus aũt de vobis di
lectissimi meliora ẽ vicinio-
ra saluti, tametsi ita loqui-
mur. Non em iniustus de-
us, vt obliuiscatur opis ve
stre ẽ dilectiõis quã ostendi
stis in noie ipsius, q̃ mini-
strastis sanctis ẽ ministra-
tis. Cupimus aũt vnũquẽ
q̃ vestrũ eandẽ ostẽtare so-
licitudinẽ, ad expletionem
spei vsq̃ in finẽ, vt non se-
gnes efficiamini, verũ imi-
tatores eorũ q̃ fide ẽ patiẽ-
tia hereditabũt pzomissio-
nes. Abzahe namq̃ pzomit
tens deus: qm neminẽ ha-
buit per quẽ iuraret maio-
rẽ, iurauit per semetipsum,
dicẽs: Nisi bñdicẽs benedi
cã te: ẽ multiplicans multi-
plicabo te. Et sic lõganimi-
ter ferẽs, adeptus est repzo
missionẽ. Homes em per ma
iorẽ se iurãt: ẽ ois cõtrouer
sie eorũ finis ad cõfirmatio
nẽ est iuramentũ. In quo
abũdãtius volẽs deus ostẽ
dere pollicitatiõis heredib⁹
immobilitatẽ cõsilij sui, in-
terpolauit iusurandõ: vt p
duas res immobiles ꝯbus
impossibile est mẽtiri deum
fortissimũ solatiũ habeam⁹
qui cõfugimus ad tenendã
pzopositã spem, quam sicut
ancorã habemus animẽ tu
tam ac firmã ẽ incedentem
vsq̃ ad interioza velaminis,
vbi pcursor p nobis introiit
Jesus, scõm ordinẽ Melchise
dec põtifex factus ineternũ.

¶ Sabbato ex. 1. Regũ. I.

HAbũit ergo Dauid in-
de, ẽ fugit in spelũcã Cap. 22.
Odollã. Mõ cũ audissent
fratres eius ẽ ois domus pa
tris eius, descenderunt ad
eũ illuc. Et cõueneũt ad eũ
omnes q̃ erant in angustia
cõstituti, ẽ oppressi ere alie-
no, ẽ amaro animo ẽ factus
est eorũ pzinceps: fuerunt q̃
cum eo quasi quadringenti
viri. Et profect⁹ est Dauid
inde in Malpha, q̃ est Mo-
ab, ẽ dixit ad regem Moab:
Maneat oro pater meus et
mater mea vobiscum, donec
sciã ꝺ faciat mihi deus. Et
relicto eos apũd faciẽ regis mo
ab mãserũtq̃ apũd eũ cũctis
diebus ꝯbus Dauid fuit
in pzesidio. Dixitq̃ Gad p-
pheta ad Dauid, Noli ma-
nere in pzesidio, proficiscere
re, ẽ vade in terram Juda.

Et prochectus est Dauid, et venit in saltū Hareth. Et audiuit Saul qđ apparuisset dauid, & viri q̄ erāt cū eo Saul aūt cum maneret in Gabaa, & esset in nemore q̄ est i Rama, hastā manu tenēs cunctiq̄ serui eius circūstarēt eū, ait ad seruos suos qui assistebant ei: Audite me nunc filij Jemini: nūquid oibus vobis dabit filius Jsai agros, & vineas, & vniuersos vos faciet tribunos, & centuriones: qm̄ conspiraſtis oēs aduersum me, & est qui mihi renūtiet, maxime cū et filius meus fed⁹ inierit cum filio Jsai? Non est qui vicem meam doleat ex vobis nec qui annuntiet mihi: eo qđ suscitauerit filius meus seruū meū aduersum me, insidiātē mihi vsq̄ hodie. Rūdens aūtē Doeg Jdumeus qui assistebat, et erat primus inter seruos Saul: Vidi nāt filiū Jsai in Nobe apud Achimelech filium Achitob: Qui cōsuluit pro eo dñm & cibaria dedit ei: sed & gladiū Goliath Philisthei dedit illi.

℣ Ex epistola Pauli ad Hebreos. Lectio secunda.

ca.7. Hic erat Melchisedec, rex Salem, sacerdos dei summi, q̄ obuiauit Abrahe regresso a cede regū, & benedixit ei, cui & decimas omnium diuisit Abrahā: primū quidē qui interpretatur rex iustitie: deinde aūt & rex Salē, qđ est rex pacis sine patre sine matre, sine genealogia neq̄ initiū dierū, neq̄ finē vite habens, assimulatus aūt filio dei, manet sacerdos in perpetuum. Intuemini autē quantus ūt hic, cui & decimas dedit de principuis Abraham patriarcha. Et qui dem de filijs Leui sacerdotium accipientes, mandatū habent decimas sumere a populo secundū legē, id est a fratribus suis, quanquā & ipsi exierint de lumbis Abrahe. Cuius aūt generatio non annumerat in eis, decimas sumpſit ab Abrahā, & hunc qui habebat repromissiones benedixit. Sine vlla aūt contradictione, qđ minus est, a meliore benedicitur. Et hic quidē decimas morientes homines accipiunt, ibi aūt contestatur quia viuit. Et (vt ita dictū sit) per Abrahā et Leui qui decimas accipit decimatus est: adhuc enī in lumbis patris erat: qñ obuiauit ei Melchisedec. Si ergo consummatio p̄ sacerdotiū Leuitic̄ū erat (populus enī sub ipso legē accepit) qđ adhuc necessariū fuit scōm ordinē

Melchisedec aliū surgere sa
cerdotem, ꝛ non secundū or
dinē Aaron dici? Translato
enī sacerdotio, necesse est vt
ꝛ legis translatio fiat. In q̄
enī hec dicuntur de alia tri-
bu est, de qua nullus altario
pñsto fuit. Manifestum est
enī qđ ex Juda ortus sit do
minus noster: in qua tribu
nihil de sacerdotibus Moy
ses locutus est. Et amplius
adhuc manifestū est: si scōm
similitudinem Melchisedec,
surgat alius sacerdos, qui
nō secundum legē mandati
carnalis factus est, sed scōm
virtutem vite inſolubilis.
Cōtestatur enī. Mīn tu es
sacerdos ineternū, secundū
ordinē Melchisedec. Reprō
batio quidē fit pcedentis
mandati: propter infirmita
tem eius ꝛ inutilitatē, nihil
enī ad perfectū adduxit lex,
introductio vero meliozis
spei, per quā proximam⁹ ad
deū. Et quātum est nō sine
iureiurando (alij quidē sine
iureiurando sacerdotes facti
sunt: hic aūt cū iureiurādo
per eū qui dixit ad illū, Ju-
rauit dñs ꝛ nō penitebit eū
tu es sacerdos ineternū) in
tantum meliozis testamēti
sponsor factus est Jesus.

Dñica decimaterta post Pentecosten. Ex primo Regū. Lectio prima.

Illit ergo rex ad accer
sendū Achimelech sa
cerdotē filiū Achitob, ꝛ om
nem domū patris eius sacer
dotū, qui erant in Nobe, q̄
vniuersi venerūt ad regem.
Et ait Saul: Audi fili Achi
tob. Qui respondit: Prsto
sum domine. Dixitq; ad eū
Saul: Quare cōiurastis ad
uersum me tu ꝛ filius Jsai,
ꝛ dedisti ei panes ꝛ gladiū ꝛ
consuluisti pro eo dñm, vt
cōsurgeret aduersum me in
sidiator vsq; hodie perma-
nēs? Rndens q; Achimelech
regi ait: Et quis in omnib⁹
seruis tuis, sicut Dauid fi-
delis, ꝛ gener regis, ꝛ pergens
ad imperiū tuū, ꝛ gloriosus
in domo tua? Nūquid hodie ce-
pi pro eo cōsulere dñm? ab-
sit hoc a me ne culpicet rex
aduersus seruū suū quicquā
huiusmodi, in vniuersa domo
patris mei, nō enī sciuit ser-
uus tuus quicquā sup hoc
negotio, vel modicū vel grā
de. Dixitq; rex: Moriere mo-
rieris Achimelech tu, ꝛ om-
nis domus patris tui. Et ait rex
emissarijs, qui circūstabant
eū: Conuertimini, ꝛ interfi
cite sacerdotes dñi, nā ma-
nus eorū cū Dauid est: sciē
tes q; fugisset, ꝛ non indica
uerūt mihi. Noluerūt autē
serui regis extendere man⁹
suas in sacerdotes dñi. Et

ait rex ad Doeg: Cõuertere tu & irrue in sacerdotes. Cõuersusq; Doeg Idumeus, irruit in sacerdotes, & trucidauit in die illa octoginta, quiq; viros vestitos ephod lineo. Nobe autẽ ciuitatem sacerdotum percussit in ore gladij, viros et mulieres, et paruulos, & lactãtes, bouẽq; & asinũ et ouẽ in ore gladij. Euadens autẽ vnus filius Achimelech filij Achitob, cuius nomẽ erat Abiathar, fugit ad Dauid, & annũciauit ei q occidisset Saul sacerdotes dñi. Et ait Dauid ad Abiathar. Sciebã in die illa quod cũ ibi esset Doeg Idumeus, prorsus dubio annuntiaret Sauli. ego sum reus oĩm animarũ domus pris tui. Mane mecũ, ne timeas si ds quesierit animã meã, queret & animam tuam, me cumq; seruaberis.

¶ Ex epistola Pauli ad Hebreos. Lectio secunda.

Alij quidẽ plures facti sunt sacerdotes, ideireo qõ morte prohiberent permanere: hic aũt eo quod maneat in eternũ, sempiternũ habet sacerdotiũ. Unde & saluare in perpetuũ potest accedẽtes per ipsum ad deũ, semper viuẽs ad interpellãdum pro nobis. Talis enim decebat vt nobis esset põtifex, sanctus, innocẽs, impollutus, segregatus a peccatoribus & excelsiõr celis factus, qui nõ habet necessitatẽ q̃ti die (quẽadmodũ sacerdotes) prius p̃ suis delictis hostias offerre: deinde p̃ populi: hoc enim fecit semel, se offerendo. Lex enim homines cõstituit sacerdotes infirmitatem hãs bentes: sermo aũt iuramẽti qui post legẽ est, filium in eternum perfectum.

Ca. 8

¶ Capitulũ autẽ super ea q̃ dicuntur. Talem habemus pontificẽ qui consedit in dextera sedis magnitudinis in celis: sanctorũ minister, & tabernaculi veri, qõ fixit dñs & non homo. Dis enim põtifex, ad offerendũ munera & hostias constituitur: vnde necesse est & hunc habere aliquid qõ offerat: si ergo esset sup terrã, nec esset sacerdos cũ essent qui offerrent scdm legẽ munera, qui exẽplari et vmbre deseruiũt celestium: sicut rẽspõsum est Moysi, cum cõsummaret tabernaculum Vide (inquit) omnia facito secundum exemplar quod tibi ostensũ est in mõte. Nũc aũt melius sortitus est ministerium: quanto & melioris testamenti mediator est, quod in melioribus repromissionibus sanctum est. Nã si illud prius culpa va-

ret non vltq; secundi lo-
cus inquireretur. Nitupe-
rans enim eos dicit: Ecce
dies veniũt, dicit dominus,
et consummabo super do-
mum Israel et super domũ
Juda testamentum nouũ,
non secundum testamentũ
quod feci patribus eorum
in die qua apprehendi ma-
num eorum vt educerem il-
los de terra Egypti: quoniã
ipsi non permanserunt in te-
stamento meo: & ego neglexi
eos dicit dominus: quia hoc
est testamentum quod dis-
ponam domui Israel post
dies illos dicit dñs. Dabo
leges meas in mentẽ eorum
& in corde eorum superscri-
bam eas: & ero eis in deum,
& ipsi erunt mihi in populũ:
& non docebit vnus quisque
proximũ suũ, et vnusquisq;
fratrem suum dicens: Co-
gnosce dominum: quoniam
omnes scient me a minore
vsq; ad maiorem eorum: da
propitius ero iniquitatib⁹
eorum, et peccatorum eorũ
iam non memorabor. Di-
cendo autem nouum vete-
rauit prius. Quod autem
antiquatur et senescit, prope
interitum est.

℣ Tertia lectio secundum Lucam.

IN illo tempore. Cum intraret Jesus in do-
mum cuiusdã principis pha
riseorum sabbato mãduca-
re panem, & ipsi obseruabãt
eum. Et ecce homo quidam
hydropicus erat ante illum.
Et reliqua.

℣ Homelia sancti Ambro-
sii episcopi.

QVaratur hydropic⁹ in
quo fluxus carnis, ex-
uberans animę grauabat of
ficia: spiritus extinguebat
ardorem, deinde docetur hu
militas, dũ in illo conuiuio
nuptiali appetentia loci su-
perioris arcetur. Clemẽter
tamen: vt per suasionis hu
militas, asperitatẽ coertio-
nis excluderet, ratio proficę
ret ad persuasionis effectũ, &
correctio emundaret effectũ.
Huic quasi proximo lumi-
ne humanitatis copulatur.
Que ita dominice sententie
diffinitione distinguitur si
in pauperes & debiles confe
ratur. Nam hospitalem esse
remuneraturis affectus a-
uaritie est. Postremo quasi
emerite militie viro contẽ-
nendarũ stipendium prescri
bitur facultatum, quod neq;
ille qui studijs intentus in-
seriorib⁹, possessiones sibi
terrenas coemit regnum ce
lorum possit adipisci, cum
dominus dicat: Vende om-
nia tua et sequere me. Im-
pio quippe licite est huius

mundi bona concupiscere. Unde & redeptor intra pharisei domū hydropicū curat & cū contra auaritiā disputaret scriptū est. Iudiebant aūt hec oia Pharisei q erāt auari.et deridebant illum. Quid ergo est q intra Pharisei domū hydropicus curatur? nisi q per alterius egritudinē cognoscis, in altero exprimitur egritudo cordis. Oratio.

Ua nos quesumus dne gratia semper et pueniat & sequatur, ac bonis operibus iugiter prestet esse intentos: per.

¶ Feria secunda. Ex primo Regum. Lectio prima.

Ca.23 At annūtiauerūt Dauid, dicētes: Ecce philisthīm oppugnāt Ceilā et diripiunt areas. Consuluit ergo Dauid dñm dicēs, Nū vadā, & pcutiā Philistheos istos? Et ait dñs ad Dauid Vade et percuties Philistheos, & Ceilam saluabis. Et dixerūt viri qui erāt cū Dauid, ad eū: Ecce nos hic in Judea cōsistentes timemus: quāto magis si ierim⁹ in Ceilā aduersum agmina Philisthinoz? Rursum ergo Dauid cōsuluit dominū Qui rndens ait ei: Surge & vade in Ceilā: ego em tradam Philistheos in manu tua. Abiit ergo Dauid, & viri eius in Ceilā & pugnauit aduersum Philistheos, & abegit iumēta eoz, & pcussit eos plaga magna, & saluauit Dauid habitatores Ceile. Pozro eo tēpore quo fugiebat Abiathar filius Achimelech ab Dauid in Ceilam, ephod secū habēs descendebat. Nunciatū est aūt Saulī qō venisset Dauid in Ceilam, et ait Saul: Tradidit eū dñs in manus meas, cōclusus q est introgressus vbem in qua pozte & sere sūt. Et precepit Saul oī populo vt ad pugnā descenderet in Ceilā, & obsideret Dauid & viros eius. Quod cū Dauid resciisset quia ppararet, ei Saul clam malum, dixit ad Abiathar sacerdotē: Applica ephod. Et ait Dauid: Dñe deus Israel, audiuit famam seruus tuus quod disponat Saul venire in Ceilā, vt euertat vrbē pzopter me. Si tradēt me viri Ceile in manus ei⁹? Et si descēdet Saul sicut audiuit seruus tuus? dñe deus Israel indica seruo tuo. Et ait dñs: Descendet. Dixitq; Dauid: Si tradent me viri Ceile, & viros q sūt mecū in manū Saulī? Et dixit dñs: Tradēt. Surrexit ergo Dauid & viri eius quasi sexcenti, et egressi de

Tella, huc atque illuc vagabantur incerti.

¶ Epistola Pauli ad Hebreos. Lectio secunda.

Habuit quidē et prius iustificationes cultus & sanctū seculare. ¶ Tabernaculū enī factū est primum in quo erant candelabra, et mensa, & propositio panum, que dicitur sancta. Post velamentū aūt scdm tabernaculū, quod dicitur sancta sanctorū, aureū habēs thuribulum, & arcā testamenti circūtectā ex omni parte auro, in qua urna aurea habēs mānna, & virga Aaron que fronduerat, & tabule testamenti superq; eā erāt Cherubim gloriē obumbrātia propitiatorij: de quibus nō est modo dicendū per singula. His vero ita cōpositis, in prīori quidē tabernaculo semp introibant sacerdotes, sacrificiorū officia cōsummantes: in secundo aūt semel in āno solus pontifex non sine sanguine quē offerret pro sua & populi ignorātia: hoc significāte spū sancto, nondū pro palata esse sanctorū viā, adhuc prīore tabernaculo habēte statū, que parabola est tēpis instantis: iuxta quā munera & hostie offeruntur que non possunt iuxta conscientiā perfectū facere seruientē, solūmodo in cibis, & in potibus, et in variis baptismatib⁹ & iustitijs carnis vsq; ad tēpus correctionis impositis. Christus aūt assistens pontifex futurorum bonorū, peramplius & perfectius tabernaculum nō manufactum id est, non huius creationis, neq; per sanguinē hirrorū aut vitulorū, sed per proprīū sanguinē introiuit semel in sancta, eterna redēptione inuēta, si enī sanguis hirrorū & taurorū & cinis vitule asperſus, inquinatos sanctificat ad emūdationē carnis: quāto magis sanguis Christi qui per spiritū sanctū semetipsum obtulit immaculatū deo, emūdauit conscientiā nostrā ab operibus mortuis ad seruiendū deo viuēti? Et ideo noui testamēti mediator est vt morte intercedente, in redēptionē earū pzeuaricationum que erāt sub prīori testamento, repromissionē accipiāt, qui vocati sunt, eterne hereditatis. Vbi enim testamentum, mors necesse est intercedat testatoris. Testamentū enī in mortuis confirmatū est, alioqn nondū valet, dū viuit qui testatus est. Vnde nec prīmū quidē sine sanguine dedicatū est. Lecto enī omni mandato le

gis a Moyse vniuerso pplo, accipiēs sanguinē vitulorū & hircorū cū aqua & lana coccinea & hyssopo ipsum quoq; libr̄ & omnē populū aspersit dicēs: Hic sanguis testamēti qđ mandauit ad vos deꝰ. Etiam tabernaculum, & omnia vasa ministerij, sanguine similiter aspersit. Et omnia pene in sanguine, secundum legem mundantur, & sine sanguinis effusione non fit remissio.

℣ Feria tertia. Ex primo Regum. Lectio prima.

NUntiatū q̄ est Sauli qđ fugisset Dauid de Ceila & saluatus esset: quā obrē dissimulauit exire. Morabatur aūt Dauid in deserto in locis firmissimis, manſitq; in monte solitudinis Ziph, in mōte opaco: quērebat eū tamen Saul cunctis diebus, & nō tradidit eū dominus in manus eius. Et vidit Dauid quod egressus esset Saul vt quereret animā eius. Porro Dauid erat in deserto Ziph in sylua. Et surrexit Jonathas filiꝰ Saul, & abiit ad Dauid in sylua, & cōfortauit manus eiꝰ in deo, dixitq; ei: Ne timeas neq; inueniet te manꝰ Saul pr̄is mei, & tu regnabis sup Jſrael, & ego ero tibi secundus, sed & Saul pater meus scit hoc. Percussit ergo vter que fedꝰ cozā dño: manſitq; Dauid in sylua Jonathas aūt reuersus est in domum suā. Ascenderūt aūt Ziphei ad Saul in Gabaa, dicētes: Nonne Dauid latitat apud nos in locis tutissimis sylue, in colle Hachile q̄ est ad dexterā deserti? Nunc ergo sicut desiderauit anima tua vt descenderes, descende: nostrū aūt erit vt tradamus eū in manus regis. Dixitq; Saul: Benedicti vos a dño quia doluistis vicē meam. Abite ergo ozo & diligētius pr̄eparate, & curiosius agite & cōsiderate locū vbi sit pes eius vel quis viderit eū ibi recogitat eū de me, qđ calliderit ei. Considerate & videte omnia latibula eius, in quibus absconditur, & reuertimini ad me ad rē certā vt vadam vobiscū, quod si etiam in terrā se obtruxerit, perscrutaboz eum in cūctis millibus Juda.

℣ Ex epistola Pauli ad Hebreos. Lectio secunda.

NEcesse est ergo exemplaria quidem celestiū his mundari, ipsa autem celestia, melioribus hostijs q̄ istis. Non enim in manufacta sancta Jesus introiuit exemplaria verozum: sed in ipsum celum, vt appareat

nunc vultui dei pro nobis. Nec vt sepe offerat semetipsum, quēadmodum pontifex intrat in sancta per singulos annos in sanguine alieno (Alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi) Nunc autem semel in consummationem seculorum ad destitutionē peccati per hostiā suam apparuit. Et quemadmodum statutum est hominibus semel mori, post hoc autem iudicium: Sic & Christus semel oblatus est ad multorū exhauriēda peccata: secundo sine peccato apparebit omnibus expectantibus se in salutem. ¶ Umbram enim habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginē rerum: per singulos annos eisdem ipsis hostijs quas offerunt indesinenter, nunq̄ potest accedentes perfectos facere: alioquin cessassent offerri, eo quod nullam haberent vltra conscientiā peccati cultores semel mundati, sed in ipsis commemoratio peccatorū per singulos annos fit, impossibile enim est, sanguine taurorū & hircorum auferri peccata. Ideo ingrediens mundum dicit: Hostiam & oblationem noluisti: corpus autem aptasti mihi, Holocaustomata et pro peccato, non tibi placuerunt. Tūc dixi: Ecce venio, In capite libri scriptum est de me, vt faciam deus voluntatem tuam. Superius dicens: Quia hostias, & oblationes & holocaustomata, et pro peccato noluisti, nec placita sunt tibi que secundū legem offeruntur, tunc dixi: Ecce venio vt faciam deus voluntatem tuā: aufert primum vt sequēs statuat. In qua voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Jesu Christi semel. Et omnis quidem sacerdos ꝓsto est quotidie ministrans, & eadem sepe offerens hostias que non possunt auferre peccata: hic autē vnā pro peccatis offerens hostiā in sempiternum sedet in dextera Dei, de cetero expectans, donec ponātur inimici eius scabellum pedū eius. Una enim oblatione, consummauit in sempiternum sanctificatos.

¶ Feria quarta. Ex primo Regum. Lectio prima.

Hec illi surgentes abierunt in Ziph ante Saul, Dauid autem & viri eius erant in deserto Maon, in campestribus ad dexteram Jesimon. Iuit ergo Saul et socij eius ad querē dum eum, & nuntiatum est

Dauid statimq; delcēdit ad
petrā ⁊ versabat in deserto
Maon,qō cū audisset Saul
persecutus est Dauid in de-
serto Maon. Et ibat Saul
ad latꝰ montis ex parteꝫ vna
Dauid aūt ⁊ viri eius erāt
in latere montis ex parte al
tera:pozro Dauid desperā-
bat se posse euadere a facie
Saul:itaq; Saul ⁊ viri eiꝰ
in modum cozone cingebāt
Dauid,⁊ viros eius vt cape
rēt eos. Et nūtius venit ad
Saul,dicēs. Festina ⁊ veni,
qm̄ infudert se Philisthīm
super terram. Reuersus est
ergo Saul delistens psequi
Dauid,⁊ perrexit in occur-
sum Philisthinozū:propter
hoc vocauerunt locū illum
petram diuidentem.

ca.24 ¶ Ascendit ergo Dauid inde
⁊ habitauit in locis tutissi-
mis Engaddi. Cūq; reuer-
sus esset Saul, postquā per
secutus est Philistheos, nū
tiauerunt ei dicentes: Ecce
Dauid in deserto est Engad
di. Assumēs ergo Saul tria
millia electozū virozū ex oī
Israel,perrexit ad vestigan
dum Dauid ⁊ viros eiꝰ etiā
super abruptissimas petras
ꝫ solis ibicibus peruie sunt
Et venit ad caulas ouium,
ꝫ se offerebāt viāti: eratq;
ibi spelunca, quā ingressus
est Saul, vt purgaret ven-
trē pozro Dauid ⁊ viri eius
in interioze parte spelūce la
tebāt. Et dixerūt serui Da
uid ad eū: Ecce dies de qua
locutus est dñs ad te: Ego
tradā tibi inimicū tuum vt
facias ei sicut placuerit in
oculis tuis. Surrexit ergo
Dauid,⁊ pscidit ozā chla
mydis Saul silenter. Post
hec percussit coz suū Dauid
eo qō absciderat cozam chla
mydis Saul. Dixitq; ad vi
ros suos: Pzopitiꝰ sit mihi
dñs ne faciā hāc rē domino
meo Chzisto dñi vt mittā
manū meā in eū,da Chzistꝰ
dñi est. Viuit dñs,quia nisi
dñs percusserit eū, aut dies
eius venerit vt moziat̄,aut
descendēs in pzeliū perierit:
pzopitiꝰ mihi sit dñs vt nō
mittā manū meā in chzistū
dñi. Et confregit Dauid vi
ros suos sermonibus,⁊ nō
permisit eos vt consurge-
rent in Saul.

¶ Ex epistola Pauli ad He
bzeos. Lectio secunda.

Ontestatur autēnos
⁊ spiritꝰ sanctus,post-
quā eīm dixit. Hoc aūt testa
mentū qō testaboz ad illos,
post dies illos,dicit dominꝰ
Dabo leges meas in cozdi-
bus eozū,⁊ in mentibꝰ eoz
inscribā eas,⁊ peccatozum,
⁊ iniquitatū eozū iam nō re
cozdaboz amplius. Vbi aūt

hozū remissio, iā non est ob latio pro peccato. Habentes itaq; fratres fiduciā in introitu sanctozū in sanguine Yhesu Christi, quam initiauit nobis viā nouā & viuentē per velamen, id est, carnē suam, & sacerdotē magnū sup domum Dei, accedimus vero corde in plenitudine fidei, aspersi cozda a conscientia mala, & abluti cozpus aqua mūda, teneamus spei nostre cōfessionē indeclinabilē: fidelis enim est qui repzomisit, & cōsideremus inuicē in pzouocationem charitatis & bonorum operum, non deserētes collectionē nostrā sicut consuetudinis est quibusdā, sed consolantes, & tanto magis quanto videritis appzopinquātem diem. Voluntarie enim peccātibus nobis post acceptā notitiam veritatis, iā non relinquitur pro peccatis hostia, terribilis autē quedam expectatio iudicij & ignis emulatio, que cōsumptura est aduersarios. Irritam quis faciēs legē Moysi sine vlla miseratione, duob⁹ vel tribus testibus mozitur quanto magis putatis deteriora mereri supplicia qui filium Dei conculcauerit, et sanguinē testamenti polluerit, in quo sanctificatus est, et spiritui gratie contumeliam fecerit? Scimus enī qui dixit Mihi vindictam & ego retribuam. Et iterum: Judicabit dñs populum suum. Horrendū est incidere in manus Dei viuentis. Rememozamini aūtem pristinos dies, in quib⁹ illuminati, magnū certamē sustinuistis passionū, & in altero quidē oppzobrijs et tribulationibus spectaculū facti, in altero aūt locij taliter conuersantiū effecti. Nā et vinctis compassi estis, & rapinam bonozum vestrozum cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliozem & manentem substantiam: Nolite itaq; amittere confidentiā vestram: q̄ magnā habet remunerationē. Patiētia enim vobis necessaria est, vt voluntatē Dei facientes, repoztetis pmissionem. Adhuc enim modicum aliquantulum q̄, q̄ venturus est veniet et non tardabit: iustus autem meus ex fide viuit: qđ si subtraxerit se nō placebit anime mee Nos autem nō sumus subtractionis filij in perditionem: sed fidei in acquisitionem anime.

¶ Feria quinta ex primo Regum. Lectio prima.

Pozro Saul exurgens de spelūca pgebat cepto

itinere. Surrexit autē Dauid post eum, et egressus de spelunca, clamauit post tergum Saul, dicens: Domine mi rex. Et respexit Saul post se, & inclinans se Dauid pronus in terram adorauit, dixitq; ad Saul. Quare audis verba hominū loquentium? Dauid querit malū aduersum te. Ecce hodie viderunt oculi tui quod tradiderit te dñs in manu mea in spelunca, & cogitaui vt occiderē te, sed pepercit tibi oculus meus: dixi enim. Non extendā manū meā in dñm meum, quia christus dñi est. Quin potius pater mi, vide & cognosce oram chlamydis tue in manu mea, qñ cū precinderem summitatem chlamydis tue, nolui extendere manum meā in te. animaduerte, & vide, qñ nō est in manu mea malum, neq; iniquitas, neq; peccaui in te tu autem insidiaris anime mee, vt auferas eam. Iudicet dominus inter me et te & vlciscatur me dominus ex te: manus autem mea non sit in te. Sicut et in prouerbio antiquo dicitur. Ab impijs egredietur impietas: manus ergo mea non sit in te. Quem persequeris rex Israel? quē persequeris canem mortuum persequeris pulicem vnum. Sit dñs iudex, & iudicet inter me & te & videat et iudicet causam meam, & eruat me de manu tua. Cum autē complesset Dauid loquens sermones huiusce modi ad Saul, dixit Saul: Nūquid vox hec tua est fili mi Dauid? Et leuauit Saul vocem suam, & flenuit, dixitq; ad Dauid: Iustior es tu, quam ego: tu enim tribuisti mihi bona, ego autē reddidi tibi mala. Et tu indicasti hodie que feceris mihi bona: quomodo tradiderit me dñs in manū tuā, et non occideris me. Quis enim cum inuenerit inimicū suum dimittet eū in via bona? Sed dñs reddat tibi veritatem hāc: pro eo quod hodie operat⁹ es in me. Et nunc quia scio quod certissime regnaturus es: et habebis in manu tua regnum Israel: iura mihi in dño ne deleas semē meum post me, neq; auferas nomen meum de domo patris mei. Et iurauit Dauid Sauli. Ibiit ergo Saul in domum suā: et Dauid, & viri eius ascenderunt ad tutiora loca.

¶ Ex epistola Pauli ad Hebreos. Lectio secunda. Ca. 11.

Est autem fides sperandarum substantia rerum, argumentum non ap-

parentium. In hac enim te
stimonium consecuti sunt
senes. Fide intelligimus ap
tata esse secula verbo Dei,
vt ex invisibilibus visibilia
fierent. Fide plurimam ho
stiam Abel quam Cain ob
tulit Deo, per quam testimo
nium consecutus est esse iu
stus: testimonium perhiben
te muneribus eius Deo, et
per illam defunctus adhuc
loquitur. Fide Enoch trā
latus est ne videret mortē,
& non inueniebatur, qa trā
stulit illum deus: ante trā
lationem enim, testimoniū
habuit placuisse Deo. Sine
fide autē, impossibile est pla
cere Deo. Credere enī opor
tet accedentem ad Deū quia
est, & inquirentibus se remu
nerator sit. Fide Noe res
ponso accepto de ijs que ad
huc nō videbantur: metuēs
aptauit arcam in salutē do
mus sue, per quam dānauit
mundum, & iustitie que per
fidem est, heres est institut⁹.
Fide, qui vocauit Abraham
obediuit in locū exire quem
accepturus erat in heredita
tem, & exijt, nesciēs quo iret
Fide demorat⁹ est in terra
repromissionis tanquam in
aliena, in casulis habitando
cum Isaac & Jacob cohere
dibus repromissionis eius
dem. Expectabat enī funda
menta habentem ciuitatem
cuius artifex & conditor, dē⁹
Fide, & ipsa Sara sterilis vir
tutem in conceptione semi
nis accepit, etiam preter tē
pus etatis: quoniam fidelē
credidit esse eum qui repro
miserat. Propter quod & ab
vno orti sunt (et hoc emor
tuo) tanquam sydera celi in
multitudinem, & sicut arena
que est ad ozā maris innu
merabilis. Juxta fidem de
functi sunt omnes isti, non
acceptis repromissionibus:
sed a longe eas aspicientes
et salutantes, & confitentes
quia peregrini et hospites
sunt super terram. Qui enī
hec dicunt, significant se pa
triam inquirere. Et si quī
dem ipsius memmissent de
qua exierunt: habebant vti
que tempus reuertendi, nūc
autem meliozem appetunt,
id est celestem. Jdeo non cō
funditur deus vocari deus
eozum parauit enim illis ci
uitatem.

¶ Feria sexta. Ex primo Re
gum. Lectio prima.

Mortuus est autem Samuel, et congregatus est vniuersus Jsrael, et planxerunt eum et sepelierunt eum in domo sua in Ramatha. Consurgensque Dauid descendit in desertum Pharan. ca. 25.

Erat autē vir quidā in Solitudine Maon, et possessio eius in Carmelo, & homo ille magnus nimis: eratq; ei oues tria millia, & mille capre, & accidit vt tonderetur grex eius in Carmelo. Nomen autem viri illius erat Nabal, & nomen vxoris ei⁹, Abigail: eratque mulier illa prudentissima & speciosa: porro vir eius, durus: et pessimus & malitiosus, erat aūt de genere Caleb. Cum aūt audisset Dauid in deserto, quod tōderet Nabal gregē suum, misit decem iuuenes, & dixit eis, Ascēdite in Carmelū, et venietis ad Nabal & salutabitis eū ex nomine meo pacifice. Et sic dicetis. Sit fratribus meis et tibi pax & domui tue pax, & omnib⁹ quecūq; habes, sit pax. Audiui quod tonderent pastores tui qui erāt nobiscū in deserto: nunquā eis molesti fuimus. nec aliquando defuit quicq; eis de grege oī tēpore quo fuerunt nobiscū in Carmelo. Interroga pueros tuos, & indicabunt tibi. Nūc ergo inueniant pueri tui gratiā in oculis tuis, in die eñ bona venimus, quod cunq; inuenerit manus tua da seruis tuis, et filio tuo Dauid. Cūq; venissent pueri Dauid, locuti sunt ad Nabal omnia verba hec ex nomine Dauid: & fluerūt. Rūdens aūt Nabal pueris Dauid, ait, Quis est Dauid: & quis est filius Isai? hodie increueruut serui qui fugiūt dominos suos. Tollā ergo panes meos, & aquas meas & carnes pecor⁹, que occidi tonsoribus meis & dabo viris quos nescio vnde sint.

Epistola Pauli ad Hebreos. Lectio secunda.

Hide, obtulit Ibrahā Isaac: cū tentaretur & vnigenitum offerebat in quo susceperat repromissiones, ad quem dictum est. In Isaac vocabitur tibi semen arbitrans quia & a mortuis suscitare potens est Deus, vnde eū & in parabolam accepit. Fide et de futuris benedixit Isaac. Jacob & Esau Fide, Jacob moriens, singulos filios Joseph benedixit & adorauit fastigium virge eius Fide. Joseph moriens de profectione filiorū Israel memoratus est, & de ossibus suis mandauit. Fide, Moyses natus, occultatus est mēsibus tribus a parentibus suis, eo quod vidissent elegantem infantem, et non timuerunt regis edictū Fide, Moyses grandis factus, negauit se esse filium filie pharaonis: magis eligens affli-

gl cum populo Dei, quã tẽ-
poralis peccati habere iucun
ditatem, maiores diuitias
estimans, thesauro Egyp-
tiorum, improperiũ Christi
maiorem: aspiciebat enim in remune-
rationẽ. Fide, reliquit Egy
ptum, non veritus animosi
tatẽ regis, inuisibilẽ enim tan
quã videns sustinuit. Fide,
celebrauit pascha & sangui-
nis effusionẽ: ne qui vasta-
bat primitiua tangeret eos
Fide, transierunt mare ru-
brũ tanquã per aridam ter
ram, qõ experti Egyptij: de
uorati sunt. Fide: muri Je-
richo corruerunt, circumitu
dierũ septẽ. Fide, Raab me
retrix non periit cũ incredu
lis, excipiens exploratores
cum pace. Et quid adhuc di
cam? Deficiet enim me tẽpus
enarrantẽ de Gedeon, Ba-
rac, Sãson, Iephte, Dauid
Samuel, & prophetis: q̃ per
fidem vicerunt regna, opera
ti sunt iustitiam, adepti sũt
repromissiones, obturaue-
runt ora leonũ, extinxerũt
impetũ ignis, effugerũt aciẽ
gladij, conualuerunt de in-
firmitate fortes facti sunt in
bello, castra verterũt exterο
rũ, acceperũt mulieres de re
surrectione mortuos suos,
alij aũt distenti sunt: nõ sus
cipientes redẽptionẽ, vt me-
liorẽ inuenirẽt resurrectio-
nem. Alij vero ludibria & fla
bera experti, insuper & vin-
cula & carceres: lapidati sũt
secti sunt, tentati sunt, in oc
cisione gladij mortui sunt,
circumierunt in melotis, in
pellibus caprinis, egentes,
angustiati: afflicti: q̃bus di-
gnus nõ erat mũdus, in so-
litudinibus errãtes, in mõ
tibus & speluncis, & in cauer
nis terre. Et hi oẽs testimo
nio fidei probati, non accepe
runt repromissionẽ: deo pro
nobis melius aliquid proui
dente, vt non sine nobis cõ
summarentur.

¶ Sabbato ex. 1. Reg. 1. 1.

EGressi sunt itaq; pue
ri Dauid per viã suã,
& reuersi venerũt, & annun-
tiauerunt ei oĩa verba que
direrat Nabal. Tũc ait Da
uid pueris suis. Accingatur
vnusquisq; gladio suo. Et
accincti sunt singuli gladijs
suis, accinctusq; est & Dauid
ense suo: & secuti sũt Dauid
quasi quadringenti viri, pos
ro ducẽti remanserunt ad sar
cinas. Abigail aũt vxor Na
bal nuntiauit vnus de pue-
ris suis, dicẽs, Ecce Dauid
misit nũtios de deserto, vt
benedicerent dño nostro: et
auersatus est eos, homines
isti, boni satis fuerũt nobis
& non molesti, nec quicquã
aliquando perijt omni tem

ꝓze quo fuimus conuersati
cũ eis in deserto ꝓ muro
erãt nobis tã in nocte ꝙ in
die. oĩbus diebus ꝯbus pa-
uim⁹ apũ eos greges. Muã
ob rẽ cõsyderꝛa ⁊ recogita ꝺ
facias: qm̃ cõpleta est mali-
tia aduersum virũ tuum et
aduersum domũ tuã, ⁊ ipse
est filius Belial, ita vt nemo
possit ei loqui. Festinauit i-
gitur Abigail, ⁊ tulit ducen
tos panes, ⁊ duos vtres vi
ni, ⁊ quinq; arietes coctos, ⁊
quinq; sata polente, ⁊ centũ
ligaturas vue passe, ⁊ ducẽ-
tas massas caricarũ, ⁊ impo
suit sup̃ asinos, dixitq; pue
ris suis, Precedite me, ⁊ ec-
ce ego post tergum sequar
vos, viro aũt suo Nabal nõ
indicauit. Cũ ergo ascendis
set asinũ, ⁊ descẽderet ad ra
dicẽ mõtis, Dauid ⁊ viri ei⁹
descenderãt in occursũ eius
quibus ⁊ illa occurrit. Et
ait Dauid. Vere frustra ser
uaui oĩa que huius erãt in
deserto, ⁊ nõ perijt quicq̃ de
cunctis que ad eum pertine
bant, et reddidit mihi malũ
ꝓ bono. Hec faciat Deus
inimicis Dauid ⁊ hec addat
Si reliquero de omnibus q̃
ad ipsum pertinent vsq; ma
ne mingentem ad parietẽ.

℣ Ex epistola Pauli ad Hebreos.

Lectio secunda.

IDeoq; ⁊ nos tantã ha Ca. 12.
bentes impositam nu
bẽ testium ꝺeponẽtes omne
pondus, ⁊ circumstans nos
peccatũ per patientiã curra
mus ad ꝓpositũ nobis cer
tamẽ, aspicientes in authorẽ
fidei, ⁊ cõsummatorem Je-
sum: qui ꝓposito sibi gau
dio sustinuit crucẽ, confusio
ne contẽpta, atq; in dextera
sedis Dei sedet. Recogitate
eñ eum qui talẽ sustinuit a
peccatoribus aduersum se-
metipsum cõtradictionẽ, vt
ne fatigemini animis vẽis
deficientes. Nondũ eñ vsq;
ad sanguinẽ restitistis, ad-
uersus peccatũ repugnantes
⁊ obliti estis consolationis,
que vobis tãquam filijs lo-
quitur, dicens, Fili mi, noli
negligere disciplinam domi
ni: neq; fatigeris dum ab eo
argueris. Quẽ enim diligit
dñs castigat: flagellat autẽ
omnẽ filium quẽ recipit. In
disciplina perseuerate. Tã-
quam filijs, vobis offert se
deus quis eñ filius, quẽ nõ
coꝛripit pater? Quod si de
trã disciplinã estis, cui⁹ par
ticipes facti sunt omnes: er-
go adulteri ⁊ non filij estis.
Deinde patres quidem car
nis nostre, eruditores ha-
buim⁹, ⁊ reuerebamur eos,
num multo magis obtẽpe-
rabim⁹ patri spirituũ ⁊ vi-

nemus: Et illi quidē in tē-
pore paucorū dierum, secun-
dum voluntatē suam: eru-
diebant nos: hic autē ad id
quod vtile est in recipiendo
sanctificationem eius. Dis
autem disciplina in pzesenti
quidē videtur non esse gau
dij, sed merozis postea autē
fructum pacatissimū exerci-
tatis per eā, reddet iustitie.
Propter quod remissas ma
nus, & soluta genua erigite,
et egressus rectos facite pe-
dibus vestris: vt nō claudi-
cans quis erret: magis autē
sanetur. Pacē sequimini cū
omnibus: & sanctimoniam:
sine qua nemo videbit deū,
contēplantes ne quis desit
gratie Dei: ne qua radix a-
maritudinis sursum germi
nans impediat & per illā in
quinētur multi. Ne ds foz-
nicatoz aut pzophanus vt
Esau: q pzopter vnā escam
vendidit pzimitiua sua, sci-
tote enī quoniā & postea cu
piens hereditare benedictio
nem: reprobatus est, nō enī
inuenit penitentie locum:
quanquam cum lachzymis
inquisisset eam.

¶ Dñica.xvij post Pentecos
ten. Ex. 1. Regū. Lectio. 1.

QUm autē vidisset Abi
gail Dauid, festinauit
& descendit de asino: & pzoci
dit cozam Dauid super faciē
suam, & adozauit super terrā,
& cecidit ad pedes eius & dixit
In me sit dñe mi hec iniqui
tas: loquatur obsecro ancil
la tua in auribus tuis & au
di verba famule tue. Ne po
nat ozo dñs meus super virum istum iniquū
Nabal: quia secundū nomē
suum stultus est, & stultitia
est cum eo, ego autē ancilla
tua nō vidi pueros tuos do
mine mi, quos misisti. Nūc
ergo dñe mi viuit dominus
& viuit anima tua, q̄ pzohi-
buit te ne venires in sangui
nem, et saluauit manū tuā
tibi: et nunc fiant sicut Na
bal inimici tui: & qui q̄runt
domino meo malum. Qua
propter suscipe benedictionē
hāc, quā attulit ancilla tua
tibi dño meo, & da pueris q̄
sequuntur te dñm meū: Ju
fer iniquitatē famule tue:
faciēs enī faciet dñs tibi do
mino meo domū fidelē, q̄a
pzelia dñi dñe mi tu pzelia-
ris malitia ergo nō inuenia
tur in te omnibus diebus vi
te tue. Si enim surexerit ali
q̄s homo persequēs te & q̄-
rens animā tuā, erit anima
dñi mei custodita quasi in
fasciculo viuentiū apud do
minū deū tuū: pozro inimi
cozū tuozū anima rotabit,
quasi in impetu, et circulo
funde. Cum ergo fecerit

Dñs tibi dño meo oſa hec
que locutus eſt bona de te, ꝛ
conſtituerit te ducē ſup Iſ-
rael, non erit tibi hoc in ſin
gultū, ꝛ in ſcrupulū cordis
dño meo, quod effuderis ſā
guinē innoxium, aut ipſe te
vltus fueris, ꝛ cū benefece-
rit dñs dño meo, recordabe
ris ancille tue. Et ait Da-
uid ad Abigail, Benedictus
dñs deus Iſrael, qui miſit
te hodie in occurſum meum
ꝛ benedictū eloquiū tuū, et
benedicta tu, que prohibui-
ſti me hodie ne irem ad ſan-
guinē, ꝛ vleiſcerer me manu
mea. Alioquin viuit domi-
nus deus Iſrael qui prohi-
buit me ne malū facerē tibi:
niſi cito venifles in occurſū
mihi, non remāſiſſet Nabal
vſq; ad lucē matutinā min-
gens ad parietem. Suſcepit
ergo Dauid de manu eius
oſa que attulerat ei, dixitq;
ei, Vade pacifice in domum
tuā: ecce audiui vocē tuam,
ꝛ honorauī faciem tuam.

¶ Epiſtola Pauli ad He-
bræos. Lectio ſecunda.

Non enim accelliſtis
ad tractabilem mon-
tem ꝛ accenſibilem ignem, et
turbinem, ꝛ caliginem, ꝛ pro
cellam, et tube ſonum, ꝛ vo
cem verborū (quam qui au
dierunt, excuſauerunt ſe, ne
eis fieret verbum, Non eſſ
portabant, quod dicebatur.
Et ſi beſtia tetigerit mon-
lapidabitur. Et ita terribi-
le erat, quod videbatur Moy-
ſes dixit, Exterritus ſum,
ꝛ tremebundus. Sed acce-
ſiſtis ad Sion montem, ꝛ ci
uitatem Dei viuentis Ie-
ruſalem celeſtem, ꝛ multor
millium angelorū frequen-
tiam, ꝛ eccleſiam primitiuo
rum qui conſcripti ſunt in
celis, et iudicem omniū deū
et ſpiritus iuſtorum perfe-
ctorum, et teſtamenti noui
mediatorem Ieſum et ſan-
guinis aſperſionem melius
loquentem quam Abel. Vi
dete ne recuſetis loquentē.
Si enim illi non effugerūt
recuſantes eum qui ſup ter
ram loquebatur. multa ma
gis nos qui de celis loquen
tem nobis, auertimus, cuius
vox mouit terrā tunc: nunc
autem repromittit dicens.
Adhuc ſemel: ꝛ ego mouebo
non ſolum terram, ſed ꝛ ce-
lum. Quod autem adhuc
ſemel dicit: declarat mobi-
lium tranſlationem tan-
quam factorum, vt maneāt
ea que ſunt, immobilia. Ita
que regnum immobile ſuſci
pientes: habemus gratiam,
per quam ſeruiamus placen
tes deo cum metu ꝛ reuere
tia. Etenim Deus noſter,
ignis conſumens eſt.

℣ Charitas fraternitatis
maneat in vobis. Et hospi
talitatē nolite obliuisci, per
hanc em latuerūt quidā an
gelis hospicio receptis. Me
mentote vinctoz, tanq̄ si
mul vincti, & labozātiū tāq̄
& ipsi in cozpoze mozantes.
Honozabile connubiū in oi
bus & thozus immaculat⁹.
Fornicatozes em & adulte
ros iudicabit Deus. Sint
mozes sine auaritia, contē
ti psentibus: ipse em dixit
Non te deseram neq̄ dere
linquā ita vt cōfidenter di
camus. Dñs mihi adiutoz,
non timebo q̄d faciat mihi
hō. Memētote ppositoz um
vestroz, q̄ vobis locuti sūt
verbum dei, quoz intuen
tes exitū cōuersationis, imi
tamini fidē. Jesus Chꝛist⁹
heri & hodie: ipse & i secula.

℣ Tertio lectio sēm Mat.

IN illo tpe: Accesserūt
ad Jesum pharisei: et
interrogauit eū vnus ex eis
legisdoctoz tētās eū. Et rel.

℣ Homilia sancti Joannis
Otis auri.

QUemenet vt in mul
titudine vincerēt quē
ratiōe superare nō poterāt.
Veritate nudos se esse pzo
fessi sunt: q̄ multitudine se
armauerūt. Dicebant enim
apud se, Vnus loquat pzo
oibus, & oēs loquamur per
vnū. Ut si quidem vicerit:
oēs videamur vicisse, Si
aūt victus fuerit: vel solus
videatur cōfusus. O pha
risei q̄ oia pzopter hoīes co
gitatis & facitis, Pzimū q̄
dē venientes cum vno vin
cendi estis per vnū. Cū po
sito q̄a vno victo hoie non
intelligunt vos oēs esse vi
ctos? Nūquid cōscientie ve
stre non sentiunt se esse con
fusas? Leuis est em cōsola
tio q̄ in seipso confusus est
q̄ ab alīs ignozat. Interro
gauit Jesum vnus ex pha
riseis legis doctoz tētās eū,
Magister q̄ est mandatū
magnū in lege? Magistrum
vocat cuius non vult esse
discipulus. Simplicissim⁹
interrogatoz, & maligniss⁹
insidiatoz, de magno māda
to interrogat, q̄ nec minimū
obseruat. Ille em debet in
terrogare de maioze iustitia
q̄ tā minozē cōpleuit. Oro.

OMnipotens sempiter
ne deus, qui nos ex
hortaris vt pro inimicis
nostris oremus: et hoc
agentibus fidem se exau
diturum promittis: da
nobis quesumus dñe po
pulo tuo diabolica vi
tare contagia & te solū deū
pura mēte sectari. Per do.

Feria.ij.Ex.i.Regū. L.i.

FEcit aūt Abigail ad
Nabal: et ecce erat ei
conuiuiū in domo eius qua
si conuiuium regis, & coz Na
bal iucundū, erat em ebrius
nimis: & nō indicauit ei ver
bū pusillū aut grande vsq̄

mane, Diluculo autē cū di gessisset vinū Nabal, indicauit ei vxor sua ꝟba hec et emortuus est cor eius intrinsecus, & factꝰ est quasi lapis. Cūq; ptransissent decē dies, percussit dñs Nabal, & mortuus est. Mō cum audisset Dauid mortuū Nabal ait, Benedictus Dñs qui iudicauit causam opprobrij mei de manu Nabal, & seruū suū custodiuit a malo, & malitiā Nabal reddidit Dominus in caput eius. Misit ergo Dauid, et locutus est ad Abigail, vt sumeret eam sibi in vxorem. Et venerunt pueri Dauid ad Abigail in Carmelum: & locuti sunt ad eā, dicētes, Dauid misit nos ad te, vt accipiat te sibi in vxorē, Que cōsurgēs adorauit prona in terrā, et ait, Ecce famula tua sit in ancillā, vt lauet pedes seruorū dñi mei. Et festinauit, & surrexit Abigail, & ascēdit sup asinū, & quinq; puelle ierūt cū ea, peditisque eius, & secuta est nūtios Dauid & facta est illi vxor. Sed & Achinoā accepit Dauid de Jezrahel, & fuit vtraque vxor eius. Saul aūt dedit Michol filiā suā vxorē Dauid, Phalti, filio Lais, qui erat de Gallim.

℣ Ex epistola Pauli ad Hebreos. Lectio secunda.

Doctrinis varijs & peregrinis nolite abduci, Optimū est enī gā stabilire cor: nō escis q̄ nō profuerūt ambulātibꝰ in eis. Habemus altare: q̄ edere nō habent potestatē q̄ tabernaculo deseruiūt. Quor enī aīaliū infertur sanguis pro peccato in sancta per pontificē, horū corpora cremantur extra castra. Propter qđ & Jesus, vt sanctificaret p suum sanguinē populū, extra portā passus est. Exeamus igit ur ad eū extra castra, improperium eius portantes. Nō enī habemus hic manētem ciuitatem: sed futuram inquirimus. Per ipsum ergo offeramus hostiā laudis semp deo, id est fructū labiorum confitētiū nomini eius. Beneficētie autem & communicationis nolite obliui sci, talibus enī hostijs promeretur deus. Obedite prepositis vestris et subiacete eis, ipsi enī perui gilāt quasi rationē pro animabus vestris reddituri: vt cū gaudio hoc faciāt, & nō gemētes hoc enī non expedit vobis. Orate pro nobis, cōfidimus enī qđ bonā cōscientiā habemus: in omnibus bñ volētes cōuersari. Amplius aūt deprecor vos hoc facere, q̄ cele

tibus restituat vobis, Deus
aūt pacis q̄ eduxit de moz
tuis pastorē magnū ouiū i
sanguine testamēti eterni,
dñm nostrū Jesum chzistū,
aptet vos in omni bono, vt
faciatis eius volūtatē, faci
ens in vobis qđ placeat co
ram se per Jesum Chzistum,
cui est gloza in secula secu
lorū, Amen. Rogo aūt vos
fratres vt sufferatis vbum
solatij. Etem perpaucis scri
pū vobis. Cognoscite fra
trē nostrū Timotheū di
missum: cū quo (si celerius
venerit) videbo vos. Salu
tate oēs prepositos vestros
et oēs scōs. Salutant vos
de Italia fratres Gratia cū
omnibus vobis, Amen.

Feria.iij.ex.i.Regū.xx.

ET venerūt Ziphei ad
Saul in Gabaa, dicē
tes, Ecce, Dauid absconditus est in colle Hachile, que est ex aduerso solitudinis. Et surrexit Saul, et descendit in desertū Ziph: et cum eo tria milia virozum de electis Israel, vt quereret Dauid in deserto Ziph. Et castrametatus est Saul i Gabaa Hachile, q̄ erat ex aduerso solitudinis in via: Dauid aūt habitabat in deserto. Vidēs aūt quod venisset Saul post se in desertū, misit explozatozes, et didicit qđ venisset certissime. Et surrexit Dauid: et venit ad locū vbi erat Saul: cūq; vidisset locū i quo dozmiebat Saul, et Abner filius Ner pzinceps militie eius et Saul dozmientē in tētozio: et reliquū vulgus p circuitū eius, ait, Dauid ad Achimelech Hetheū, et Abisai filiū Saruie fratrē Joab dicēs, Quis descēdet mecū ad Saul in castra? Dixitq; Abisai, Ego descendā tecū. Venerūt ergo Dauid et Abisai ad pplm nocte, et inuenerūt Saul iacentē et dozmientē i tētozio, et hastā fixā in terra ad caput eius: Abner aūt et pplm dozmiētes in circuitu eius, Dixitq; Abisai ad Dauid. Cōclusit deus inimicū tuū hodie in manus tuas: nūc ergo pfodiā eū lācea in terra semel, et scōo opō non erit. Et dixit Dauid ad Abisai. Ne interficias eū: qs em extēdet manum suā in Chzistum dñi et innocēs erit? Et dixit Dauid. Viuit dominus, quia nisi Dominus percusserit eū, aut dies eius venerit vt moziat, aut in pzelium descendens perierit, pzopitius sit mihi Dominus ne extendam manū meam in Chzistum domini, nunc igitur tolle hastam que est ad caput eius: et

cyphum aque: et abeamus. Tulit igitur Dauid hastā, & cyphū aque, qui erat ad caput Saul, & abierunt: & nō erat quisquā qui videret, et intelligeret, & euigilaret sed omnes dormiebāt, quia sopor dñi irruerat super eos.

Ex epistola Pauli ad Philippenses. Lectio secunda.

cap.i. PAulus & Timotheus serui Jesu Christi: oibus sanctis i Christo Jesu, qui sunt Philippis cū episcopis & diaconibus, gratia vobis & pax a deo patre nostro, & domino Jesu Christo. Gratias ago deo meo in oi memoria vestri semp in cūctis orationibus meis pro omnibus vobis: cū gaudio deprecationē faciens su p cōmunicatione vestra in euāgelio Christi a prima die vsq; nūc, cōfidēs hoc ipsum qa q cepit in vobis opus bonū, perficiet vsq; i diē Christi Jesu: sicut est mihi iustū hoc sentire p oibus vobis, eo qō habeā vos in corde, & in vinculis meis, & in defensione & confirmatione euangelij, cū socij gaudij mei oēs vos stis. Testis enim mihi est deus quō cupiā oēs vos in visceribus Jesu Christi. Et hoc oro vt charitas vestra magis ac magis abundet in omni scientia & in oi sensu: vt probetis potiora, vt stis sinceri & sine offensa in diē Christi, repleti fructu iustitie p Jesum Christū, in gloriam et laudē dei. Scire aūt volo fratres, qō circa me sunt, magis ad p fectū venerūt euangelij: ita vt vincula mea manifesta fierent in Christo in oi pretorio et in ceteris oibus, & plures e fratribus in dño cōfidētes in vinculis meis, abundantius auderēt sine timore verbū dei loqui. Quidā quidē & propter inuidiā & tentionē, quidā aut & propter bonā volūtatē christū p dicāt: qdā ex charitate: sciētes qm in defensionē euangelij positus sum, quidā aut ex contentione Christū annūtiāt nō sincere, existimātes pressurā se sucitare vinculis meis. Quid em? Dūmodo omni modo siue per occasionē siue per veritatē Christus annuntiatur & in hoc gaudio, sed & gaudebo Scio em quia hoc mihi proueniet ad salutē per vestrā oratione & subministratione spūs Jesu Christi, secundū expectationē & spem meam, quod in nullo confundar, sed in omni fiducia sicut semp, & nūc magnificabit Christus in corpore meo, siue per vitā, siue per mortem.

Feria iiij. 1. Regū. Le. 1.

Cumq; trāsisset dauid ex aduerso: & stetisset in vertice montis de longe, & esset grāde interuallū inter eos, clamauit Dauid ad populum, & ad Abner filium Ner, dicens, nōne respondes Abner? Et respondens Abner ait, quis es tu q̄ clamas & inquietas regē? Et ait Dauid, ad Abner. Nunquid non vir tu es? et quis alius similis tui in Israel? quare ergo nō custodisti dominū tuū regē? ingressus est enī vnus de turba vt interficeret regē dñm tuū. Non est bonū hoc qđ fecisti, viuit Dñs q̄m filij mortis estis vos, q̄ nō custodistis dominū vestrum Chzistum dominū, nūc ergo vide vbi sit hasta regis & vbi sit cyphus aque, q̄ erat ad caput eius. Cognouit aūt Saul vocē Dauid, et dixit, Nunquid vox hec tua fili mi Dauid? Et ait Dauid, Vox mea domine mi rex. Et ait, Quā ob causam dñs meus persequitur seruū suū? Quid fecī aut quod est malū in manu mea? Nūc ergo audi oro dñe mi rex verba serui tui. Si dominus incitat te aduersum me, odozetur sacrificiū, si aūt filij hominū, maledicti sunt in cōspectu dñi, q̄a eiecerūt me hodie, vt nō habitē in hereditate Dñi dicentes, Vade, serui dijs alienis. Et nunc nō effundatur sanguis meus in terra cozā dño. q̄a egressus est rex Jsrl vt querat pulicē vnū, sicut persequitur perdix in montibus. Et ait Saul, Peccaui, reuertere fili mi Dauid, nequaquā enim vltra tibi malefaciā eo quod pzetiosa fuerit anima mea in oculis tuis hodie, apparet esse q̄ stulte egerī, & ignozauerim multa nimis. Et respōdens Dauid, ait, Ecce hasta regis trāseat vnus de pueris regis, & tollat eā. Dñs aūt reddet tribuet vnicuiq; secundum iustitiā suam, & fidē tradidit enī te dñs hodie in manū meam, & nolui extēdere manū meā in chzistū Dñi. Et sicut magnificata est aīa tua hodie in oculis meis, sic magnificetur anima mea in oculis dñi, et liberet me de oī angustia. Ait ergo Saul ad Dauid, Bñdictus tu fili mi Dauid equidem facies, & potens poteris. Abiit aūt Dauid in viā suā, & Saul reuersus est in locū suum.

Ex epistola Pauli ad Philippenses. Lectio secunda.

Mihi enī viuere Chzistus est, & mozi lucrū. Nō si viuere in carne, hic

mihi fructus opis est, ꝙ dō
eligā ignozo, Coarctoz aūt e
duob⁹, dlyderiū habēs dis-
solui, ꝙ esse cuz Chzisto, mul
to magis melius, ymanere
aūt in carne, necessariū pzo
pter vos cōfidēs, scio ꝙa ma
nebo ꝙ ymanebo oībus vo-
bis ad pfectū vestrū ꝙ gau-
diū fidei, vt gratulatio vēa
abundet in Chzisto Jesu in
me, p meū aduētū ad vos.
Tm digne euāgelio Chzisti
cōuersamini, vt siue cū ve-
nero et videro vos, siue ab
sens, audiā de vobis: ꝙa sta
tis i vno spū, vnanimes col
laborātes fidei euāgelij, ꝙ i
nullo terreamini ab aduer-
sarijs q̄ illis ē causa pditio-
nis: vobis aūt salutis, ꝙhoc
a deo ꝙa vobis donatum est
pzo chzisto nō solū vt i euz
credatis: sed vt etiā p illo
patiamini, idē certamē habē
tes quale ꝙ vidistis in me, ꝙ
nunc auditis de me. ¶ Si
qua ergo cōsolatio in chzi-
sto, si quod solatiū charita-
tis, si qua societas spiritus,
si qua viscera miserationis:
implete gaudiū meuz, vt i-
dē sapiatis, eandē charitatē
habētes, vnanimes, idipm
sentientes, nihil per conten-
tionē neq; per inanē gloziā,
sed in humilitate, superiozes
sibi inuicē arbitrantes, non
que sua sunt singuli cōsyde
rantes: sed ꝙ ea q̄ aliozum.
Hoc enī sentite in vobis, qđ
ꝙ in Chzisto Jesu, qui cum
in fozma dei esset, non rapi-
nā arbitratus est esse se e-
qualem deo, sed semetipsum
exinaniuit fozmā serui acci
piens, in similitudinē homi
num factus, ꝙ habitu inuen
tus: vt homo. Humiliauit
semetipsum factus obediēs
vsq; ad moztem, moztē aūt
crucis. Pzopter quod et de
us exaltauit illum: ꝙ dona-
uit illi nomen qđ est super
omne nomen: vt in nomine
Jesu omne genu flectatur,
celestium, terrestium, ꝙ in-
fernozum, et omnis lingua
cōfiteatur quia Dominus
Jesus Chzistus in gloziam
dei patris.

¶ Feria quinta. Expzimo Regum. Lectio prima. Ca.27

Ca.2

Et dixit Dauid in cozde suo Aliquādo incidā vna die in manus Saul, nō ne melius est vt fugiam, et saluer in terra Philisthinorū, ꝙ desperet Saul, cessetq; me querere in cunctis finibus Israel: fugiā ergo manus eius, ꝙ surrexit Dauid, ꝙ abijt ipse, ꝙ transijt cū sexcēti viri cū eo, ad Achis filiū Maoch re gē Geth. Et habitauit Dauid cum Achis in Geth ipe ꝙ viri eius, vir ꝙ domus eius:

Achinoam Iezrahelitis, et Abigail vxor Nabal Carmeli: Et nuntiatum est Saul q̄ fugisset dauid ī Geth, & nō addidit vltra querere eū. Dixit autem Dauid ad Achis, Si inueni gratiā in oculis tuis, detur mihi locus in vna vrbiū regionis huius vt habitē ibi: cur enī manet seruꝰ tuus in ciuitate regis tecuꝫ? Dedit itaq; ei Achis in die illa Siceleg, propter quam causam facta est Siceleg regū Juda, vsq; in diem hanc. Fuit autē numerus dierum q̄bus habitauit Dauid in regione Philisthinozum quatuoz mēsium. Et ascēdit Dauid, & vi ri eius, & agebāt prędas de Gesturi, & de Gerzi, & de Amalecitis: hi enī pagi habitabant in terra antiquitus eūtibus Sur vsq; ad terrā Egypti. Et percutiebat dauid omnem terrā, nec relinquebat viuentem virum et mulierē: tollensq; oues, et boues, & asinos & camelos, & vestes reuertebat: & veniebat ad Achis Dicebat autē ei Achis, In quē irruistī hodie? Respondebat Dauid, Cōtra meridiē Jude, & contra meridiē Jerameel, & cōtra meridiē Ceni, virum et mulierē nō viuificabat Dauid, aut adducebat in Geth dicens, Ne forte loquantur aduersum nos. Hec fecit dauid & hoc erat decretum illi oībus diebus quibus habitauit in regione Philisthinozū. Credidit ergo Achis Dauid, dicens, Multa mala: operatus est contra populum suum Jsrael: erit igit mihi seruus sempiternus.

Ex epistola Pauli ad Philippenses. Lectio secunda.

Jaq; charissimi mei, sicut semper obedistis: nō vt in ꝓsentia mea tantū, sed multo magis nūc in absentia mea cū metu & tremoze vestrā salutē operamini. Deus est enī q̄ operat in vobis & velle & ꝓficere, ꝓ bona volūtate. Dia aūt facite sine murmurationibus & hesitationibus: vt sitis sine querela, & simplices filij dei, sine reprehensiōe in medio nationis ꝓprie & peruerse, inter quos lucetis sicut lūinaria ī mūdo: Xp̄o vite cōtinētes ad gloriā meā in die Christi, qꝛ nō in vacū cucurri: neq; in vacū laboraui. Sed & si imoloz supza sacrificiū et obsequiū fidei vestre: gaudeo, & cōgratuloz oībus vobis. Jdipsum aūt & vos gaudete, & cōgratulamini mihi Spero aūt ī dño iesu, Timotheū me cito mittere ad vos: vt et ego bono

animo sim, cognitis q̃ circa vos sunt Neminem enī habeo tam vnanimē qui sincera affectione p̄ vobis solicitus sit. Omnes enī q̃ sua sunt querūt: nō q̃ sunt Jesu Christi. Experimentum aūt eius cognoscitis: quia sicut patri filius mecū seruiuit i euangelio. Hūc igit spero me mittere ad vos mox vt vidēro q̃ circa me sūt Confido aūt in dño, q̃m et ipse veniā ad vos cito. Necessariū aūt existimaui: Epaphroditū frātrē & cooperatorē & cōmilitonē meum, vestrū autē apostolū, & ministrū necessitatis mee, mittere ad vos, quoniā quidē omnes vos desyderabat: et mestus erat, propterea q̄ audieratis illū infirmatū. Nā & infirmatus ē vsq̄ ad mortē: sed deus miserit eius, non solū aūt eius, verūetiā & mei, ne tristitiam sup tristitiā haberē. Festinātius ergo misi illum, vt vidēs eo, iteruz gaudeatis et ego sine tristitia sim. Excipite itaq̄ illū cū omni gaudio in dño, & eiusmodi cum honore habete: q̃m propter opus Christi, vsq̄ ad mortē accessit, tradēs aiam suā, vt ipleret id q̄ erat vobis deerat erga meū obsequiū.

¶ Feria.vi. Ex. i. Reg. i.

Factū est aūtē in diebus illis, congregauerunt ca. 4
Philisthijm agmina sua, vt preparentur ad bellū cōtra Jsrael, dixitq̄ Achis ad David, Scies nūc scito quoniā mecum egredieris in castris tu & viri tui. Dixitq̄ David ad Achis, Nūc scies que facturus est seruus tuus Et ait Achis ad David, Et ego custodē capitis mei ponam te cūctis diebus Samuel aūt mortuus est: planxitq̄ eū omnis Jsrael, & sepelierunt eum in Ramatha vrbe sua. Et Saul abstulit magos et ariolos de terra. Cōgregatiq̄ sunt Philisthijm, & venerūt, & castrametati sunt in Sunā, congregauit aūt & Saul vniuersum Jsrael & venit in Gelboe, Et vidit Saul castra Philisthijm, & timuit, & expauit cor eius nimis. Consuluitq̄ dñm, & nō respondit ei, neq̄ per somnia, neq̄ per sacerdotes, neq̄ per prophetas. Dixitq̄ Saul seruis suis, Querite mihi mulierē habentē pythonē, & vadam ad eā, & sciscitabor per illā. Et dixerunt serui eius ad eum. Est mulier pythonē habēs, in Endor Mutauit ergo habitū suum, vestitusq̄ est alijs vestimentis, & abijt ipe, & duo viri cū eo,

benedixq; ad mulierē nocte, & ait illi. Diuina mihi in pythone, & suscita mihi quē dixero tibi. Et ait mulier ad eū. Ecce tu nosti quāta fecerit Saul, & quō eraserit magos, & aruolos de terra: quare ergo insidiaris aīe mee, vt occidar. Et iurauit ei Saul in dño dicens, Viuit dñs, q̄a nō eueniet tibi q̄q̄ malū propē hāc rē. Dixitq; ei mulier. Quē suscitabo tibi? Qui ait, Samuelē mihi suscita. Cum autē vidisset mulier Samuelē, exclamauit voce magna: et dixit ad Saul. Quare imposuisti mihi tu es enim Saul. Dixitq; ei rex, Noli timere: quid vidisti? Et ait mulier ad Saul, Deos vidi ascendētes de terra. Dixitque ei, Qualis est forma ei? Que ait. Vir senex ascēdit, & ipse amictus est pallio. Et intellexit Saul q̄ Samuel esset, et inclinauit se super faciē suam in terra et adorauit.

Epistola Pauli ad Philippenses. Lectio secunda.

De cetero frēs mei, gaudete in Dño. Ea dē vobis scribere, mihi q̄dē nō pigrū, vobis aūt necessariū, videte canes, videte malos operarios: videte cōcisionē. Nos enim sumus circūcisio, q̄ spū seruimus deo: et gloriamur in christo Jesu, & nō in carne fiduciā habentes quāq̄ & ego habeā cōfidentiā in carne. Si q̄s alius videtur confidere in carne: ego magis, circūcisus octauo die, ex genere Israel, de tribu Beniamin. Hebreus ex Hebreis: secundū legem phariseus, secundū emulationem persequēs ecclesiam dei, secundū iustitiā que in lege est cōuersatus sine q̄rela. Sed q̄ mihi fuerunt lucra: hec arbitratus sum propter Christum detrimenta. Verūtamē existimo omnia detrimētū esse propē eminētē scientiā Jesu christi Dñi mei propter quem omnia detrimentum feci, et arbitror vt stercora: vt christum lucrifaciā. vt & inueniar in illo non habēs meā iustitiā q̄ ex lege est, sed illam que ex fide est christi, que ex deo est iustitia in fide, ad cognoscendum illum, & virtutem resurrectionis eius & societatem passionum illius, cōfiguratus morti eius, si quō occurrā ad resurrectionē q̄ est ex mortuis. Non quod iam acceperim, aut iā perfectus sim: sequor aūt: si quo modo cōprehendā in quo & cōprehensus sum a Christo Jesu Fratres, ego me non arbitror comprehendisse.

Unū autē, que quidē retro
sunt obliuiscēs, ad ea vero
que sunt pīoza extendens
meipsum, ad destinatū per-
sequoz: ad bzauū superne
vocatiōis dei ī Chzisto Je
su. Quicunq; ergo perfecti
sumus, hoc sentiamus et si
quid aliter sapitis, et hoc
vobis deus reuelabit. Ue-
runtamen ad qđ peruenī-
mus, vt idē sapiamus, in ea
dem pmaneamus regula.
Imitatozes mei estote fra-
tres: ⁊ obseruate eos q̄ ita
ambulant sicut habetis
fozmam nos. Multi enim
ambulāt quos sepe dicebā
vobis (nūc aūt ⁊ flēs dico)
inimicos crucis Chzisti, q̄
rum finis interitus: quoz
deus, vēter est: ⁊ gloza ī cō
fusione ipsoz, q̄ terrena sa
pīūt. Nostra autē conuersa
tio in celis est: vnde etiā sal
uatozem expectamus dīm
nostrum Jesum Chzistū q̄
reformabit corpus hūmili-
tatis nostre configuratum
corpoz claritatis sue. secun
dū operationem virtutis
sue qua etiam possit subīce
re sibi omnia.

¶ Sabbato. Ex pīmo Re-
gum. Lectio pīma.

Dixit autē Samuel
ad Saul, Quare in-
quietasti me vt suscitarer?
Etait Saul, coartoz nimis
sīḡdē Philistheūm pugnāt
aduersum me, ⁊ deꝰ recessit
a me ⁊ exaudire me noluit,
neq; ī manu pphetarū, neq;
p somnia: vocaui ergo te vt
ostēderes mihi qđ facīā. Et
ait Samuel. Quid interro
gas me, cū dīs recesserit a
te, atq; trāsierit ad emulū tuū?
Faciet enī tibi dīs sicut lo
cutꝰ est in manu mea, ⁊ scin
det regnū tuū de manu tua,
⁊ dabit illud pximo tuo da
uid, eo q̄ nō obedisti voci dīi,
neq; fecisti ītā furoꝛis eiꝰ in
Amalec: idcirco qđ pateris,
fecit tibi dīs hodie. ⁊ dabit
dīs etiam Israel tecum in
manus Philistheūm: eras
autē tu ⁊ filij tui mecū eri-
tis, sed ⁊ castra Israel tra-
det dīs in manus Philis-
thēūm. Statī Saul cecidit
pozrectus in terrā, extimue
rat enim valde verba Sa-
muelis, ⁊ robur non erat in
eo, quia comederat panē to
ta die illa. Ingressa est itaq;
mulier illa ad Saul, ⁊ vidit
(cōturbatus enī erat valde)
dixitq; ad eū. Ecce obediuit
ancilla tua voci tue, ⁊ posui
aīam meā in manu mea: et
audiui sermōes tuos q̄s lo
cutus es ad me. Nunc igit
audi ⁊ tu vocē ancille tue, ⁊
ponam cozā te buccellam pa
nis, vt comedēs cōualescas,
⁊ possis iter agere. Qui re-

nuit, & ait, Non comedam. Cogerũt aũt eũ serui sui & mulier & tandẽ audita vo te eozum surrexit de terra, & sedit sup lectum Mulier autẽ illa habebat vitulum pascualẽ in domo, & festinauit & occidit eum: tollensq; farinã, miscuit eam, & coxit asyma, & posuit ante Saul, & aũ seruos eius. Qui cum comedissent, surrexerunt & ambulauerunt per totam noctem illam.

Epistola Pauli ad Philippenses. Lectio secunda.

Itaq; fratres mei charissimi & desyderatissimi, gaudiũ meũ & cozona mea: sic state in dño charissimi. Euodiã rogo & Syntychẽ deprecoz, idipsum sapere in dño. Etiã rogo & te germane cõpar: adiuua illas q̃ merũ laborauerũt in euãgelio cũ Clemẽte, & ceteris adiutozibus meis, quoz nomina sunt in libzo vite. Gaudete in dño semper, iterum dico gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Dñs ppe est. Nihil solliciti sitis: sed in oĩ ozatiõe & obsecratione cũ gratiarũ actione petitiõs vestre innotescãt apud deũ. Et pax dei que exuperat omnẽ sensum, custodiat cozda vestra & intelligẽtias vẽas in Chzisto Jesu. De cetero fratres, q̃cunq; sunt vera, quecunque pudica, quecunq; iusta, quecunq; sancta, quecunq; amabilia: quecũq; bone fame. Si qua virtus, si qua laus discipline, hec cogitate, que & didicistis, & accepistis, & audistis, & vidistis in me, hec agite, & deus pacis erit vobiscum. Gaudeo autẽ in domino vehemẽter quoniã tãdem aliquando reflozuistis pzo me sentire, sicut et sentiebatis, occupati autem eratis. Non quasi pzopter penuriam dico, ego enim didici, in quibus sum, sufficiens esse. Scio & humiliari, scio et abundare, vbique in omnibus institutus sum, & satiari, & esurire & abundare, & penuriã pati. Oia possum in eo qui me cõfoztat. Verumtamen bene feceistis cõmunicantes tribulationi mee. Scitis autẽ et vos Philippenses, quod in pzincipio euangelij, quando pzofectus sum a Macedonia, nulla mihi ecclesia communicauit in ratione dati & accepti, nisi vos soli, quia et Thessalonicã, semel & bis in vsum mihi misistis. Nõ quod quero datum: sed requiro fructum abundantem in rationem vestram. Habeo aũt omnia: & abũdo

repletus sum, acceptis ab Epaphrodito que misistis, in odorē suauitatis, hostiā acceptam, placētem deo. Deus autem meus impleat oē desyderium vestrū, secundū diuitias suas in gloria, in Christo Jesu. Deo autē & patri nostro gloria in secula seculorum Amen. Salutate omnē sanctum in Christo Jesu. Salutāt vos qui mecū sunt, fratres. Salutant vos omnes sancti: maxime aūt qui de Cesaris domo sūt. Grā dñi nr̄i Jesu christi cū spū vestro. Amen.

¶ Dominica decimaoctaua post Pēteco. Ex. 1. Re. L. 1

ca. 25

Congregata sunt ergo Philisthijm vniuersa agmina in Aphec, sed & Jsrael castrametatus est super fontem, qui erat in Jezrael. Et satrape dē Philisthijm incedebant in centurijs et millibus: Dauid autē, & viri eius erant in nouissimo agmine cum Achis. Dixerūt q̄z principes Philisthijm Quid sibi volunt Hebrei isti? Et ait Achis ad principes Philisthijm, Nunquid ignoratis Dauid, qui fuit seruus Saul regis Jsrael, & est apud me multis diēb⁹ vel annis? & non inueni in eo quicquā, ex die qua trāsfugit ad me, vsque ad diem hanc. Irati sunt autem aduersus eum, principes Philisthijm, & dixerūt ei, Reuertat vir, & sedeat in loco suo, in quo constituisti eū: & nō descendat nobiscū in prelium, ne fiat nobis aduersarius, cū prcliari ceperimus, quo enim aliter poterit placare dñm suum, nisi in capitibus nostris? Nonne iste est Dauid cui cantabāt in chorijs, dicētes. Percussit Saul in millibus suis, et Dauid in decem millibus suis? Vocauit ergo Achis Dauid & ait ei, Viuit dñs, qa rectus es tu, et bonus in conspectu meo: & exitus tuus, et introitus mecum est in castris, & non inueni in te quicquā mali ex die qua venisti ad me, vsq; in diem hanc, sed satrapis non places. Reuertere ergo: & vade in pace, et non offendes oculos satrapārum Philisthijm.

¶ Sancti Jesu Christi Euāgelij scōm Matth. L. ij.

Initiū euāgelij Jesu Christi filij dei, Sicut scriptū est in Jsaia pphēta. Ecce mitto angelū meū ante faciē tuā, q̄ pparabit viam tuā ante te, Vox clamātis in deserto, Parate viā dñi: rectas facite semitas eius: fuit Joānes i deserto baptizās: & prdicās baptismū penite

tie in remissionē peccatorū. Et egrediebat ad eum oīs Judea regio: & Jerosolymi te vniuerſi baptizabant ab illo in Jordanis flumine cō fitētes pcta sua. Et erat Jo annes vestitus pilis cameli et zona pellicia circa lūbos eius, & locustas & mel syluestre edebat. Et prædicabat, dicēs, Venit fortior me post me: cuius nō sum dignus p ſtrumbens ſoluere corrigiam calceamētorū eius. Ego ba ptizaui vos aqua: ille vero baptizabit vos ſpū ſancto. ℂ Et factū est: in diebus illis venit Jesus a Nazareth Galilee: & baptizatus est a Joāne in Jordane. Et ſtatim ascendens de aqua: vidit celos apertos: & ſpiritum ſanctū tanq̄ columbā descēdentē & manētē in ipso. Et vox facta est de celo. Tu es filius meus dilectus: in te cōplacui. ℂ Et statim ſpūs expulit eum in desertū. Et erat in deserto quadraginta diebus: & quadraginta no ctibus: & tētabatur a satan: erat q̄ cū bestijs, & angeli mi nistrabāt illi. ℂ Postq̄ aūt traditus est Joānes: venit Jesus in Galileā: prædicās euāgelū regni dei: & dicēs, Quia impletū est tempus, & appropinquauit regnū dei, penitemini, & credite euangelio. Et pteteriens secus mare Galilee, vidit Simonē & Andream fratrem eius mittētes retia in mare (erāt enim piscatores) & dixit eis Jesus, Venite post me, & faciā vos fieri piscatores hominū. Et protinus relictis retibus, secuti sunt eū. Et progressus inde pusillū vidit Jacobū Zebedei & Joānē fratrē eius, & ipsos cōponentes retia in naui: & statī vocauit illos. Et relicto patre suo Zebedeo in naui cū mercenarijs: secuti sunt eū.

ℂ Tertia lect. scdm Matt.

IN illo tēpore: Ascendēs Jesus in nauicu- Ca. 9.
lā transfretauit & venit in ciuitatē suā. Et reliqua.

ℂ Homilia sancti Joannis oris aurei.

QUāuis ī humanis acti bꝰ diuina gessisse mysteria: & in rebus visibilibꝰ inuisibilia exercuisse negocia: lectio hodierna monstrauit: Ascendit (inquit) in naueculā & trāsfretauit et venit i ciuitatē suā. Nōne ipse est q̄ fugatis fluctibus maris pfunda nudauit: vt Israeliticus ppls inter stupentes vndas sicco vestigio velut mōtīū cōcaua trāsiret. Nōne hic est q̄ Petri pedibꝰ marinos vtices inclinauit, vt iter liq̄dū humanis

greſſibus ſolidū p̄ret ob-
lequiū? Et q̄d eſt q̄ tple ſibi
ſic maris denegat ſeruitutē
vt vzeuillimi loci tranſitū
ſub mercede nautica tranſ-
fretaret? Jlcēdit (inquit) in
nauicula et tranſfretauit.
Et q̄d miū fratres? Chri-
ſtus venit ſuſcipere infir-
mitates noſtras, & ſua no-
bis cōferre remedia ſanita-
tis, q̄a medicus qui non in-
fert ſanitatem infirmitates
curare nelcit. Et q̄ nō fue-
rit cū infirmo infirmatus
infirmo non poteſt cōferre
ſanitatē. Chriſtus ergo ſi
in ſuis manſiſſet virtuti-
bus cōmune cū hoib⁹ nihil
haberet, Et ſi nō impleſſet
carnis ozdinē: carnis in illo
eſſet otioſa ſuſceptio. Oco.

DIrigat cozda nſa q̄s
dñe tue miſeratiōis
opatio: q̄a tibi ſine te place-
re nō poſſumus. Per dñm

Feria ſecunda Exprimo Regum. Lectio prima.

DIxit q̄ Dauid ad A-
chis. Quid em̄ feci: &
q̄d inueniſti in me ſeruo tuo
a die qua fui in cōſpectu tuo
vſq; in diē hāc, vt nō veniā
& pugnē cōtra inimicos dñi
mei regis? Reſpondens aūt A-
chis, locutus eſt ad Dauid,
Scio q̄a bonus es in oc-
meis, ſicut angel⁹ dei, ſed p̄n
cipes Philiſthinoz̄ dixer̄t,

Non aſcedet nobiſcū in p̄-
lium. Igit cōſurge mane tu
& ſerui dñi tui. q̄ venerunt
tecū, & cū de nocte ſurrexe-
ritis, & ceperit diluſcelcere, p
gite. Surrexit itaq; de no-
cte Dauid ipſe et viri eius,
vt p̄ficiſcerentur mane, &
reuerterēt̄ur ad terrā Phi-
liſthīm: Philiſthīm aūt
aſcenderunt in Jezrael.

Cumq; veniſſent Dauid,
& viri eius ī Siceleg die ter
tia, Amalecite impetum fe-
cerant ex parte auſtrali Sic-
celeg, & percuſſerant Sice-
leg, & ſuccenderāt eam igni:
Et captiuas duxerant mu-
lieres ex ea a minimo vſq;
ad magnum, & non interfe-
rant quenquam, ſed ſecum
duxerant, & pergebant ite-
nere ſuo. Cum ergo veniſ-
ſet Dauid & viri eius ad ci-
uitatem, & inueniſſent eam
ſuccenſam igni, et vxores
ſuas, et filios ſuos, et filias
ductas eſſe captiuas, leua-
uerunt Dauid & populus q̄
erat cum eo voces ſuas, et
planxerunt, donec deficerēt
in eis lachzyme. Siquidem
& due vxores Dauid capti-
ue ducte fuerant. Jchinoam
Jezraelitis, & Abigail vxo
Nabal Carmeli. Et contri
ſtatus eſt Dauid valde, vo-
lebat enim eum populus la
pidare, quia amara erat ani

ma vñiuersitatisque viri super filijs suis & filiabus.

Secunda Marcꝰ. Lect. ij

ET ingrediuntur Capharnaũ, & statim sabbatis ingressus in synagogam docebat eos. Et stupebãt super doctrina eius: erat enim docẽs eos quasi potestatẽ habẽs, & nõ sicut scribæ. Et erat in synagoga eorũ hõ i spũ imũdo, & clamauit dicẽs: ad nobis & tibi Jesu Nazarene? veneisti perdere nos? scio qũ sis sctus Dei. Et cõminatus est ei Jesus dicẽs: Obmutesce et exi de hoie. Et discerpẽs eũ spũs immũdus, & exclamans voce magna exijt ab eo. Et mirati sunt oẽs, ita vt conqrerent inter se dicẽtes: Quid nã est hoc? quenã doctrina hec noua: quia in potestate spiritibus immũdis imperat, & obediũt ei? Et processit rumor eius statim in omnẽ regionem Galilee. ¶ Et protinus egredientes de synagoga, venerũt in domum Simõis & Andree cũ Jacobo & Joãne: decũbebat aũt socrus Simõis febricitãs, & statim dicũt ei de illa. Et accedẽs eleuauit eã apprehensa manu eius, & cõtinuo dimisit eã febris, & ministrabat eis. Vespe aũt facto cũ occidisset sol, afferebant ad eũ oẽs male habentes, & demonia habẽtes, et erat oĩs ciuitas cõgregata ad ianuam. Et curauit multos q̃ vexabantur varijs lãguoribus, & demonia multa eijciebat, & non sinebat ea loqui, qm̃ sciebant eum. Et diluculo valde surgẽs, egressus abijt in desertũ locũ, ibiq; orabat. Et prosecut⁹ est eũ Simõ, & q̃ cũ illo erant. Et cũ inuenissent eũ, dixerunt ei. Quia oẽs querũt te. Et ait illis: Eam⁹ i proximos vicos & ciuitates, vt & ibi p dicem: ad hoc enim veni. Et erat predicãs in synagogis eorũ, in omni Galilea, & demonia eijciẽs ¶ Et venit ad eũ leprosus deprecãs eũ, et genu flexo, dicit: Si vis potes me mundare. Jesus aũt misert⁹ ei⁹, extẽdit manũ suã, & tãgẽs eũ, ait illi: Volo, mũdare. Et cũ dixisset, statim discessit ab eo lepra & mũdatus est. Et cõminatus est ei, statimq; eiecit illũ, & dicit ei: Vide nemini dixeris, sed vade: ostẽde te pn cipi sacerdotũ, & offer pro emundatione tua que precepit Moyses in testimoniũ illis. Et egressus cepit predicare & diffamare sermonẽ ita vt iam non posset manifeste introire in ciuitatem sed foris i desertis locis esse

ꝙ cõueniebãt ad eũ vndiqꝫ.

¶ Feria.iij. Ex. 1. Reg. L. 1

Onfortatus est autẽ Dauid ī dño deo suo: ꝙ ait ad Abiathar sacerdotẽ filiũ Iehimelech: Applica ad me ephod, ꝙ applicauit Abiathar ephod ad Dauid, ꝙcõsuluit Dauid dñm dicens Persequar latrũculos hos, ꝙ cõprehendã eos, an non? Dixitqꝫ ei Dñs: Persequẽre, absqꝫ dubio eos cõprehẽdes ergo Dauid ipse ꝙ exercẽti venerunt vsqꝫ ad torrẽtẽ Besor, ꝙ ibi quidã subsiterunt. Persecutus est autẽ Dauid ipse ꝙ quadraginti viri substiterant enim ducenti, qui lassi transire non poterant torrentem Besor: ꝙ inuenerunt virũ Egyptium in agro ꝙ adduxerunt eũ ad Dauid, dederuntqꝫ ei panẽ vt comederet, ꝙ biberet aquã, sed ꝙ fragmen massę caricarum, ꝙ duas ligaturas vuę passę. Quę cum comedisset reuersus est spiritus eius, ꝙ refocillatus est, non enim comederat panẽ, neqꝫ biberat aquã tribus diebus, et tribus noctibus. Dixit itaqꝫ ei Dauid, Cuius es tu? vel vnde? ꝙ quo pgis. Qui ait: Puer Egyptius ego sum, seruus viri Amalecite: dereliquit autẽ me Dñs meus quia egrotare cepi nudiustertius. Siquidem nos erupimus ad australem plagã Cerethi ꝙ contra Judã ꝙ ad meridiem Caleb, ꝙ Siceleg succendimus ignẽ. Dixitque ei Dauid: Potes me ducere ad cuneum istũ? Qui ait, Jura mihi p deum qõ non occidas me, ꝙnõ tradas me in manus domini mei, ꝙ ego ducã te ad cuneũ istum. Qui cũ duxisset eũ ecce illi discumbebant super faciẽ vniuerse terre comedẽtes ꝙ bibentes, ꝙ quasi festũ celebrantes diẽ p̃o cuncta ꝓda, ꝙ spoliꝫ q̃ ceperant de terra Philistiꝫm, ꝙ de terra Juda. Et percussit eos Dauid a velpere vsqꝫ ad velperã alterius diei, ꝙ nõ euaserat eis dꝫquã nisi quadringẽti viri adolescẽtes q̃ ascenderant camelos, ꝙ fugerant.

¶ Secundum Marcum. Ca. 2.

Lectio secunda.

Iterũ intrauit Capharnaũ post dies, et auditũ est qõ in domo esset, ꝙ cõfestim cõuenerũt multi, ita vt nõ caperẽt neqꝫ ad ianuã, ꝙ loquebat eis verbũ. Et venerũt ad eũ ferẽtes paralyticũ, q̃ a quatuor portabãt. Et cũ nõ possẽt offerre eũ illi p turbã, nudauerũt tectũ vbi erat, ꝙ patefacientes

submiserũt grabatũ in quo paralyticus iacebat. Cũ au tem vidisset Jesus fidẽ illo rum, ait paralytico: Fili, di mittuntur tibi peccata tua. Erãt aũt illic quidã de scri bis sedentes ⁊ cogitãtes in cordibus suis: ¶ Q hic sic lo quitur? blasphemat: ¶ s quis potest dimittere peccata, nisi solus deus? Quo statim co gnito Jesus spiritu suo ꝑa sic cogitarent intra se, dixit illis: Quid ista cogitatis in cordibus vestris? quid est facilius dicere paralytico: Dimittuntur tibi peccata, an dicere: Surge tolle grabatũ tuũ, ⁊ ambula? Ut aũt sciatis ꝙa filius hominis ha bet potestatẽ in terra dimittẽdi peccata (ait paralytico) tibi dico surge, tolle grabatũ tuũ, ⁊ vade in domũ tuã Et statim surrexit ille, ⁊ sublato grabato abijt inde coram omnibus, ita vt mirarẽtur oẽs et honorificarent deũ, dicentes: quia nunquã sic vidimus. ¶ Et egressus est rursus ad mare omnis turba veniebat ad eũ, et docebat eos. Et cũ ꝓteriret vidit Leui Alphei sedẽtem ad teloniũ ⁊ ait illi: Sequere me. Et surgens secutus est eũ. Et factũ est cũ accũberet in domo illius, multi publicani ⁊ peccatores simul discumbebant cũ Jesu ⁊ discipulis eius, erãt enim multi ⁊ sequebantur eum. Et scribe ⁊ pharisei videntes quia manducaret cũ publicanis ⁊ peccatoribus, dixerũt discipulis eius. Quare cũ publicanis ⁊ peccatoribus mãducat et bibit magister vester? Hoc audito Jesus ait illis: Non necesse habẽt sani medico, sed qui male habent: non enim veni vocare iustos sed peccatores. ¶ Et erant discipuli Joannis et pharisẽorũ ieiunãtes, ⁊ veniunt ⁊ dicunt illi: Quare discipuli Joannis ⁊ pharisẽorũ ieiunant, tui aũt discipuli non ieiunãt? Et ait illis Jesus: Numqd possunt filij nuptiarũ quãdiu sponsus cum illis est ieiunare? quanto tẽpore habẽt secum sponsum nõ possunt ieiunare. Venient aũt dies cũ auferetur ab eis spõsus, ⁊ tũc ieiunabunt in illis diebus. Nemo assumentũ pãni rudis assuit vestimento veteri, alioquin aufert supplementum nouum a veteri, et maior scissura fit. Et nemo mittit vinũ nouũ in vtres veteres, alioquin dirumpet vinũ vtres, ⁊ vinũ effundetur, ⁊ vtres peribunt sed vinum nouum in vtres nouos mitti debet.

¶ Feria.iiij.ex.1.Reg.Le.1

ERuit ergo Dauid om nia que tulerāt Ama lecite, et duas vxores suas eruit. Nec defuit quicquam a paruo vsq; ad magnū, tā de filijs quā de filiabus, & de spoljs, & quecūq; rapuerāt omnia reduxit Dauid. Et tulit vniuersos greges, & ar menta, & minauit ante faciē suam, dixerūtq;, Hec est pre da Dauid. Venit autē Da uid ad ducētos viros, q̄ las si substiterant, nec sequi po terant Dauid, & residere eos fusserat in torrente Beloz, qui egressi sunt obuiā Da uid, & populo qui erat cū eo. Accedens aūt Dauid ad po pulū, salutauit eos pacifice. Rndensq; ois vir pessimus & iniquus de viris qui ierāt cū Dauid, dixit: Quia non venerūt nobiscū, non dabi mus eis quicquā de preda quā eruimus, sed sufficiat vnicuiq; vxor sua et filij ās cū acceperit, recedāt. Dixit aūt Dauid: Nō sic facietis fratres mei de his que tradi dit nobis dñs & custodiuit nos, & dedit latrūculos, qui eruperāt aduersum nos, in manus nostras, nec audiet vos quisquā sup sermone hoc, equa enim pars erit descendentis ad prelium, et remanentis ad sarcinas, et si militer diuident. Et factum est hoc ex die illa & deinceps constitutū, et prefinitum, & quasi lex in Jsrael vsque in diem hanc. Venit ergo Da uid in Siceleg, & misit dona de preda senioribus Juda proximis suis, dicēs, Accipi te benedictionē de preda ho stium dñi. His qui erant in Bethel, et q̄ in Ramoth ad meridiē, & qui in Gether, et qui in Aroer, & q̄ in Sepha moth, et qui in Esthamo & qui in Rachal, & qui in vr bibus Jerameel & qui in vr bibus Ceni & qui in Hara ma, & qui in lacu Asan, & qui in Athach, & qui in Hebron & reliquis qui erāt in his lo cis in quibus cōmorat⁹ fue rat Dauid ipse & viri eius.

¶ Secundum Marcum.

Lectio secunda.

ET factū est iterū cum sabbatis ambularet p sata, & discipuli eius ceperūt pgredi & vellere spicas. Pha risei autem dicebāt ei: Ecce quid faciūt discipuli tui sab batis quod nō licet? Et ait illis: Nunquā legistis quid fecerit Dauid, quando necef sitatē habuit & esurijt ipse, & qui cū eo erant? quō introi uit in domū Dei sub Abia thar principe sacerdotū, & pa nes propositiōis manducā uit quos nō licebit manduca

rare nisi solis sacerdotibus, & dedit eis & qui cū eo erāt? Et dicebat eis: Sabbatum propter hominē factū est, et nō hō ppter sabbatū. Itaq; dñs est filius hois, etiā sabbati. ¶ Et introiuit iterum in synagogā et erat ibi homo habēs manū aridā. Et observabāt eū si sabbatis curaret, vt accusarent illū. Et ait homini habenti manum aridā. Surge in mediū. Et dicit eis: Licet sabbatis benefacere, an malefacere? animam saluā facere, an perdere? At illi tacebāt. Et circūspiciēs eos cū ira contristatus sup cecitate cordis eorū, dicit homini: Extende manū tuam. Et extendit, et restituta est manus illi. Exeuntes autē pharisei statim cū Herodianis consilium faciebant aduersus eum q̄o eum perderent. Jesus autē cum discipulis suis secessit ad mare, et multa turba a Galilea et Judea secuta est eū, & ab Jerosolymis et ab Idumea et trans Jordanē, et qui circa Tyrū & Sidonē multitudo magna audientes que faciebat venerūt ad eū. Et dixit Jesus discipulis suis vt navicula sibi deseruiret ppter turbā, ne comprimerent eum: multos enim sanabat ita vt irruerent in eum vt illum tangerent quotquot habebant plagas. Et spiritus immundi cum illum videbant, procidebant ei & clamabant dicentes: Tu es filius Dei. Et vehementer comminabatur eis ne manifestarent illū. Et ascendens in mōtem, vocauit ad se quos voluit ipse, & venerunt ad eum. Et fecit vt essent duodecim cum illo & vt mitteret eos predicare. Et dedit illis potestatem curandi infirmitates, et ejciendi demonia. Et imposuit Simoni nomen Petrus, & Jacobum Zebedei & Joannem fratrem Jacobi: & imposuit eis nomina Boanerges, qđ est filij tonitrui, & Andream et Philippum et Bartholomeum et Matthaeum et Thomam et Jacobum Alphei, et Thaddeum et Simonem Cananeum, et Judam Iscariothem qui & tradidit illum.

¶ Feria quinta. Ex primo Regum. Lectio prima.

ca.31. Philisthijm autem pugnabant aduersum Israel: et fugerunt viri Israel ante faciē Philisthijm, et ceciderunt interfecti in monte Gelboe. Irruerunt que Philisthijm in Saul et in filios eius & percusserunt Jonathan et Abinadab et

Melchisua filios Saul, to-
tumq; pondus pzelij verſũ
eſt in Saul, et conſecuti ſũt
eũ viri ſagittarij, & vulnera
tus eſt vehemẽter a ſagitta
rijs. Dixitq; Saul ad armi
gerũ ſuũ: Euagina gladiũ
tuum, & percute me, ne forte
veniant incircũciſi iſti, & in-
terficiãt me illudẽtes mihi.
Et noluit armiger eius: fue-
rat enim nimio terrore per
territus, arripuit itaq; Saul
gladiũ ſuũ, & irruit ſup eũ.
Quod cũ vidiſſet armiger
eius, videlicet qõd moztuus
eſſet Saul, irruit etiã iple
ſup gladiũ ſuũ, & moztuus
eſt cũ eo. Moztuus eſt ergo
Saul, & tres filij eius, & ar-
miger illius, & vniuerſi viri
eius in die illa pariter. Vi-
dẽtes aũt viri Iſrael q̃ erãt
trans vallẽ & trãs Jozdanẽ
qõd fugiſſent viri Iſraelite,
& quod moztuus eſſet Saul
& filij eius, reliquerunt ciui
tates ſuas & fugerũt: vene-
runtq; Philiſthijm & habi-
tauerunt ibi. Facta aũt die
altera, venerũt Philiſthijm
vt expoliarẽt interfectos, et
inuenerunt Saul & tres fi-
lios eius iacentes in monte
Gelboe. Et pzeciderunt ca-
put Saul, & expoliauerunt
eũ armis: & miſerũt i terrã
Philiſthinozũ per circumi-
tũ, vt annũtiaretur in tem-
plo idolozũ & in populis. Et
poſuerũt arma eius in tem
plo Aſtaroth, corpꝰ vero eius
ſuſpenderũt in muro Beth
ſan. Quod cũ audiſſent ha-
bitatores Jabes Galaad,
quecũq; fecerãt Philiſthijm
Saul, ſurrexerunt oẽs viri
fortiſſimi, & ambulauerunt
tota nocte, & tulerũt cadauer
Saul, & cadauera filiorũ eius
de muro Bethſã: venerũq;
Jabes Galaad, & cõbuſſerũt
ea igni, & tulerũt oſſa eorũ &
ſepelierũt in nemore Jabes
& ieiunauerũt ſeptẽ diebus.

℣ Secunda Marcũ. Lec. ij

ET venĩt ad domum,
& cõuenit iterũ turba,
ita vt nõ poſſent neq; panẽ
manducare. Et cũ audiſſent
ſui, exierunt tenere eũ, dice-
bat enim: Mens in furoze verſa
eſt. Et ſcribe qui ab Jeroſo
lymis deſcenderãt, dicebãt:
Mens Beelzebub habet, & qa
in principe demoniozũ eiicit
demonia. Et cõuocatis eis,
in parabolis dicebat illis:
Mõo poteſt ſatanas ſatanã
eijcere? Et ſi regnũ in ſe di-
uidatur, nõ poteſt regnum
illud ſtare. Et ſi domus ſu
per ſemetipſam diſpartiat,
non poteſt domus illa ſtare.
Et ſi ſatanas cõſurrexerit
in ſemetipſum, diſpartitus
eſt, & non poterit ſtare, ſed ſi
nẽ habet. Nemo poteſt va-

la foztis ingressus in domū
dicipere, nisi prius foztē alli
get, & tunc domū eius diri-
piet. Amen dico vobis qm
omnia dimittētur filijs ho-
minū peccata & blasphemie
quibus blasphemauerint: q
aūt blasphemauerit in spm
sanctū nō habebit remissio-
nem imeternū sed reus erit
eterni delicti, qm dicebant.
Spiritum immundū habet
¶ Et veniunt mater eius &
fratres & foris stantes mise
runt ad eū vocātes eū: & se
debat circa eū turba, & dicūt
ei: Ecce mater tua & fratres
tui foris querūt te. Et re-
spondēs eis ait: Que est ma
ter mea et fratres mei? Et
circūspiciens eos qui in cir
cuitu eius sedebāt ait: Ec
ce mater mea & fratres mei.
Qui em fecerit voluntatē
dei, hic frater meus
mea & mater est. ¶ Et iterū
cepit docere ad mare, & cōgre
gata est ad eū turba multa,
ita vt nauim ascendens sede
ret in mari & oīs turba cir-
ca mare super terrā erat, et
docebat eos i parabolis mul
ta, & dicebat illis in doctrina
sua. Judite: Ecce exijt semi
nās ad seminandū. Et dum
seminat, aliud cecidit circa
viā, & venerūt volucres ce-
li & comederūt illud. Aliud
vero cecidit sup petrosa vbi
non habuit terrā multā, et
statim exoztū est, qm nō ha
bebat altitudinem terre, et
quando exoztus est sol, exe-
stuauit, & eo quod nō habe-
bat radicē, exaruit. Et aliud
cecidit in spinas. et ascende-
runt spine & suffocauerunt
illud, & fructū non dedit. Et
aliud cecidit in terrā bonā,
& dabat fructū ascendentem
& crescentē, & afferebat vnū
trigesimū, & vnum sexagesi-
mum, & vnū centesimū. Et
dicebat. Qui habet aures
audiendi audiat. Et cū esset
singularis, interrogauerūt
eū hi qui cū eo erāt duode-
cim parabolā, & dicebat eis:
Vobis datū est nosse mystē
rium regni Dei, illis autē q
foris sunt in parabolis oīa
fiunt vt videntes videāt: &
non videant, & audiētes au
diant et non intelligant, ne
quando conuertantur, & di-
mittantur eis peccata.

¶ Feria tertia. Secundus li
ber Samuelis, quē nos se
cundū Regū dicimus. L. i.

cap. i.

HActū est autē postquā
moztuus est Saul, vt
Dauid reuerteretur a cede
Amalec, & maneret in Sice-
leg duos dies. In die autem
tertia apparuit hō veniens
de castris Saul veste con-
scissa, & puluere conspersus
caput, & vt venit ad Dauid,

cecidit super faciē suā. & adorauit. Dixitq; ad eū Dauid: Unde venis. Qui ait ad eū: De castris Israel fugi. Et dixit ad eū Dauid: Quod est verbū, quod factū est indica mihi. Qui ait: Fugit populus ex prelio, & multi cozruēres e populo moztui sūt, sed & Saul et Jonathas filius eius interierūt. Dixitq; Dauid ad adolescentē qui nuntiabat ei: Unde scis qa moztuus est Saul & Jonathas filius eius? Et ait adolescēs qui nūtiabat ei: Casu veni in montē Gelboe, et Saul incūbebat super hastā suā: pozro currus & equites appzopinquabāt ei & cōuersus post tergum suum, vidēs q̄ me vocauit: Qui cū respondissem: Adsum, dixit mihi: Quisnam es tu? Et aio ad eū: Amalecites ego sum. Et locutus est mihi: Sta super me, & interfice me quoniam tenent me angustie, & adhuc tota anima mea in me est. Stans q̄ super eū, occidi illum, sciebam enī quod viure non poterat post ruinā, & tuli diadema quod erat in capite eius, et armillam de bzachio illius, & attuli ad te dominum meum huc. Appzehendens autē Dauid vestimēta sua scidit, omnes q̄ viri qui erant cū eo, & plāxe runt, & fleuerunt, et ieiunauerunt vsq; ad vesperam super Saul, & super Jonathā filiū eius, & super populum dñi, & super domum Israel eo quod cozruissent gladio. Dixitq; Dauid ad iuuenē qui nūtiauerat ei, Unde es tu? Qui respondit: Filius hois aduene Amalecite ego sum. Et ait ad eum Dauid Quare non timuisti mittere manum tuam, vt occideres chzistum dñi? Vocāsq; Dauid vnū de pueris suis ait: Accedens irrue in eum. Qui percussit illum, & moztuus est. Et ait ad eum Dauid: Sanguis tuus sup caput tuū: os enī tuū locutū est aduersum te, dicēs: Ego interfeci chzistum domini.

¶ Secundū Marcū. Lectio.

ET ait illis: Nescitis parabolā hanc: & quō omnes parabolas cognoscetis? Qui seminat verbū seminat. Hi autē q̄ sunt circa viā, vbi seminatur verbum et cum audierint, confestim venit satanas & aufert verbum quod seminatū est in cozdibus eozū. Et hi sunt q̄ militer qui super petrosa seminantur: qui cum audierint verbum, statim cū gaudio accipiūt illud, et non habent radicem in se, sed temporales sunt, deinde ozta tri

bulatione vel persecutione
propter verbum, confestim
scandalizātur. Et alij sunt
qui in spinis seminantur, hi
sunt qui verbum audiunt,
et erumne seculi et deceptio
diuitiarum et circa reliqua
concupiscentie introeuntes
suffocant verbum, et sine
fructu efficitur: et hi sunt q̄
super terram bonam semi-
nati sunt qui audiunt ver-
bum et suscipiunt, et fructi-
ficant, vnum trigesimum,
vnum sexagesimum, & vnū
centesimum. Et dicebat il-
lis: Numquid venit lucer-
na vt sub modio ponatur,
aut sub lecto? Nonne vt su
per candelabrum ponatur?
Non est enim aliquid ab-
conditum, quod non mani
festetur: nec factum est occul
tum, quod non veniat in pa
lā. Si quis habet aures au
diendi audiat: Et dicebat
illis: Videte quid audiatis.
In qua mensura mensi fueri
tis, remetietur vobis. Qui
enim habet dabitur illi, et q̄
non habet, etiā q̄ habet au
feretur ab eo. Et dicebat: Sic
est regnū dei, quēadmodum
si homo iaciat sementem in
terrā, & dormiat et exurgat
nocte & die, & semē germinet
et increscat dum nescit ille.
Ultro enim terra fructifi-
cat: primum herbam, deinde
spicā, deinde plenū frumen
tum in spica. Et cum se pro
duxerit fructus, statim mit-
tit falcē q̄m adest messis. Et
dicebat: Cui assimilabim⁹
regnū dei? aut cui parabole
cōparabimus illud? Sicut
granū sinapis, q̄d cum semi
natū fuerit in terra, minus
est omnibus seminibus que
sunt in terra, & cū natū fue
rit ascendit in arborē, et fit
maius omnibus oleribus,
et facit ramos magnos, ita
vt possint sub vmbra eius
aues celi habitare. Et tali-
bus multis parabolis loq̄-
batur eis verbū, prout pote
rant audire: sine parabola
aūt nō loquebatur eis: seor
sum aūt discipulis disse-
rebat omnia. ¶Et ait illis in
illa die, cū sero esset factum.
Transeamus contra. Et di
mittētes turbā assumit eū,
ita vt erat in naui, & alie na
ues erant cum illo. Et facta
est procella magna venti, et
fluctus mittebat in nauim,
ita vt impleret⁹ nauis. Et
erat ipse in puppi super cer-
uical dormiens: et excitant
eum, & dicunt illi: Magister
non ad te pertinet quia peri
mus. Et exurgens cōmina
tus est vento et dixit mari:
Tace obmutesce. Et cessa-
uit ventus, & facta est tran-
q̄llitas magna. Et ait illis:

Quid timidi estis? necdum habetis fidē. Et timuerunt timore magno, & dicebāt ad alterutrū: Quisputas est iste, quia et ventus & mare obediunt ei.

¶ Sabbato ex. ij. Reg. I.

PLanxit autem Dauid planctum huiusce modi super Saul & sup Jonathā filiū eius: & præcepit vt docerent filios Juda arcū sicut scriptū est in libro iustorū & ait: Considera Israel pro his qui mortui sunt super excelsa tua vulnerati. Inclyti Israel sup mōtes tuos interfecti sunt, quō ceciderūt fortes. Nolite annunciare in Geth, neq; annūtietis in cōpitis Ascalonis, ne forte lętētur filie Philisthiim, ne exultent filie incircūcisorū. Montes Gelboe, nec ros, nec pluuia veniāt sup vos, neq; sint agri primitiarum, quia ibi abiectus est clypeus fortiū, clypeus Saul quasi non esset unctus oleo. A sanguine interfectorū, ab adipe fortiū, sagitta Jonathe nū quā rediit retrorsum, & gladius Saul nō est reuersus inanis. Saul et Jonathas amabiles, et decori valde in vita sua, in morte quoq; nō sunt diuisi, aquilis velociores, leonibus fortiores. Filij Israel super Saul flete, qui vestiebat vos coccino in delicijs, qui præbebat ornamenta aurea cultui vestro. Quomodo ceciderunt fortes in prelio. Jonathas in excelsis tuis occisus est. Doleo super te frater mi Jonathā decore nimis, & amabilis super amorē mulierum. Sicut mater unicum amat filiū suum, ita ego te diligebā. Mūo ceciderunt robusti & perierunt arma bellica?

¶ Secundū Marcū. I. ca. 5

ET venerūt trās fretū maris in regionē Gerasenorū. Et exeunti ei de naui, statim occurrit de monumentis homo in spiritu immundo, qui domicilium habebat in monumentis, et neq; catenis iā quisquā poterat eum ligare: quoniam sepe compedibus et catenis vinctus dirupisset catenas, & cōpedes comminuisset et nemo poterat eū domare: & semper die ac nocte in montibus erat mentis & in montibus erat clamans & concidens se lapidibus. Videns aūt Jesum a longe cucurrit & adorauit eum, & clamans voce magna dixit: Quid mihi et tibi Jesu fili Dei altissimi? adiuro te p Deum ne me torqueas. Dicebat enim illi: Exi spiritus immunde ab hoīe isto. Et interrogabat eū: Quod

tibi nomen est? Et dicit ei: Legio mihi nomē est: quia multi sumus. Et deprecabatur eū multū, ne se expelleret extra regionem. Erat aūt ibi circa montē grex porcorum magnus, pascens in agris. Et deprecabantur eū spiritus dicētes: Mitte nos in porcos, vt in eos introeamus. Et cōcessit eis statim Jesus. Et exeuntes spiritus immundi, introierūt in porcos: et magno impetu grex precipitatus est in mare, ad duo millia, & suffocati sunt in mari. Qui autē pascebāt eos fugerūt, & nuntiauerūt in ciuitatem & in agros. Et egressi sunt videre qđ esset factū, & venerūt ad Jesum, & vident illū qui a demonio vexabatur, sedentē vestitū, & sane mentis & timuerunt. Et narraueruntillis, q̄ viderant qualiter factum esset ei qui demoniū habuerat, & de porcis. Et rogare cepērt eū vt discederet de finibus eorū. Cum q̄ ascenderet nauim, cepit illū deprecari qui a demonio vexatus fuerat vt esset cū illo, & non admisit eū sed ait illi: Vade in domum tuā ad tuos, & annuntia illis quāta tibi dñs fecerit, & misertus sit tui. Et abiit, & cepit predicare in Decapoli quanta sibi fecisset Jesus, & omnes mirabātur.

¶ Et cum transcendisset Jesus in naui rursum transfretū, cōuenit turba multa ad eū & erat circa mare. Et venit quidam de archisynagogis nomine Jairus, & videns eum procidit ad pedes eius, & deprecabatur eū multum dicens: qm filia mea in extremis est: Veni, impone manum tuā super eā, vt salua sit & viuat: & abijt cū illo & sequebatur eū turba multa, & compzimebant eum.

¶ Dñica. xix. post pente. ex tertio libro Regū. Lec. i.

ADixit Elias Thelbites de habitatoribus Galaad, ad Achab, viuit dominus deus Israel, in cuius cōspectu sto, si erit annis hisros & pluuia, nisi iuxta oris mei verba. Et factū est verbū dñi ad eum dicens: Recede hinc, & vade contra orientem, & absconde in torrente Carith, q̄ est contra Jordanē & ibi de torrente bibes corruis q̄ precepi vt pascant te ibi. Abijt ergo & fecit iuxta verbum domini: cumq̄ abijsset, sedit in torrēte Carith, qui est contra Jordanem. Corui quoque deferebant ei panem et carnes mane, similiter panē & carnes velperi, & bibebat de torrente. Post dies autē aliquan-

Ca. 17

tos siccatus est toztens nō
enim pluerat super terram.
Factus est ergo sermo dñi
ad eum dicens: Surge & va
de in Sareptha Sidoniozū
& manebis ibi. pzecepi enim
ibi mulieri vidue vt pascat
te. Surrexit & abijt in Sa-
reptha: cūq; venisset ad poz
tā ciuitatis, apparuit ei mu
lier vidua colligens ligna, et
vocauit eam, dixitq; ei: Da
mihi paululū aque in vase,
vt bibā. Cūq; illa pergeret,
vt afferret, clamauit pst ter
gum eius dicēs: Affer mihi
obsecro & buccellā panis in
manu tua. Que respondit,
Viuit dñs deus tuus, quia
non habeo panē, nisi quan-
tū pugillus capere potest fa
rine in hydzia, et paululum
olei i lecytho: en colligo duo
ligna, vt ingrediar, & faciam
illud mihi & filio meo vt co-
medamus et moziamur.

¶ Secundū Marcū. Lect. ij

Et mulier que erat in
pfluuio sanguinis an
nis duodecī, & fuerat multa
perpessa a compluribus me
dicis, & erogauerat oīa sua,
nec quicquā pzofecerat, sed
magis deterius habebat, cū
que audisset de Jesu, venit
in turba retro, & tetigit ve-
stimentū eius, dicebat enī:
Quia si vel vestimentum
eius tetigero salua ero. Et
cōfestim siccatus est fons
sanguinis eius, & sensit coz-
pore quia sanata esset a pla-
ga. Et statim Jesꝰ in semet
ipso cognoscens virtutem q̄
exierat de illo, conuersus ad
turbam aiebat, Quis tetī-
git vestimenta mea? Et di-
cebāt ei discipuli sui: Vides
turbā cōprimentem te & di-
cis: Quis me tetigit? Et circ
cūspiciebat videre eā q̄ hoc
fecerat. Mulier vero timēs
et tremens, sciens quod fa-
ctum esset in se, venit & pzo-
cidit ante eū, & dixit ei oēm
veritatem. Ille autem dixit
ei, Filia, fides tua te saluam
fecit, vade in pace & esto sana
a plaga tua. Adhuc eo loquē
te veniunt nuntij ab archi-
synagogo dicentes, Quia, fi
lia tua moztua est, qd vltra
vexas magistrū? Jesus aūt
audito verbo quod dicebat
ait archisynagogo. Noli ti
mere, tantūmodo crede. Et
non admisit quenquā se sēq
nisi Petrum & Jacobum et
Joannem fratrem Jacobi.
Et veniunt in domū archi-
synagogi, & vidit tumultū,
& flentes, & ciulātes multū.
Et ingressꝰ ait illis: Quid
turbamini et plozatis? puel
la non est moztua, sed doz
mit. Et irridebant eum. Ip
se vero eiectis omnibus, as-

et qui secum erant & ingrediuntur vbi puella erat iacens. Et tenens manū puelle, ait illi Talithacumi, qđ est interpretatum Puella,ti dico surge: & cōfestim surrexit puella, et ambulabat: erat autē annozū duodecim Et obstupuerūt stupoze magno. Et precepit illis vehementer vt nemo id sciret et iussit dari illi manducare.

¶ Et egressus inde, abiit in patriam suā, et sequebātur eum discipuli sui. Et facto sabbato cepit in synagoga docere, et multi audientes admirabantur in doctrina eius,dicentes: Unde huic hec omnia? & que est sapiētia que data est illi, et virtutes tales que per manus eius efficiuntur? Nonne hic,est faber filius Marie frater Jacobi & Joseph & Jude & Simonis,nōne & sozozes eius hic nobiscum sunt? Et scandalizabantur in illo. Et dicebat illis Jesus: Quia nō est propheta sine honoze,nisi in patria sua, & in domo sua,et in cognatione sua. Et non poterat ibi virtutē vllam facere, nisi paucos infirmos impositis manibus curauit & mirabatur propter incredulitatem eozum, & circumibat castella in circumitu docens.

¶ Tertia lectio secundum Mattheum.

In illo tēpoze: Loquebatur Jesus principibus sacerdotum, parabolā hanc. Simile factum est regnum celozum,homini regi qui fecit nuptias filio suo. Et reliqua. ca.22

¶ Homelia sancti Gregorii pape.

Textum lectionis euāgelice fratres charissimi volo (si possum) sub breuitate transcurrere, vt in sine eius valeam ad loquendum largius vacare. Sed querendum prius est an hec apud Mattheum ipsa sit lectio,que apud Lucā sub appellatione cene describitur. Et quidem sunt nonnulla que sibi dissona esse videtur quia hic prandium,illic cena memozatur. Hic qui ad nuptias non dignis vestibus intrauit repulsus est,illic nullus intrasse dicitur qui repulsus esse perhibeat. Mua ex re recte colligitur q & hic per nuptias presens ecclesia et illic per cenam eternum & vltimum conuiuium designatur, quia et hanc nonnulli exituri intrant & ad illud quisquis semel intrauerit vlterius non exibit. Et si quis fozte contendat hanc eandem esse lectionem,

rgo melius puto(salua fide) alieno intellectui cedere, q̃ contentionibus deseruire. Mth ꝫ intelligi congrue foꝛ stan potest, quia de pꝛoiecto eo qui cū nuptiali veste nō venerat: quod Lucas tacuit Matthæus dixit. Quod veꝛo per aliū cena, per hunc autē pꝛandiū dicitur: nequaq̃ vel hoc nostre intelligentie obsistit: quia cū ad hoꝛā noua apud antiquos quotidie pꝛandiū fieret, ipsum quoq̃ pꝛandiū cena vocabat. Oto.

OMnipotens ꝫ misericoꝛs deus vniuersa nobis aduersantia pꝛopitiꝰ exclude: vt mente, ꝫ coꝛpoꝛe pariter expediti, q̃ tua sunt, liberis mētibꝰ exeq̃mur: p. ¶ Feria secūda ex tertio Regum. Lectio pꝛima.

HIo quā Elias ait. Noli timere sed vade, et fac sicut dixisti: verūtamen mihi pꝛimū fac de ipsa farinula subcinericiū panē parvulū, ꝫ affer ad me: tibi aūt ꝫ filio tuo facies postea. Hec autē dicit dñs deus Jsrael: Hydꝛia farine non deficiet, ner lecythus olei minuetur vsq̃ ad diē in qua dominus daturus est pluuiam super faciem terre. Que abiit et fecit iuxta verbum Elie, et comedit ipse, ꝫ illa ꝫ domus eius, ꝫ ex illa die hydꝛia farine non defecit, ꝫ lecythus olei non est imminutus, iuxta verbum dñi quod locutꝰ fuerat in manu Elie. Factū est autē post verba hec egroꝛ tauit filiꝰ mulieris matris familias, ꝫ erat lāguoꝛ eius foꝛtissimus, ita vt nō remaneret in eo halitus. Dixit ergo ad Eliam: Quid mihi ꝫ tibi vir dei? Ingressus es ad me vt rememoꝛarentur iniquitates mee, ꝫ interficeres filium meum? Et ait ad eā. Da mihi filiū tuū. Tulit q̃ eum de sinu eius, ꝫ pꝛotauit in cenaculum vbi ipse manebat, ꝫ posuit sup lectulum suum ꝫ clamauit ad dominū, ꝫ dixit: dñe deus meꝰ etiāne viduā apud quā ego vtcumq̃ sustentoꝛ, afflixisti vt interficeres filium eius? Et expandit se, atq̃ mensus est sꝰper puerū tribus vicibus, ꝫ clamauit ad dominū ꝫ ait: Dñe deus meus reuertatur obsecro anima pueri huius in viscera eius. Et exaudiuit dñs vocē Elie, et reuersa est anima pueri intra eum, ꝫ reuixit. Eulitq̃ Elias puerum, et deposuit eum de cenaculo in inferioꝛem domum, ꝫ tradidit matri suę, ꝫ ait illi: En viuit filius tuus. Dixitq̃ mulier ad Eliam: Nunc in isto cognouī quoniam vir Dei es

tu,& verbum domini in ore ego verum est.

¶ Secundū Marcū, Lect.ij.

ET vocauit duodecim & cepit eos mittere binos et dabat illis potestatē spirituum immundorū. Et precepit eis ne quid tollerēt in via,nisi virgā tantū non perā,non panem, neq; in zonā es,sed calceatos sandaliis,et ne induerentur duabꝰ tunicis. Et dicebat eis: Quocūq; introieritis in domum,illic manete donec exeatis inde,& quicūq; non receperint vos, nec audierint, exeuntes inde excutite pulverem de pedibus vestris in testimoniū illis. Et exeuntes predicabant vt penitentiam ageret,& demonia multa eiciebāt,& vngebāt oleo multos egros,& sanabātur. ¶ Et audiuit rex Herodes (manifestū enim factum est nomē eius) & dicebat: Quia Joānes baptista resurrexit a mortuis, & propterea virtutes operantur in illo. Alij autem dicebant: quia Elias est. Alij vero dicebāt: Quia propheta est, quasi vnus ex prophetis. Quo audito Herodes ait: Quem ego decollaui Joannē, hic a mortuis resurrexit. Ipse enim Herodes miſit ac tenuit Joannē et vinxit eum in carcere propter Herodiadem vxorem philippi fratris sui,qa duxerat eam. Dicebat enim Joannes Herodi: Non licet tibi habere vxorē fratris tui. Herodias autem insidiabatur illi, et volebat occidere eum,nec poterat. Herodes autē metuebat Joannem, sciens eum virū iustū & sanctum, et custodiebat eum et audito eo multa faciebat,et libenter eum audiebat. Et cum dies opportunus accidisset, Herodes natalis sui cenā fecit principibus et tribunis & primis Galilee. Cū q; introisset filia ipsius Herodiadis et saltasset et placuisset Herodi,simulq; recūbentibus,rex ait puelle: Pete a me quod vis,et dabo tibi,et iurauit illi: Quia quic quid petieris dabo tibi licet dimidium regni mei. Que cum exisset,dixit matri sue: quid petā? At illa dixit: Caput Joānis baptiste. Cūq; introisset statim cū festinatione ad regē petiuit dicēs. Volo vt protinus des mihi in disco caput Joannis baptiste. Et contristatus est rex propter iusiurandum,& propter simul discumbentes noluit eam contristare,sed miſso speculatore precepit afferre caput eius in disco,& decollauit eum in carcere: et

attulit caput eius in disco,& dedit illud puelle, et puella dedit matri sue. Quo audito discipuli eius,venerũt et tulerunt corpus eius,& posuerũt illud in monumẽto.

¶Feria tertia ex lib. tertio Regum. Lectio prima.

Cap.18 Post dies multos factũ est verbũ dñi ad Eliã, in anno tertio,dicens: Vade & ostende te Achab, vt dem pluuiam super faciem terre. Iuit ergo Elias,vt ostenderet se Achab:erat autem fames vehemẽs in Samaria. Vocauitq; Achab Abdiã dispensatorem domus sue. Abdias aũt timebat dñm deũ valde. Mã cum interficeret Iezabel prophetas dñi,tulit ille centũ prophetas,& abscondit eos quinquagenos & quinquagenos in spelũcis et pauit eos pane et aqua. Dixit ergo Achab ad Abdiã. Vade in terram ad vniuersos fontes aquarũ,& in cunctas valles:si forte possimꝰ inuenire herbam et saluare equos & mulos,& non penitus iumenta intereant. Diuiserunt q; sibi regiones,vt circumirent eas: Achab ibat per viam vnam,& Abdias p viam alteram seorsum. Cũq; esset Abdias in via, Elias occurrit ei,qui cum cognouisset eum,cecidit super faciem suam,& ait: Non tu es domine mi Elias? Cui ille respondit: Ego, Vade & dic dño tuo: Adest Elias. Et ille: Quid peccaui inquit,quꝫ tradis me seruũ tuũ in manu Achab vt interficiat me? Viuit dñs deus tuus,quia non est gens aut regnum,in quo non miserit dñs meus te requirens,& respondentibus cunctis. Non est hic,adiurauit regna singula,& gentes,eo q; minime reperireris. Et nunc tu dicis mihi: Vade et dic dño tuo: Adest Elias. Cumq; recessero a te spiritus domini asportabit te in locũ quẽ ego ignoro,et ingressus nuntiabo Achab, & non inueniens te. interficiet me. seruus aũt tuus timet dominũ ab infãtia sua. Nunquid non indicatũ est tibi domino meo quid fecerim cum interficeret Iezabel prophetas domini q; absconderim de prophetis dñi centũ viros quinquagenos & quinquagenos in spelunceis, et pauerim eos pane et aqua? Et nunc tu dicis: Vade & dic dño tuo: Adest Elias vt interficiat me. Et dixit Elias, Viuit dñs exercituũ ante cuius vultum sto,quia hodie apparebo ei.

¶Secundum Marcum. Lectio secunda.

Et conuenientes apostoli ad Iesum: Renũtiauerũt ei oĩa que egerant & docuerãt. Et ait illis: Venite seorsum in desertũ locũ & requiescite pusillũ. Erãt enĩ qui veniebant & redibãt multi & nec spatium manducandi habebant. Et ascendentes in nauim, abierunt in desertum locũ seorsum. Et viderunt eos abeuntes, & cognouerũt multi, & pedestres de omnibus ciuitatibus cucurrerũt illuc & preuenerũt eos. Et exiens vidit turbã multã Iesus, & misertus est super eos, quia erant sicut oues nõ habẽtes pastorem, & cepit illos docere multa. Et cum iam hora multa fieret, accesserũt discipuli eius dicẽtes: Desertus est locus hic, & iã hora preterijt, dimitte illos vt euntes in proximas villas & vicos, emãt sibi cibos quos manducent. Et respondens ait illis: Date illis manducare. Et dixerũt ei. Euntes emamus ducentis denarijs panes, et dabimus illis manducare. Et dicit eis, Quot panes habetis? Ite & videte. Et cũ cognouissent, dicunt: Quinq; et duos pisces: et precepit illis vt accũbere facerent oẽs secundũ cõtubernia super viridi fenũ. Et discubuerũt in partes per centenos & quinquagenos Et acceptis quinq; panibus & duobus piscibus intuens in celũ benedixit, & fregit panes, & dedit discipulis suis vt ponerent ãti eos & duos pisces diuisit oĩbus Et manducauerũt oẽs & saturati sunt. Et sustulerunt reliquias fragmentorũ duodecim cophinos plenos, & de piscibus. Erant aũt qui mãducauerũt, quinq; millia virorũ. Et statim coegit discipulos suos ascẽdere nauim, vt precederent eũ trãsfretũ ad Bethsaidã, dum ipse dimitteret populũ. ¶ Et cum dimisisset eos abiit in montem orare. Et cũ sero esset, erat nauis in medio mari, & ipse solus in terra & videns eos laborantes in remigando (erat enim ventus cõtrarius eis) & circa quartã vigiliam noctis venit ad eos ambulans supra mare, & volebat preterire eos. At illi vt viderunt eum ambulantem supra mare, putauerũt phantasma esse, et exclamauerunt. Omnes enim viderunt eum, & cõturbati sunt. Et statim locutus est cum eis et dicit eis: Confidite, ego sum nolite timere: & ascendit ad illos in nauim, et cessauit ventus: et plus magis intra se stupebant:

non enim intellexerunt de panibus: erat enim cor eorum obcecatum.

¶ Feria quarta ex tertio libro Regum. Lectio prima.

AVĪt ergo Abdias in occursum Achab, & indicauit ei venit Achab in occursum Elie. Et cum vidisset eum, ait: Tu ne es ille qui conturbas Israel, & ille ait. Nō ego turbaui Israel sed tu, & domus patris tui, qui dereliquistis mandata dñi, et secuti estis Baalim. Veruntamen nunc mitte, et congrega ad me vniuersū Israel in monte Carmeli, et prophetas Baal quadrin gentos quinquaginta, prophetas q̄ lucorum quadrin gētos, qui comedunt de mēsa Jezabel. Misit Achab ad omnes filios Israel, et congregauit prophetas in monte Carmeli. Accedens autē Elias ad omnem populum Israel ait: Usq̄ quo claudicatis in duas partes? Si dominus est Deus, sequimini illum: si autem Baal, sequimini illum: & non respondit ei populus verbum. Et ait rursus Elias ad populum: Ego remansi prophetа dñi solus, prophete autē Baal, quadrin genti & quinquagin ta viri sunt. Dentur nobis duo boues, & illi eligant sibi bouem vnū, & in frustra cedentes ponant super ligna, ignem autē non supponant & ego faciam bouē alterū, et imponā super ligna, ignem autē non supponā. Inuocate nomina deorū vestrorū, & ego inuocabo nomen dñi, et Deus qui exaudierit per ignem ipse sit Deus. Respondens omnis populus ait: Optima propositio.

¶ Secundū Marcū. Lectū.

ET cū transfretassent venerunt in terrā Genezareth & applicuerūt. Cū que egressi essent de naui, cōtinuo cognouerunt eum, et percurrentes vniuersam regionem illā ceperunt in grabatis eos qui se male habebāt circūferre vbi audiebāt eum esse: & quocūq̄ introibat in vicos vel in villas aut ciuitates, in plateis ponebant infirmos, & deprecabantur eum vt vel fimbriā vestimenti eius tangerent, & quotquot tangebant eum salui fiebant. Ca. 7.

die.7. TEmpore Diocletiani, & Maximiani imperatoriū seuiēte in Christianos persecutione ciuitas quedā Phrygie, que publice & magno ciuiū omniū consensu Christi fidem profitebatur, cū nulla ratione adduci posset: vt deos alienos adoraret, obsessa ab impiorū exercitu, vniuersa sine vllo sexus aut etatis discrimine incenditur, tanta impiorū crudelitate, vt nullus omnino ciuis huic vrbis calamitati supfuerit. Cuius beati numerosi martyrij simul ab vniuersa ciuitate suscepti, auctor et dux extitit vir pietate, & religione, magnitudine animi clarus Adauctus Italus natione. Qui multis honoribus reipublice functus, tum quoq; publicum munus in illa vrbe administrabat. Huius enim in cōfessione Christi constantiam omnis populus secutus est eoq; duce clarissimi martyrij palmā adeptus. vij. Idus Februarij.

Comitha virgo martyr.

Lectio tertia.

HAlexandrie Decio imperatore tāta in Christianos persecutio exorta est, vt nullū fidelibus iter nec die. nec nocte pateret. Nam quicunq; a furente populo comprehensus esset indicta causa vel pedibus trahebat ad mortē, vel igni succendebatur. Cū igitur demonū stimulis exagitatū vulgus nihil aliud, quam piorū sanguinē sitiret. Comitha vir ginem nobilē rapreptam, et deos adorare recusantē, imo potius execrantem: vinctis pedibus p omnes vrbis plateas trahunt fedoq; a bonis do supplicij genere discerpunt sexto idus Februarij.

Apollonia virgo martyr.

Lectio tertia.

HApolonia virgo in vrbe Alexandrina seuiente in Christianos tēpore Decij imperatoris persecutiōe, cum iam in senili etate a furente populo correpta, & ad idola perducta adorare recusaret dētes et primū effossi sunt omnes, vnde cōgestis

lignis, incensoq; rogo cõbu
sturos se minantur carnifi-
ces viuã: nisi Christum de-
testata, deos alienos adora-
ret. At illa in fide Christi cõ
stantissime perseuerans, cru
delissimã mortẽ subire ma-
luit: quã a vera pietate disce
dere. Itaq; corpore seuissi-
mis flammis ablumpto, in
uictus spiritus in celum ad
martyrũ coronam euolauit
v. Idus Februarij.

¶ Cathedra Petri apostoli
dup. ma. ad vesp. Hymnus.

QVodcunq; vinclis su
per terrã strinxerit:
Erit in astris religatũ corpo
ter. Et quod reseluit in ter
ris arbitrio. Erit solutũ su
per celi radiũ: In fine mun
di iudex erit seculi.

Gloria patri per immensa
secula. Sit tibi nate deus,
& imperij: Honor, potestas
sanctoq; spiritui: Sit trini-
tati sal⁹ individua. Per infi
nita seculorũ secula. Amẽ.

℣. Tu es pastor ouium prin-
ceps apostolorũ, tibi tradite
sũt claues regni celorũ.

OMne, qui beato Pe-
tro apostolo tuo col-
latis clauibus regni celestis
animas ligandi, atq; soluen
di pontificiũ tradidisti: con
cede, vt intercessionibus ei⁹
auxilio a peccatorũ nostrorũ
nexib⁹ liberemur: q̃ viuis.

Ad matutinũ inuitatorium. die. 22
Tu es pastor ouium prin-
ceps apostolorum, tibi tradi
dit Deus claues regni celo-
rum. Hymnus.

IAm bone pastor Petre
clemens accipe Vota
precantũ et peccati vincula,
Relolue tibi potestate tra-
dita: Qua cunctis celũ ver
bo claudis, aperis.

Sit trinitati sempiterna
gloria: Honor, potestas, at q;
iubilatio. Invnitate cui ma
net imperiũ. Ex nunc & mõ
per eterna secula. Amen.

℣. Tu es petrus, & super
hanc petrã edificabo ecclesiã
meam. Lectio tertia.

CAthedra summi põti-
ficatus, cuius hodie fe
stũ celebramus, promissa est
Petro, Cũ Christ⁹ ei dixit
vt habetur Matthei sexto-
decimo capite. Ego dico ti-
bi: qa tu es Petrus, et sup
hanc petram edificabo eccle
siam meã: & porte inferi nõ
preualebunt aduersus eam.
Et tibi dabo claues regni
celorum, Et quodcunq; li-
gaueris super terram, erit li
gatum et in celis, et quod-
cunq; solueris super terram
erit solutum & in celis. His
igitur verbis Christus ca-
thedram summi sacerdotij
Petro pollicitus antequam
pateretur, eandem tradidit

post resurrectionē: cum ter ipsi suā gregē pascendū cōmendaret. De quo sic scripsit Joānes: Dixit Simoni Petro Jesus, Simō Jona diligis me plus his? Dicit ei: Etiam domine, tu scis, ḡa amo te. Dicit ei, Pasce agnos meos. Dicit ei iterū Simon Jona diligis me? Dicit illi, Etiā domine, tu scis quia amo te. Dicit ei, Pasce agnos meos. Dicit ei tertio, Simon Jona amas me? Cōtristatus est Petrus ḡa dixit ei tertio amas me. Et dixit ei, Pasce oues meas, Petrus igitur post ascensionem Christi ad patrem cum Pontō, Galitiā, Bithyniā & Cappadociā peragrallet fidem Christi prædicando, et sermonē miraculis cōfirmā do, Antiochiā reuersus est, ibiq; cathedrā, hoc est sedem apostolicā, fixit, tenuitq; septē annos, donec tussu Dei (vt verbis vtar Marcelli pape & martyris) eam trāstulit Romā, immobilemq; locauit: vt ad commoditatem Christianoz̄ et religionis augmentum sedes summi sacerdotij et ecclesie caput esset in ea potissimum vrbe, quæ principatum orbis obtinebat. ℂ Ad laudes. Aña.

O. uodcunq; ligaueris super terram, erit ligatum et in celis, et quodcunq; solueris super terram, erit solutum et in celis, dicit dominus Simoni Petro.

℣ Ad vesperas. Hymnus.

O. uodcunq; &c. Aña. Oū esset summus pontifex terrena non metuit, sed ad celestia regna glozioꝝ migrauit

℣ Mathias apostolus dup. manus. Notandum quotiēs anno bissextili hoc festū celebratur die vigesimaquinta Februarij vt supra dictū est in regulis generalibus. die 24.

Oratio.

DEus qui beatū Mathiam Apostolozum tuozum collegio sociasti, tribue quesumus: vt eius interuentione tue circa nos pietatis semper viscera sentiamus. Per dominum.

Lectio tertia.

MAthias de numero. lxx. discipulozū adsciscitus est in apostolatum in locum Judę prodītozis. Nā post Christi ad patrē ascensum Petrus Apostolus in medio discipulozum Christi circiter. cxx. consistens, Oportet (inquit) viri fratres impleri scripturā, quā prædixit spiritus sanctus p os Dauid de Juda, qui fuit dux eozum, qui comprehenderunt Jesum: qui connumeratus erat in nobis, et

sortitus est sortē ministerij igitur (vt quidā tradunt) cū
huius. Et hic quidem posse in Macedonia primum: de-
dit agrū de mercede iniqui- inde in Judea verbum Dei
tatis & suspēsus crepuit me latissime dissemmasset mul
dius, et diffusa sunt omnia tosq; predicatione, & conse-
viscera eius. Et notum fa- quentibus signis ad Christi
ctum est omnibus habitan- fidem conuertisset: a Judeis
tibus Jerusalem: ita vt ap id egre ferentibus cōprehen
pelletur ager ille lingua eo- sus, lapidibus pene obrutꝰ
rum Haceldema, hoc est, ager san est, ac postremo securi pcus-
guinis. Scriptum est enim sus. vj. calendas Martij.
in libro psalmorū, Fiat com
moratio eorum deserta, et ¶ Julianus & Eunus mar-
non sit qui inhabitet in ea. tyres. Lectio tertia. die.
Et episcopatū eius accipiat Meunte principatum 27.
alter. Oportet ergo ex his Decio imperatore tā
viris, qui nobiscum sunt cō vehementer in Christianos
gregati in omni tēpore quo seuitum est, vt iuxta verbū
intrauit & exiuit inter nos Domini scandalizarent̄ pro
dñs Jesus, incipiens a ba- pemodum etiam iusti. Cū
ptismate Joannis vsque in igitur Alexandrie supplicio
diem, qua assumptus est a rum immanitate quidā per
nobis, testē resurrectionis territi fidē negassent, pleriq;
eius nobiscū fieri vnum ex tamen spiritu domini cōfir
istis, Et statuerunt duos, mati admiranda martyrū
Joseph, qui vocatur Barsa sui spectacula prebuerunt.
bas: & cognominatus est Ju In primisq; Julianus ve-
stus: & Mathiā. Atq; orā- nerabilis senex podagra la-
tes dixerunt, Tu domine, borās, vt neq; incedere, pos
qui cordā nosti omniū, ostē set, neq; stare, qui cum duo-
de quē elegeris ex his duo bus ministris Christianis
bus vnum, accipere locū mi a quibus sella portabatur
nisterij huius, & apostolatꝰ, ad iudicem constitutus nul
de quo preuaricatus est Ju lis minis potuit nec ipse nec
das, vt abiret in locū suum, alter minister eorum Eunus
Et dederunt sortes eis, et noie a vera pietate et Chri-
cecidit sors super Mathiā, sti confessione deterreri.
et annumeratus est cum vn Perseuerantes ergo iuben
decim Apostolis, Mathias tur camelis impositi per to
tam vrbē circunduci, et fla-

gris hinc inde ꝓpulo ſpectā
te vſq; ad mozte laniati. Et
ſic martyzio cozonati ſunt
iij. kalendas Martij.

MARTIUS.

Die. 3. ¶ Emetherius Celedonius
& Aſterius martyres. Le. iij

EMetherius, & Celido
nius apud Legionem
Hiſpanie ciuitatē exurgēte
ꝑſecutionis ꝓcella ob Chꝛi
ſti fidē plurimis tozmentis
afflicti Calagurij inde pdu
cti ſunt, atq; ibi capitis ab
ſciſſione martyrij palmam
ſunt conſecuti.

ASterius patria Ro
manus ozdinis ſena
toꝛij, illuſtris familia gloꝛia
que rerū geſtarū fuit ſed cri
ſtiana pietate et magnis in
virtute Chꝛiſti miraculis
editis clariꝛ. Quoꝛū illud
in primis memoꝛatur, Apō
Celaream Philippi in radi
ce montis Panij vbi oꝛitur
Jozdanis fluuius veteri gē
tis illius inſtituto immola
batur ſolēni quodā die victi
ma, q̄ demonis ꝓeſtigijs re
pente ſublata, in celū eē erri
credebat. Cui ſpectaculo cū
foꝛte Aſterius intereſſet, et
oēs videret attonitos ſpecie
miraculi, publicū errozē mi
ſeratus, rē fuſis lachꝛymis
exoꝛauit: vt ꝑſtigias diabo
licas detegeret. Itaq; ptin⁹
victima flumine deferri cū
ctis aſtantibus cōſpecta eſt,
ac mētes ipſoꝛū errore pni
cioſo liberate. Hic cū in vꝛbe
Celarea Paleſtine martyꝛio interfuiſſet beati Mili
tis Martini, corpus q̄ illius
humeris ad ſepulturā effer
ret, abſtractus ab infideli p
pulo in fide conſtans gloꝛio
ſo martyꝛio cozonatur qui
to non. Martij Valeriano
& Gallieno imperatoꝛibus.

¶ Lucius papa mart. Le. iij Die. 4.

LUcius patria Roma
nus Gallo, Voluſiano,
Gallieno, & Valeriano Im
patoꝛib⁹ pōtificatū geſſit.
Quoꝛū tꝛibus tātā in chꝛi
ſtianos ſeuitia exoꝛta eſt, vt
pauce ipſoꝛū dom⁹, nedū ci
uitates aut pumcie fuerint
eiꝰ calamitatis expꝛtes. Hic
igit Romā moꝛtuo Volu
ſiano, a quo relegat⁹ fuerat,
reuerſus: conſtituit, vt bini
p̄bꝛyteri ac terni diaconi epi
ſcopū vbiq; comitarētur: te
ſtes videlicet eiꝰ vite, actio
nūq; futuri Ozdinationib⁹
ſacris ter mēſe Decēbꝛi ha
bitis, p̄bꝛyteros. iiij. diaco
nos. iiij. epos vij. creauit. Ve
rūmō iubēte Valeriano acer
rimo chꝛiſtiani nois hoſte,
martyꝛium paſſus, in ce
meterio Caliſti ſepultus eſt
iij. nonas Martij. Cum ſe
diſſet annos tres, mēſes. iij
Qui Valerianus meritas

sue impietatis penas mox dedit, nam paulopost Christianū nomē ab ipso vexati reptū, in bello persico victus est viuusq; venit in hostium potestatē. Apud quos tā miserabiliter in turpissima seruitute vixit: vt quoties Pazorus persarū rex equum ascenderet, velut scabello dorso eius uteretur.

¶ Thomas confessor. L. iij.

THomas vir doctrina, ac sanctitate clarus Aquini natus loco illustri ex comitū familia patria vasta ta a Conrado imperatore, relictus est a progenitis parē bus in cenobio Casinensi monachis commendatus. Vbi aliquā diu literis studuit, ac religioni Deinde monachus p̄dicatorū ordinis factus, Alberto magno p̄ceptori operā dedit in conuētu Coloniensi. Eoq; p̄cessit eruditiōis idefessa cura, a igenij magnitudine, vt facile p̄cipatū obtinuerit i gymnasio Parisiēsi. Vbi philosophiā, theologiāq; docuit, cū maxima sua laude. Tot libros de philosophia ac theologia doctissime conscripsit, vt lōgū sit enūerare, quor sūmā theologicā quatuor, libris, adhibita etiā quadā lima, senex cōple xus est. Romā vero accersitus ab Vrbano papa spre tis dignitatibus: q̄ vltro ip si a pontifice offerebant, nulli rei p̄terq; lectioni, a scriptioni vacabat. Qui etiam viuens miraculis claruit. Sed iussus a Pōtifice Gregorio. x. Lugdunū ad cōcilia, qō ibi cogebatur, cōtendere, dū p̄fectionē pararet febri correptus ad monasteriū Fossam nouā appellatū emigrauit ad Dñm anno xpi nati. M. cc. lxxiiij nonis Martijs sue vero etatis. l. Quē p̄stomodū Joēs papa vigesim⁹ scōs scōr cōfessor numero aggregauit.

¶ Quadraginta milites martyres. Lectio. iij.

APud Sebastē Armenie die. 9
nie minoris vrbē tpe Licinij imperatoris p̄sidē Agricolao quadraginta milites Christiani cōprehensi, post vincula a cruciatus custodibus impositis, in stagnū missi sunt instāte bruma, vt aqua nocturno frigore concrescente, cōstricta ipsorum corpora dirūperētur apposito tamē balneo quo pateret effugiū, si ds eorum a cōfessiōe Christi discessisset. Itaq; vnus frigoris vehementiā nō ferens, negato Christo ad balneū confugit. Sed cū p̄mū attigit calorē expirauit. Quo perspe

do ceteri gratia Christi re-
creati i dei laudes eruperũt
Circa hozã ho tertiã noctis
relplẽduit velut sol lumẽ su
p eos, ⁊ glacies dissoluta ẽ.
Custodib⁹ aũt summo gra
uatis solus custodie pfect⁹
vigilabat qui audiens ozã-
tes, miratusq; lucẽ, ac gla-
ciẽ resolutã: vidit sup eos
cozonas descendẽtes nũero
triginta nouẽ. Cũ ho mi-
racio cõmotus exp̃gefactis
socijs, piecit vestimẽta i fa-
cies eoz, et exiliuit i stagnũ
clamoze se cristianũ esse pro
fessus. Cũ aũt illuxisset, et
extracti fere oẽs essent exa
nimes igne cõbusti sunt ac
cineres in fluuiũ proiecti,
p oẽm creaturã cozũ transi
ret certamẽ, vt vere possint
vocẽ illã vsurpare. Transi
uimus pignẽ ⁊ aquã, ⁊ edu
xisti nos in refrigeriũ. Pas-
si sunt autem septimo idus
Martij.

Dratio.

Presta quesumus om-
nipotens deus, vt qui
gloziosos martyres koztes
in sua confessione cognoui-
mus: pios apũ te in nostra
intercessione sentiamus. p.

Gregozius papa confessoz duplex minus. Dratio.

die. 12 Deus, qui anime fa-
muli tui Gregozij e-
terne beatitudinis premia
contulisti: cõcede pzopitius
vt qui peccatozũ nostrozum
pondere premimur: eius a-
pud te precib⁹ subleuemur:
Per dñm.

Lectio tertia.

Gregozius patria Ro-
manus ex ozdine sena
tozio magno omnium con-
sensu inuitus etiã cum mo
nachus esset, atq; leuitã põ
tifex creatur anno domini,
D.c.xix. Qui sic dixit, vt
clarissimum exemplum reli
querit successozibus suis vi
mozum sanctitatis, vel dili
gentie in rebus agendis, vel
doctrine: quam variis scri-
ptis ostendit: que multa et
preclara posteritati reliquit.
Hic instituit vt kyrie eley-
son nouies in ecclesia cane-
retur. Item, vt cantaretur
Halleluia, preterquam a se-
ptuagesima vsq; ad pascha
Idẽ in canone redegit illud
Diesq; nostros in tua pace
disponas. Nec non supplic-
ationes maiozes, quas gre
ci litanias vocant: ⁊ statio-
num magnam partem insti
tuit. Ih hoc pzobis dictisq;
viris ad predicandum euan
gelium missis Angli fidem
Christi integre publico con
sensu acceperunt. Eiusdem
potissimum opera Gotthi
ad catholicam fidem ex ar-
riana secta rediere. Hic pa-
ternã domũ in monasteriũ
conuertit, vbi pauperes pe

egrinos alebat. Obijt anno sui pontificat⁹. xiij. mēsi. quarto idus Martias, sepultusque est in basilica Petri. ¶ Joseph confessor duplex minus. Ozatio

QUeede quesum⁹ omnipotens deus, vt famuli tui Joseph vnigeniti filij tui matris sponsi, intercessione ab omnibus aduersitatibus liberemur, per eundem dominum nostrum. ꝛc.

¶ Ex Homilia sancti Bernardi sup missus est. L. iij.

IHesus est angel⁹ Gabriel a Deo in ciuitatē Galilee cui nomen Nazareth ad virginē desponsatam viro cui nomen erat Joseph. Virū nominat nō quia maritus sed quia homo virtutis erat, vel potiꝰ quia iuxta alium euangelistam nō vir simpliciter sed vir eius dictus est. Merito ejs appellatur quod necessario putatur. Debuit igitur vir eius appellari quia necesse fuit ꝛ putari, sicut ꝛ pater Saluatoris non quidē esse, sed dici meruit vt putaretur esse dicente hoc ipso euangelista. Et ipse Jesus erat incipiens quasi annoꝝ triginta vt putaret filius Joseph. Nec vir ergo matris nec filij pater extitit, quamuis certa (vt dictū est) et necessaria dispensatione vtrūq; ad tempus ꝛ appellatus sit ꝛ putatus, conijce tamen ex hac appellatione qua libet dispēsatozia meruit honozari a deo vt pater dei ꝛ dictus et creditus sit. Conijce ꝛ ex prozpio vocabulo, qō augmentū non dubitas interpretari quis ꝛ qualis fuerit hō iste Joseph, simul ꝛ memento magni illius quōdā patriarche venditi in Egypto, ꝛ scito ipsius istū nō solū vocabulū fuisse sortitū, sed ꝛ castimoniā adeptum, innocentiā allecutū ꝛ gratiā. Siquidē ille Joseph fraterna ex inuidia venditus et ductus in Egyptum, Chzisti venditionem pzefigurauit. Iste Joseph herodianā inuidiā fugiens, Chzistum in Egyptū pozrauit. Ille domino suo fidem seruās, dñe noluit cōmitteri. Iste dñaz suā dñi sui matrē virginez agnoscens, et ipse continēs fideliter custodiuit.

¶ Benedictus abbas dupplex minus. Lectio tertia. die. 2

BEnedictus ex Nursia ciuitate claris parentibus oztus ꝛ Rome liberalibus disciplinis eruditus, ab ipa infātia Chzistū egregia pietate coluit, ꝛ miraculis claruit. Nō vt faceret

expeditius in solitudinē,et specū quandā profundā ad locū qui dicitur Sublacus, secessit. Vbi triennio latuit cūctis hoibus incognitus p̄ ter Romanū monachū,q̄ ei necessaria subministrabat. In qua solitudine cū die q̄dam diabolica tēratione ar doze libidinis vzeretur,se in spinis & vepzibus nudū vo lutauit ,donec cruentus et laceratus tētationē superaret. Deinde vocatus a quibusdā monachis, vt ipsozū monasterio pzeesset , quidā ipsozū dissoluti cū paulo le uerius ab eo tractarent,ipsum venenato vino necare cōstituerunt. Dō cum ei in poculo vitreo pozrigerent, ille rē diuinitus agnoscens, solo signo crucis manu facto, vas intactū mirabiliter cōfregit. Et dimisso monasterio ad solitudinē remeauit. Quo cū multi discipuli cōuenissent,duodecim monasteria cōstruxit, que optimis institutis , exēplo sanctitatis multis etiā sequentib⁹ signis & miraculis fundauit. monachozūq; regulā pzudētissime ac luculenter scripsit. Obīt aūt die suo quē multo aū pzecognouit. xij. calend. Aprilis.

¶ Annūtiatio Marie 2gi. dup. ma. Ad vesp. Hymnus Aue maris stella. Antiph.

Missus est Gabziel angelus ad Mariā virginē desponsatam Joseph. Mario.

Deus q̄ de beate Ma. vir.

¶ Ad matutinu iuitatoziū. Aue Maria gratia plena dñs tecū. Hym. Quē terra. Ñ. Spūs scūs in te de scēdet Maria, & vtus altissimi obūbzabit tibi. Lec. iij.

Missus ē. ¶ Ad laudes. Ñ De timeas Maria, inuenisti gratiā apud dñm, ecce cōcipies & paries filiū hallā.

¶ Ad vesperas. Aue maris stella. Anti. Ecce ancilla domini fiat mihi secundum verbum tuum.

¶ Supzadicta muenies in officio eiusdē virginis pzo sabbatis aduētus assignato

APRILIS.

¶ Ildozus episcopus confessoz. Lectio tertia. die. 4.

Ildozus natiue Hispalensis ex noua Carthagine cui pater ipsius Seuerianus dominabat, a scūis viris Leādzo archiepiscopo hispalensi,& Fulgentio episcopo astigitano fratribus suis sancte & liberaliter ī studio literarū educatus est,et ingentē doctrinā latine,grece atq; hebzaice cū magna nois claritate consecutus. Hic adolescens adhuc here-

stim Arrianā, q̄ gentē Gothorū Hispanie latissime dominantē penitus tā pr̄iam invaserat, tā cōstanter palā arguebat, vt prope fuerit vt ab Arrianis necaretur. Sed cohibitus a Leādro hūc sibi successore fore prælagiente, & vt se cōmodiori tempori reseruaret admonitus, indignationē temperauit. Igit Leādro vita functo, Isidorus magno regis & populi consensu in Hispalensi archiepiscopatu sufficitur. Quā electionē sanctus Gregorius papa confirmauit, pallioq̄ misit in Hispania. Fuit aut Isidori tanta doctrine, ac sanctitatis opinio, vt coacto cōcilio gnāli, vltro fuerit a pōtifice maximo vocatus, vbi mirum est, quātum pōderis & autoritatis habuerit in singulis rebus Isidori sententia apud pōtificē, & oēs prælatos Reuerlus aūri Hispaniā, cum suā mortem et Hispanie vastationē a saracenis publice p̄dixisset, migrauit e vita pridie nōn Aprilis. Anno Christi nati sexcētesimo vigesimo sēto, sepultq̄ fuit Hispali. Unde postea translatus est in vrbē Legionē a Fernādo rege legionēsi, qui hoc ab Enecolatareno Hispali regnāte magnis precibus & promissis impetrauit. Cuius nomine tēplū edificatū est Legiōe, vbi sepultus miraculis clarus colit magna ppli religione.

Christus papa mar. Lect. iij.

XYstus papa qui patria Romanus fuit, ecclesie p̄fuit ab Adriani impatoris tpe vsq̄ ad Marcū & Anniculum consules. Qui curā p̄cipuam (vt par erat) rei diuine gerens, cōstituit, ne ds̄ p̄ter ministros sacros, mysteria & vasa sacra cōtingeret p̄sertim femina. Item vetuit lege. Ne q̄ sacerdotes corpozale vocāt, ex alio quā ex lineo pāno, eoq̄ purissimo fieret. Huius fuit istitutū, ne ep̄us qui ad sedē apostolicā fuisset ob aliq̄ causā, si ue cōtroversiā vocatus ad ecclesiā suā p̄priā reuerteret, q̄ literis apostolicis vt formatis plene fuisset istructus, atq̄ purgatus, vt posset q̄ fuisset domi reuersus, cognoscerēt vicini, quēadmodū Rome ipse, alioq̄n causa diserta fuisset. Utq̄ in missa cantaret. Sānctus, sanctus, sanctus, Dñs deus sabaoth. Xystus denicq̄ vbi ordinationes ter mense Decēbri habuisset martyrio coronatus in vaticano. viij. idus Aprilis sepelit, cum sedisset

Die. 6

annos, ꝛ mẽles. iij. dies. xxi

¶ Leo ꝑmus pa. confe. L. iij

die. 11, LEo papa natiõe tusc⁹, patre Quintiano, eo tpe põtificatũ gessit, q̃ Attila rex Hũnozũ flagellũ dei appellat⁹, Italie limite posita, post longã triennij obsessionem captã diripuit, atq; incendit. Unde Romã infestis signis ꝑ gredieti ꝗ copias, qua Mintius Padum influit, trajicere paranti Leo pontifex vir sanctissimus occurrit, ꝗ ne vltra ꝓgrederetur ope diuina mirabiliter persuasit Attila enim non tã Leonis oratione se ab instituto reuocatũ esse inculsantibus amicis testat⁹ est, quã duorũ virozũ autozitate, q̃ loquẽte Leõe, sibi visi essent, strictis gladijs necem nisi paruisset intẽtates. Hi aũt Petrus ꝗ Paulus apostoli fuisse crediti sunt. Ita factũ est, vt Attila in Pannoniã exercitũ reduceret, Leo Romã cũ magno triũpho rediret. Ubi totus ad cõfirmandã, tuendãq; catholicã fidem conuertitur, que tum potissimum a multis hereticis impugnabat, ꝑcipue a Nestozianis, ꝗ Eutichianis, qui in cõcilio calcedonẽsi tunc celebzato dãnati sunt. Ubi ꝗ Manicheoz libzi fuerũt incensi. Interim vero cum Rãdali Romam diripuissent, ac templa spoliassent, vzbis ac ẽplozum reparationi mirũ in modũ intentus, multis ꝑclarissimis rebꝰ gestis mozitur, ꝗ in Petri Basilica sepelitur iij. idus Apzilis, cum sedisset annos vnum ꝗ. xx. menses vnum. dies. xiij.

¶ Justinus philosophus martyr. Lectio tertia.

die. 12 IUstinus Neapoli natus in Palestina philosophus fuit Platonicus. Qui factus christianus plurima studiozũ suozũ monumẽta ꝓ zo fide christiana posteritati reliqt. Et ĩ his apologeticũ libzũ ꝓ christianis ad Antoninũ Piũ, ꝗ alterũ ad successozẽ huius Antoninũ Verũ. Itẽ duos libzos cõtra paganos. Hic cum in vzbe Roma frequenter ꝓ fide Chzisti disputasset, et Crescentẽ quendã cynicũ (mozibus ꝗ ꝓfessione verecanem) multa in chzistianos cõuicia iactante sepe taxasset, ab eodẽ accusatus, ꝙ chzistianus esset, capiteq; damnatus martyzio cozonatur. Quod ita futurum martyr ipse ꝓdixerat in defensione secunda quã ꝓ chzistianis ediderat. Passus est aũt ipetãtib⁹ Mar-

to Iurelio Vero ⁊ Antonino eius filio idib⁹ Aprilis.

Valerianus, Tyburtius ⁊ ceteri martyres. Lectio. iij.

Valerianus gñe Romanus ⁊ idē nobilissimus tpe Marci Aurelij Antonini ipatozis ⁊ Ceciliā sibi eque nobilissimā accepit vxozē, cuius impolsu atq; pcibus (erat em ab ineunte etate fidem edocta) ad chzistianā religionē relictis idolis conuersus est ⁊ a sancto Vzbano papa baptizatus quē Tyburti⁹ eius germanus imitatus, ab eodem pōtifice baptizat. Almachi⁹ igitur pfectus, ⁊ chzistiano cū seuissim⁹ hostis, cū hos esse chzistianos, ⁊ patrimoniū iā oē pauperib⁹ erogasse cognouisset, eoldem ad se vocat ⁊ acriter increpat. Et post lōgā de fide chzisti, de q; cultu idolox disputationē inter ipsos vltro citroq; habitā ad Jouis simulachzū eosdē deduci iubet aut sacrificaturos, aut aliā moztis gñe ⁊ immanissime interituros. Illi vero in cōfessiōe Chzisti pstātes ⁊ paratā si bi ⁊ fidelibus gloziā pdicantes, moztē impietati pzetulerūt. Itaq; extra vzbē educt, ad quartū lapidē. xviij. cal. Maij cum summa fidei constātia trucidātur. Quā demiratus Maximus vir nobilis, ⁊ hozū decollationi pzefuit, cū nōnullis satellitū cōuersus est, et pzopter Chzisti cōfessionē oēs vsq; ad decē plumbatis cesi, eoq; supplicij genere martyzio cozonati sunt, et ad dominum inuictissimi commigrarunt. Vzatio.

Oresta quesumus oīpotens deus, vt ⁊ sanctox martyzū tuozū Tyburtij, Valeriani, ⁊ Maximi solēnia colimus, eozum etiam virtutes imitemur: per.

Appollinius Senatoz mar tyz. Lectio tertia.

Appollinius Romane vzbis senatoz nō solū opib⁹, sed liberalib⁹ etiā disciplinis, ac moztū integritate clarus, ad Chzistū conuersus Lucio Iurelio Cōmodo imperatoze, chzistiane pietatis egregi⁹ cultoz fuit, cū iā persecutio sublata esse videret lege pzomulgata, Ne chzistiani quererent ad pena, sed oblati dūtaxat punirent, pena etiā moztis de latozib⁹ ppolita. In ea igit chzistianoz tranquillitate Apollonius a seruo pzodit⁹, et apud Perennium iudicē accusatus, fidei sue ratione reddere iubetur. Sumpta pena legitima de seruo delatoze. Cum ergo insigne

die. 18

volumē in defensionē chzistiane fidei a se co[n]positum in senatu publice legisset, senatus cōsulto dānatus est, & pro Chzisti constātī cōfessiōe rapite trūcatus. xiij. cal. Maij. Lex erat, ne chzistiani facti rei absq; chzisti abnegatiōe dimitterētur

Gaius papa mar. Lectio. iij

GAius papa natiōe Dalmata ordines distinxit quib⁹ gradatim ad episcopatū ascendere⁹. Quoz pzimū tenet hostiarius, alterū lectoz, tū exozcista, sequitur acolitus, subdiacon⁹, diacon⁹, pzesbyter, epūs. Idē cō stituit Ne cui pphano sacris iiitiatū, nec pagano vl heretico liceret chzistianum hoiez in iudiciū vocare. Itē vt nemo epm aut clericū apō seculares iudices accusare⁹. Postremo ozta in chzistianos tpe Diocletiani pzsecutiōe maxima cū in subterraneis locis diu vitans ipiozū furozē latuisset, captus a pzsecutozib⁹ vna cū Gabinio fratre, eiusq; filia Sulanna martyzio cozonatur. x. ca. Maij. & in cemeterio Calisti via Appia sepelit, cum sedisset annos. xi. mēses. iiij. dies xij. Marcus euāgelista dup. maius. Ad vesp. & matuti. Hymne. & invitato. dicunt de

communi apostō. Oratio.

DEus q̄ beatū Marcū euangelistā tuum euāgelice pdicationis gēa sublimasti, tribue nōs ei⁹ nos semper et eruditiōe pzofice re, & oratione defendi: Per.

Lectio tertia.

MArcus discipul⁹ & interpres Petri, quem admodū Petrū referētē audierat, rogat⁹ Rome a fratribus breue scripsit euāgeliū. Mō cū Petr⁹ audisset, pzobauit, & ecclesie legendus sua authozitate edidit, vt teste Clemēte pūbyt ecclesie Alexādzine. Marcus igitur assūpto qō scripserat, euāgelio prexit in Egyptū, & primo Alexādzie Chzistū annūtiās, rōstituit ecclesiā tāta doctrina, & vite cōtinentia, vt oēs sectatozes Chzisti ad exēplū sui cogeret. Tādem cū ecclesiā a se optime cōstitutā octo ānos sanctissime rexisset, ibidē moztuus est, & sepult⁹ vij. cal. Maij octauo Neronis anno. Corpus aūt ei⁹ post aliquot etates Venetias translatum est.

Cletus & Marcellinus pape martyr. Lectio. iij.

CLetus patria Roma nus tpe Vespasiani adhoztante Clemēte ponti ficatū suscepit muner⁹. Qui cū nihil qō ad ecclesiam dei

augendū ptinere arbitrāre
tur, ptermisisset, creatis (vt
ceperat Petrus) xxv. pre-
lbyteris, ac ecclesia optime
cōstituta, Domitiano impa
tore martyrio coronat, & in
Vaticano sepelit. vi. calēd.
Maij, cum sedisset annos
xij. menses. i. dies. xi.

Marcellinus pōtifex pa
tria Romanus in p-
secutiōe Diocletiani & max
imiani seuissima minis per
territ⁹ simulachra deox ado
rauit. Sed non multo post
magna penitentia ductus,
sinuessam (vbi cōcilū. clxxx
Episcopoꝝ coactum erat)
squalidus & cilicio indutus
peruenit, seq; ab eis petit p
inconstātia & scelere cōmis-
so penis meritis puniri. Ce
terū a nemine dānatus est
cunctis acclamātibus eadē
animi infirmitate, Petrum
deliquisse, q̄ venia a deo si-
milibus lachrymis fuisset
asserutus. Tūc Romā re-
uersus Diocletianū adit, et
quod se sceleratissime ad tan-
tum nefas impulisset inere
pat, eius dānās impietatē.
Quibus ille iratus, iubet
ipsum cū alijs Chzisti fide-
libus abstrahi ad supplicia
sexto calend. Maij. Quoꝝ
decollatoꝝ corpora. xxxvi. dies
insepulta, donec Marcellus ad
monitu in somnijs a beato
Petro, eadē cōdidit in ceme
terio Pzisc illę. Sedit autē
Marcellinus annos. ix. mē
ses. ij. dies. xvi.

¶ Petrus martyr ozdinis
predicatozum. Lectio tertia

Petrus martyr patria
Veronēsis ozdinis p-
dicatozum, doctoz eximius
& catholice fidei acerrimus
defensoz, tanquā rosa de spi
nis oztus est, parētibus he-
reticis hereticozū mirabi-
lis insectatoz. Itaq; & in ado
lescentia sua mundū, paren
tesq; relinquēs ozdinē pze
dicatozum ingressus est, in
quo triginta annis laudabi
lem vitam perduxit. Cū
igit a Cumis pzofect⁹ Me
diolanū cōtenderet, missus
a pontifice contra Mani-
cheos anno Chzisti M. cclij
ij. cal. Maij ab hereticis in
terceptus, & occisus marty-
rij coronā adept⁹ est. Quo
multa post mortem edente
miracla plurimi hereticoꝝ
ad gremiū ecclesie rediere.
Quā obzem ab Innocētio
papa quarto catalogo san-
ctozum martyzum consecu-
to anno adscriptus est.

MAIVS.

¶ Festū sanctoꝝ apostolox
Philippi & Jacobi du. ma.

¶ Ad vesperas Antiphona.

Ostende nobis patre

ꝙ sufficit nobis. Hall. Mō

DEus, qui nos annua apostolorū tuorum Philippi et Jacobi solennitate letificas, pzesta ꝙs, vt quorū gaudem⁹ meritis, iustruamur exēplis: p

¶ Ad matutinū. Antipho.

Tanto tempore vobiscū sum, & nō cognouistis me, Philippe qui videt me, videt et patrem meum. Halleluia. Lectio tertia.

IAcobus apostolus cognomento iustus frater dñi vocat⁹ Marie Cleophe filius, sanctus fuit ab ineūte etate, victu et cultu frugalissimus. Qui statim post Christi ascensionē Jerosolymor⁹ episcopus ab apostolis constitutus, eā ecclesiā annis triginta summa cū laude rexit. Rogat⁹ aūt a Judeis, vt in die pasche, cū plurima turba cōuenire soleb at, ex loco sublimi ad populū cōcionaret, et a cultu Jesu, quē per errorē multi sequerentur, ozatiōe ꝙ autozitate sua populares auerteret, pinā tēpli constēdit. Vbi magna Judeozum gētiliū ꝙ astante multitudine, a scribis & Phariseis ꝺ ipsi de Christo videret alta voce rogatus, rūdit. Quid me interrogatis de filio hominis. Ecce ipse sedet in celo a dextris summe virtutis Et ipse vēturus est in nubibus celi. Quo sermōe audito, scribe & pharisei cōclamāt: Pzoh iustus etiā erra uit. Ascēderūt ꝙq precipitaue rūt eū, & lapidibus obruere ceperunt. Ille vero cōuersus, & sup genua pzocūbēs, que illi ob assiduum ozandi vsum in camelozū specie occalluerant, p ipīs ozabat, donec vecte fullonis capite cōminuto spiritū emisit cal. Maij. Quo in loco pzope templum est sepultus.

die. 1.

PHilipp⁹ apostolus cū annos circiter viginti euāgelium in Scythia pzedicasset, omnēq; fere gentē illā ad vere pietatis cultuz traditisset, ab infidelibus tractus ad Martis statuaz, vt sacrificaret, dzaco inde tepēte extitit, ꝙ pontificis filiū certo impetu adoztus, leuiter petsit, & mox duos tribunos, ac multi preterea ab eo afflati cōfestim in pestiferū lāguozē inciderunt. Philipp⁹ aūt petsam multitudinē affatus. Si ꝙ vobis dixero (inqt) sedulo cauabitis pollicēoz futurū, vt male affecti ad pristinā valetudinē, & ꝙ moztui fūt diuina virtute ad vitā reuocentur: pestiferq; serpēs statim abigatur. Et rogātibus qō

opus esset facto. Ite inquit & demonis huius, quę colitis simulachrũ deijcite, locũ q̃ vnde illud demoliti fueritis, signo crucis insignite, idq̃ in Christi Nazareni memoriã mecũ supplices adorate. Faciũt Scythe piũ opus, quo rite procurato, & q̃ defuncti fuerant reuixere & pnitiosa pestis illa procul discussa est, neq̃ vnq̃ postea visus draco. His Philippꝰ, multis q̃ alijs rebus diuini mus gestis, cũ Hieropolim Phrygie ciuitatẽ venisset, ab Hebionitis cruci affixus & lapidibus obrutus est ca. Mart. ¶ In laudes. Jñago sum via veritas, & vita, nẽo venit ad patrẽ nisi p me hãc. ¶ Ad vesp. Jñasi mãseritis in me & vba mea in vobis mãserint, q̃cunq̃ petieritis fiet vobis: Halleluia, halleluia, halleluia.

¶ Athanasius episcopus cõfessor. Lectio tertia.

ATh anasius ep̃s vir doi virtutũ gñe & doctrina clarissimus, vereq̃ religionis propugnator egregius, fuit natiõe Egyptius Alexandrie oriundus. Qui ab Alexãdro ep̃o Alexandrino phbyter factus, ipsum secutus est ad cõcilij Nicenũ. Vbi cũ Arrij vehementer reprẽsset, maximũ i se odiũ Arrianorũ concitauit. A quibus postq̃ eidẽ Alexãdro in episcopatu successit, difficile dictu est, q̃t insidias, quotq̃ incommoda passus fuerit. Quor nõnulla recensebimus. Coacto apud Tyrum concilio episcoporũ, magna ex parte Arrianorum multi ercula q̃dã ab eis suborn ata est, que Athanasiũ accusaret, q̃ a se hospitio susceptus, illata vi pudicitiã ei violasset. Introduci ad hec iubetur Athanasius, cũ quo ingressus est Timotheus phbyter suus. Cũq̃ mulier ea que edocta fuerat perorasset Timotheus Athanasium se esse simulans: Ego ne inquit, mulier apud te aliquando sum diuersatus, aut vim tibi, vt asseris intuli? Tunc illa pocaciter Timotheũ obiurgans: Tu inquit, mihi vim fecisti. Tu cõmaculasti castitatẽ meã, & ad iudices cõuersa que dicere vera esse iurare cepit, ignorans videlicet eum a quo vim se perpessam, mentitura subiecebatur. Et sic cum risu simul et indignatione mulierc ula reiecta est a iudicibus, et Athanasius liberatus. Aliud deinde intentatum est crimen Arsenius Athanasij lector timens eiusdem Athanasij,

quē offenderat, castigatiō-
nē, apud Arrianū quendam
latitabat. Quo occasione
vtētes aduersarū humanū
brachium loculo delatū osté
tabāt, quod ex Arsenij corpo-
re ab Athanasio ablectum
esse in magice artis vsum,
criminabātur. Arsenius au
tē dolis cognitis, siue eum
humanitatis cōtēplatio si
ue diuina perpulit prouidē
tia, clam per noctis silētia e-
uadens, tyrum ad Athana-
sium se cōtulit. Quo in cō
ciliū preter spē omniū pro-
ducto, & vtrūq; brachiū ille-
sum ostendēte, inimicorum
scelus perspicue detectū est.
At non propterea Arriani
quieuere, sed multo maiore
odio Athanasiū prosequē-
bant, cuncta ab eo magicis
artibus facta esse calūnian-
tes. Itaq; horū insidias fu
giens, & Cōstātij imperato
ris, q̄ fauebat Arrianis, irā
ptimescēs magna pte ter-
bis pagrata, sex cōtinuos
annos in sicca cisterna sine
solis aspectu latuit, amico
ei quodā necessaria clā sup-
peditāte. Postremo inde e-
gressus ad Constātis par-
tes profugus ablcessit, quo
adnitente sedē suā recepit.
Ceterū postea Constante
mortuo rursus in Galliam
aufugiēs, exulauit apd Tre
uiros. Inde Alexādziam re
uersus, cū postea imperato
ris Juliani apostate iussu
ad necē quereret, per fluuiū
nauicula fugiens, ex indu
stria in occursum se inseque
tiū recurrit. A quibus inter-
rogati qui cū eo erāt quid
de Athanasio accepissent?
nō longe ipsum eunte se vi-
disse respōderunt. Atq; ita
illis in diuersum festinātis,
b. Athanasius euasit. Qui
nō multo post Alexandziam
rediēs, alia iudozta tēpesta
te quatuoz mēsibus i pace
no sepulchzo delituit. Tan
dē his permultis q; alijs pe
riculis diuina ope libera-
tus: Alexandzie moztuus
est miraculis clarus, cuz eā
sedem sex & quadzaginta an
nos p varia certamina re-
xisset, multaq; opera doctis-
sime composuisset.

INVĒNTIO SAN
cte crucis dupler manus
Ad vesperas Hymnus.

Illustris lex qui ia per
actis, Tēpus implēs
copozis: De volente
natus adhoc passioni dedi-
tus, agnus in cruce leuatur
Immolandus stipite.

Hic acetū fel, arūdo, Spu
ta, clauj, lancea Mite corp⁹
perfozatur, Sanguis, vnda
profluit, Terra, pontus, a-
stra: mundus: Quo lauan

tur flumine.

Crux fidelis inter oēs Arboz vna nobilis: Nulla syluа talē pzofert Frondē, Flore, Germine, Dulce lignuz, dulces clauos, Dulce pondus sustinet.

Flecte ramos arboz alta, Tēsa laxa viscera: Et rigoz lenteleat ille, Quē dedit natiuitas: Ut superni membza regis Mitti tēdas stipite Sola digna tu fuisti Ferre seeli pciū: Itq; pztū pze parare Nauta mundo nauifrago: Quē sacer cruoz perunxit Fulus agni cozpoze.

Glozia ꝫ honoz deo Usq; quo altissimo. Una patri, ſ̄ lioq; Inclyto ꝑacleto Cui laus est ꝫ potestas. Per imēsa secula. Amē. Antipho.

Crux splēdidioz cūctis astris ō̄ sola fuisti digna poztare talentū mundi. Dulce lignū Dulces clauos. Dulcia ferens pōdera, salua pze sentē cateruā in tuis hodie laudib⁹ congregatā. Halla, halla, halla. Oratio

Deus q̄ in pclara salutifere Crucis inuentiōe passionis tue miracula suscitasti cōcede, vt vitalis ligni ꝑcio eterne vite suffragia consequamur. Qui vi. C Ad martyrū imitatorio

Christū regē crucifixū, ve nite adozem⁹. Halla. Hym

Lustris sex. vt supra Finē.

Inuente crucis festa recoli m⁹ cuius ꝑconiū p vniuersum ozbē micāti lumine fulget. Halleluia. Lectio iij.

Helena Cōstātini mater mulier religione ꝫ pietate insigni, diumarū rerū studio nocturnoq; visu ipulsa Jerosolymā petijt, vt dñicā quereret crucē, vn de humana salus pependisset. Ubi aūt hec defossa erat ibi ex industria fuerat Veneris simulachzū cōstitutū ab impijs fideī persecutozibus, vt oē dñice passionis monumentū aboleret. Et si quis chzistianus eo loco Chzistū adozaret, Venerem videretur adozare. Ceterū simulachzo deinde deiecto loco ruderibus purgato crux reperta est, ꝫ cū ea due alie ꝺ̄ bus affixi fuerant duo latrones. Sed obturbabat reperti muneris letitiam vniuscuiusq; crucis indiscreta ꝓpzietas. Iderat quidem et titulus ille ꝺ̄ hebzaice, gzece et latine a Pilato fuerat cōscriptus, sed nec ipe satis euidēter dñici ꝓpodebat signa patibuli. Diuino aūt miraculo mox cōsecuto oīs ꝓpzsus ambiguitas sublata est Cū eñ Macarius Jerosolymitan⁹ eps fusis ad deū ꝓcibus vt id reuelaret,

frustra duas nobili cuidam femine lõga egritudine cõfecte & iã prope defuncte admouisset admota tertia repẽte adapertis oculis mulier cõsurrexit, & stabilitate virũ recepta alacrior multo q̃ cũ sana fuerat, tota domo discurrere, & magnificare dñi p tentiã cepit. Helena igitur euidenti indicio voti cõpos facta, templũ vbi crucem reperat, magnifice construxit. Ibiq; partẽ crucis reliquit thecis argenteis cõclusam, partẽ filio detulit. Cuius pars postea reposita fuit Rome in ede sessoriana, que sancte crucis in Jerusalem nuncupata est. Attulit etiã clauos tres, q̃bus christi corpus fuerat affixum. Quorũ vno Cõstantinus pro amuleto in cono galee vsus est. Alter deiecit in mare ad fedã tempestatẽ compescendã. Reliquũ inseruit bellatoris equi freno, veterem prophetiam adimplens olim effictc Zacharias propheta clamauerat. Erit qd̃ super frenũ equi est sanctus dño. Qui Constantinus legẽ tulit ne q̃s deinceps supplicio crucis afficeret. Itaq; res q̃ antea moztalib⁹ probrosa fuerat; veneratiõi esse cepit.

In qua salutis autor propria mozte moztem omnium superauit. Halleluia.

℣. Ad vesp. hym. aña. & oro. vt supra in primis vesp.

℣. Alexãder pa. mar. Le. iij.

ALexãder patria Romanus qui Adriani impatoris tempore pontificatum gessit, in memoriam passionis Christi in sacrificio addidit. Qui pridie quã pateretur. Vsq; ad illũ locũ Hoc est corpus meũ. Idẽ instituit, vt aqua b̃dicta admixto sale in tẽplis & cubiculis ad fugãdos demones reciteretur. Atq; in cõsecratione sanguinis & corporis christi vinũ aqua misceret, ad significandã Christi & ecclesie coniunctionẽ. Panisq; azimus nõ fermẽtatus consecraretur. Cũ aũt ordinationibus ter mense Decembri habitis, presbyteros. v. diaconos. iij. epos q̃q; per diuersa loca creasset, martyrio coronatus cum Euentio et Theodoro diaconis via nomẽtana, vbi interfectus fuit. vij. ab vrbe millio sepeliẽ. v. no. Maij. Sedit aũt annos. x. mẽses. vij. dies. ij. ℣. Joãnes aũ postea latinã du. mi. Ad ves. & matutinũ hymn. antiphone et inuitat. de communi apostolorum.

Ad laudes Antiphona.

HEc est arbor dignissima

Oratio.

DEus q̄ cōspicis, quia nos undiq; malorū pturbant, pīsta q̄s, vt beati Joānis apoli tui intercessio gliosa nos protegat: per dñm. ℂLectio tertia.

IDānes apstolus dilectissimus Christo, post ipsius ascensionē maximo studio, magnisq; miraculis christianā pietatē propagauit. Huius em̄ q̄ Petri pdicatione post claudū sanatū ad portā templi Speciosam appellatā, q̄nq; milia hoīm uno die cōuersa sunt ad fidē. Jdēq; duo post Stephani martyriū in Samariā, q̄ Philippo pdicāte baptismū acceperat, puenerūt, eādēq; in fide cōfirmarūt, q̄ p ipsō eū manus ipositionē spūs sanctus in baptizatorū corda descēdit. Jn diuisiōe aūt orbis terre Joanni obtigit Asia prouincia. Cuius ecclesias cū sapientissime a se fundatas sanctissime moderaretur, captus fuit i psecutiōe Domitiani in vrbe Ephelo. Unde Romā adductus, cū a Christi fide auerti nō posset, in eadē vrbe Roma (vt Tertullian⁹ est author) in dolium feruentis olei dimersus est. Sed cū incolumis inde euasisset, relegatus est in Pathmum insulam, vbi Apocalipsim cōscripsit: post mortē vero Domitiani, cūius acta oia fuerūt a senatu rescissa, Ephesum reuersus, Drusillanā magne in christū pietatis feminā pauloante defunctā, sperāte populo ad vitā diuina ope reuocauit. Quo miraculo multi sunt ad Christi fidem conuersi.

℣Apparitio sancti Michaelis duplex minus.

℣In hoc festo hymni, antiphone inuitatorium, tertia lectio et oratio dicuntur sicut in alio festo eius in mē se Septembri. die. 8.

℣Gregorius Nazianzenus eps confessor. Lectio tertia die. 9.

GRegorius qui ex singulari rerū diuinarū doctrina theologi cognomē meruit, natus est in Cappadocia, sed Athenis educat⁹, ac eruditus omni philosophia, vnde in patriā reuersus factus est eps p̄mū Sasimorū deinde Nazianzen⁹, vt refert Hieronymus, qui hoc preceptore se profiteretur sacras scripturas explanare didicisse. Cū Constantinopolim translatus vbi populū erudiēdo infectū heresicorū veneno tm̄ profecit, vt tūc primū sibi populares christiani esse viderentur autore Gregorio, qui multo etiam magis exemplo, quam sermone mores

hoim instituebat. Sed cum
reptũ esset a nõnullis vtuti
eius inuideri seditiose mo
lientibus, vt electo Grego
rio eps alter sufficeret, ille
recognita, ablit, inquit, vt
stim ego caula seditionis, ꝛ
ppter me exorta ẽ tẽpestas,
tollite me, ꝛ proijcite in ma
re, vt vos iactari desinatis.
Reuertit igit in Maziãze
nã ecclesiã, quã cũ diu sanc
tissime gubernasset, iã af
fecta etate ipse sibi succesto
rẽ elegit, ꝛ se virtutũ diui
narũq rerũ contẽplationi,
sacrarumq literarum studio de
dit. Quo in genere Grece
multa scitu dignissima par
tim carmine ptim psa ora
tione sancte ac elegãtissime
conscripsit ruri vitã mona
chi agens. In quibus studijs
ab hac vita migrauit Theo
dosio Imperatore.

¶ Victor & Corona mm. Rom.

Di.14. Victor miles Antonini
imperatore in Syria
passus est. Producẽ ẽm ad
tribunal iudicis Sebastiani
cũ diis imolare cõtẽneret,
immaniter cruciat. Mã pri
mũ digitis malleo cõfractis
in fornace ardẽtẽ missus est
nec tamẽ a flãma lesus. De
inde veneno sumpto nihilo
magis ab eo lesit. Quo mi
raculo victus artifex, q̃ ve
nenũ porrexerat, relictis ido
lis ad Christũ cõuersus est.
Cũ victor feruẽti oleo pfũ
dit atq; oculis puat Postre
mo capitis obtruncatione
martyriũ cõsummauit. Cuius
exẽplo mota femina quedã
Corona noie, cũ ingenti vo
ce christũ conclamaret, ꝛ se
se christianã esse fateretur,
ab eodẽ iudice cõprehensa
duabus primis palmis vi
magna hinc inde cruciat⁹ et
pedes distringit, laxatisq;
et indiuersum reductis di
scerpit, ꝛsic palmis dissecta,
martyrij palmam est con
secuta pridie idus Maij.

¶ Potentiana vgo. Le.iij. Di.19

Potẽtiana vgo Pudẽ
tis Romani ciuis filia
cũ miro amore coleret christianã religionẽ, orbata pa
rẽtibus cũ sorore sua Praxe
de assidue ieiunijs ꝛ oratio
nib⁹ vacãs oẽ patrimoniũ
sibi ex hereditate relictũ vẽ
didit et pauperibus distri
buit. Huius opa a Pio Ro
mano põtifice tota ipsius
familia ad Christum con
uersa est, baptizatique sunt
vtriusq; sexus, nũero. xcvi.
Et cũ Antonin⁹ Pius im
peratoz edicto publico san
xisset vt christiani puatis
sacrificijs cõtẽti a publicis
abstinerẽt, Pius põtifex vr
na cũ christianis in domo
Potentiane, sacra faciebat.

Quos oēs virgo mira reli
gione ⁊ comitate recipiebat
⁊ necessaria eis subministra
bat. His igitur virgo, ac ta-
lib⁹ virtutis, ⁊ pietatis ope
ribus diu functa, migrauit
ad dñm ⁊ iuxta patrē suum
sepulta est via Salaria in ce
meterio Pōtilie. xiiij. ca-
lendis Junij.

¶ Bernardin⁹ confes. L. iij.

BErnardin⁹ natiōe I-
talus Senis in Etru
ria nobilibus parētib⁹, ⁊ di
uitibus oztus, tā venerabi
lis erat, a puero innata qua
dā honestate, ⁊ viciozū odio
vt adolescētib⁹ eius equali-
bus si forte in eos lasciuum
aliquē sermonē cōserētes in
cidisset, sola p̄sentia silentiū
imponeret, his verbis inter
se cōmonētibus: Bernardi
nus adest. Tanta erat hui⁹
in paupes Chzisti benigni-
tas, vt sepe illis p̄dā sibi
paratū distribuerit. Cū aūt
magna peste, que totā Ita-
liā inualit Senis vehemen
tissime seuiret, ⁊ relicto Ze-
nodochio illo celebzi a cun-
ctis ministris egrotātes mi
serabiliter cōflictarēt, Ber-
nardinus egrotozū curā in
sloze iuuētutis cū oim ad-
miratiōe simul ⁊ miseratiōe
pter ingēs piculū, suscepit
Deiſi oī substātia paupib⁹
distributa, beati Frācisci re
ligionē suscepit, ⁊ totam fer
me Italiā p̄dicās euāgeliū
Chzisti illustrauit, multaque
in noīe Jesu signa ⁊ mira-
cula fecit. Tres ep̄atus sibi
oblatos reculauit. Tandē
vita per oēm etatē sanctissi
me gesta migrauit ad dñm
in vzbe Aquila, vbi sepult⁹
est honozifice. Postea xo a
Nicolao quito catalogo sā
ctoz adscript⁹ ē. xiij. Junij.

¶ Urbanus papa mar. L. iij

URban⁹ patria Roma
n⁹ Aurelio Antonino
imperatoze pontificatū ade
pt⁹, multos scītatis exēplo
⁊ doctrina singulari ad fidē
traduxit. Et in his Valeria
nū beate Cecilie sponsum, ⁊
Tyburtiū eiusdē Valeria-
ni fratrē, q̄ postea martyziū
cōstanti aio p̄tulerunt. Hic
p̄bato cōsilio, lupiozis tēp
oris episcopozū, ⁊ fideliū q̄b⁹
cōmodius visū erat, vt pos
sessiones attribuerent eccle
sijs, ꝯ vt vēderent, quēad-
modū fiebat initio nascētis
ecclesie, sic scripsit de bonis
ipsis ecclesiasticis quozū de
cet dispēsatozes esse epos, ⁊
clericos. Nō ergo debēt in-
q̄t, in alijs vsib⁹ ꝯ ecclesiasti
cis p̄dictozū chzistianozū
fratrū, i. clericoz vel indigē
tiū cōuerti, q̄a vota sunt fi
deliū, ⁊ p̄cia peccatozū, ac pa
trimonia 'pauperū, atq; ad

die. 25

predictū opus explendū do-
mino tradite. Demū cū se-
disset annos. iiij. menses de
cē, dies. xij. martyrio cozo-
natꝰ est, ꝙ in cemeterio. Pze
textati via Tyburtina se-
pultus. viij. ca. Junij.

OAꝫ ops deus, vt ꝙ
beati Azbani marty
ris tui atq; pōtificis solēnia
colimus eius apud te inter
cessionibus adiuuemur: p.

¶ Felix papa mart. Lect. ij.

die. 20 HElix patria Romanꝰ
Aureliano impatoze
pōtificatū adeptus est. Hic
instituit, vt martyrū memo
ria singulis annis sacrificijs
celebzaretur. Nec nisi in lo-
co sacro missa peragereꝰ, pze
terꝰ cogēte necessitate. Cē
plūq; iussit, si de consecratio
ne ipsius dubitareꝰ, denuo
cōsecrari, neq; esse iteratum
videri debere dictabat, qō fa
ctū esse nescireꝰ. Postremo
cū mense Decēbzi pzesbyte
ros. ix. diaconos. v. episco-
pos. v. creasset, martyzio co
ronatus via Aurelia sepeli-
tur. iij. calend. Junij in basi
lica quam ipse condiderat,
atq; dicauerat. Sedit autē
ānos. iiij. mēses. iij. dies. xv

IVNIVS.

¶ Pāphilus pzesbyter mar. Lectio tertia.

Die. 1. PAmphilꝰ pzesbyter Ce
sariensis tāto diuinoz
uoluminū amoze flagrauit
vt celeberrimā bibliothecā
vndiq; summo studio cōqui
sitis libzis Cesaree cōstru-
xerit, magnā partem Origē
nis operū sua manu deseri-
pserit. Que Hieronymus se
vidisse ac habuisse, ingētiq;
cupiditate quasi thesaurum
aliquē seruasse testat. Scri
psit nonnulla, q̄bus insigne
doctrinā ꝙ magnā bite san-
ctimoniam posteris manife
stā, ac testatā reliq̄t. Demū
post beata studia, ꝙ multos
pro ecclesia dei, ac gloria no-
minis chzistiani exhaustos
labozes, apd Cesaream Pale
stine pro fide Chzisti in ple
cutione Maximini impera-
tozis calend. Junij martyr-
io cozonatus est.

¶ Marcellinus et Petrus martyres. Lectio tertia.

UEmpozibus Diocle- die. 2.
tiani imperatozis Ro
me Petrus exozcista iussu
Sereni iudicis pro Chzisti
noīe in carcere cōiectꝰ: Pau
linā Artemij carceris custo-
dis filiā ab immundo spū li
berauit, ipsumque Artemiū
cū coniuge ꝙ filia, ac tota do
mo ꝙ pleris ꝙ vicinis, qui ad
miraculum conuenerāt, ad
Chzistū cōuertit, ꝙ hos oēs
Marcellinus pzesbyter ba-
ptizauit. Quo nūciato Se
renus Marcellinū, ꝙ Petrū

ad se pductos, multis minis ab incepto deterrere tẽtauit Cui cũ Marcellin⁹ chꝛistiana libertate ab ofa rẽderet, pugnis eum contulum lepa rat a Petro, nudũq; in carcerẽ testis vitreis pstratũ trudi iubet sine cibo, et sine lumine. Petrus itidẽ alio in loco arctissimis vinculis cõ stringitur. Sed diu cruciati cũ foꝛtiozes in dies atq; in Chꝛisti cõfessione cõstantio res inuenirẽtur, extra vꝛbẽ educti. iiij. no. Junij capite plexi martyꝛio cozonantur. Lucilla vero matrona chꝛistiana ipsoꝛũ cozpoꝛa vehiculo delata nocte in via Lauicana. iij. ab vꝛbe miliario sepeliuit. Barnabas apostolus. Oratio

DEus, qui nos Beati Barnabe apostoli tui meritis & intercessione letificas: concede pꝛopitius, vt quꝛ eius beneficia poscimus dono tue gratie consequamur: per. Lectio tertia.

